

Garsia Mastrillus De Magistratib. Pars 1a






NAZIONALE
13
6 F
22
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE

DE MAGISTRATIBVS EORVM IMPERIO, ET IVRISDICTIONE.

PARS II.

DON GARSIA MASTRILLO,
CAESAREI, PONTIFICIIQ; IVRIS DOCTORE,
Regioque in Regno Siciliæ Consiliario Authore.

Libri Secundæ Partis.


IV. De Baronum iurisdictione, Dignitate, & Potestate in subditos.
V. De Magistratuum iurisdictione, & eorum officio.
VI. De Generali Magistratuum Visitatione, & Sindicatu.

IN QVIBVS DE FEVDATARIORVM ORIGINE, REGALIBVS DIGNITATIBVS, Mero & Mixto Imperio, ac Prærogatiuis, nec non & de Magistratuum omnium Authoritate, & Potestate, maximè Regni Siciliæ, eorumq; cum Antiquorum Comparatione, Pœnis, Culpis, & processu, satis eleganter disseritur.

HIS ACCESSIT COMMENTARIVS EIVSDEM AVTHORIS AD Indultum generale, Catholici Philippi III. Regis potentissimi beneficio ob paternam successionem, eiusq; felicissimas nuptias Siciliæ Regno suo fidelissimo concessum.

Cum Summarijs, Argumentis, ac Indice locupletissimo.









PANORMI, Apud Franciscum Ciottum Venetum. M. DC. XVI.
Ex Typographia Io. Baptistæ Maringhi Impressoris Cameralis.

DE BARONVM IVRISDICTIONE, DIGNITATE, ET POTESTATE, in subditos.

LIBER QVARTVS.

DON GARSIA MASTRILLO, CAESAREI, PONTIFICIIQ; IVRIS DOCTORE, Regioque in Regno Siciliæ Consiliario Authore.



SVMMARIVM.

1 *Baronum originem, vide remissiue.*
2 *Baro si in genere consideretur quid comprehendat.*
3 *Baro si in specie accipiatur quid significet, & numer. 4. cum pluribus sequentibus.*
5 *Baronia dicitur quid vniuersale.*
6 *Peculium Castrense quoddam vniuersale dicitur.*
7 *Baro potest habere vnum heredem, & successorem in Baronia, & alium in paganicis.*
Baronia potest consistere etiam in vno tantum feudo, vel Castro, sub nu. 7. ampl. nu. 8.
9 *Baro licet non habeat sub se plures feudatarios, Baro tamen dicitur.*
10 *Barones in Regno Siciliæ, & Neapolis, ac etiam in Lusitania, Gallia, & Catalonia, qui propriè dicantur, & nu. 11. 12. & 13.*
14 *Barones impropriè, & impropriissimè qui dicantur, & de quo vide etiam num. 15.*

ARGVMENTVM.

Barones, qui dicantur.

CAPVT I.



De Baronum origine † plures plura dixerũt, de quibus per *Frecc. de subfeud. lib. 1. tit. de origi. Baronum, Alciat. lib. 5. Parerg. cap. 16. Calef. in tit. de equestr. dignit. num. 112. & seq. Bonad. lib. 2. polit. cap. 16. Cabed. dec. Lusit. 104. p. 2. Guardiol. de nobilit. capit. 43. Marc. Anton. Surg. de Neapol. illustr. cap. 23. num. 3.* & nouissimè post hæc scripta visus *Fontanel. de pact. nuptial. clausf. 4. glo. 10. p. 1. nu. 1. cum seq.* Nos autem breuiter dicamus, quod † Baro, si in genere cõsideretur, comprehendit omnes feuda tenentes, etiam si maiorẽ habeant dignitatem, quàm Baronalem, vt sunt Principes, Duces, Marchiones, & cæteri, de quibus *infra* dicemus, secundum *Minad.*

nad. in constie. in aliquibus, Moz. in tit.
de his, qui fend. dare poss. num. 17. Frec.
in tit. Quis dicat. Com. num. 40. & seq.
Cannet. in cap. volentes, in vers. incip. in
versiculo, num. 14 & seq. fol. mihi 205.
Bouad. d. cap. 16. num. 22. & seq. Surg.
d. cap. 23. num. 2. Surd. cons. 453. nu. 35.
vol. 3. Serad. de fend. p. 10. sect. 1. nu. 25.
Cum. de feud. in verb. antiquis nu. 256.
3 in specie† verò ille propriè dicit̃ Baro,
qui habet Castrum, seu Castra plura,
sub se continens feuda quaternata se-
cundum quid, quę licet inter se diuer-
sa, & distincta sint, integra tamen cō-
stituunt Baroniam, secundum Andr.
in cap. 1. Qual. vass. iurar. deb. fidel, & ĩ
cap. 1. de cap. qui cur. vend. & in constit.
si quis Baro, Afflict. dec. 267. & 334. &
in cōstit. Regni, si dubitatio, col. 2. notab.
2. D. Io. And. de Georg. Regius Consilia-
rius alleg. 5. nu. 4. & seq. D. de Pont. de
4 fend. lect. 1. in praelud. nu. 82. qđ † pro-
cedit, etiam si Baro in alieno territo-
rio habeat feudum ad suam tamē spe-
ctans Baroniam, vt dixit Frec. de sub-
fend. lib. 2. author. 5. D. de Pont. ĩ tract.
de potest. Proreg. in tit. de assens. Reg. §.
3. num. 7. Pet. de Greg. de conces. fend. p.
5 2. q. 3. num. 3. subdens, quod † Baro-
nia est quid vniuersale, sicut peculium
6 † castrense; & ideo quis potest habe-
7 re † vnum hęredem in Baronia, & aliū
in paganicis, secundum Bald. in auth.
cessante, col. 2. versic. & nota, C. de legit.
hered. licet in vno etiam Castro cōsi-
stere possit, si hoc Prĩcipi placeat, And.
in c. 1. nu. 22. de cap. qui cur. vend. Curt.
sen. cōs. 50. nu. 7. Loffred. cons. 36. nu. 6.
Fab. de Ann. post alios cōs. 44. num. 7. &
8 cōs. 66. nu. 3. Idem † etiam erit si Rex
erigat feudum in Baroniā, eamquè al-
teri concedat cum iurisdictione intra
certos terminos Regni, ad tex. in c. fun
damēta, §. proinde, de elect. in 6. ibi, nul
lus Imperator, seu Rex Romanorum, vel
alius Marchio, Dux, Comes, aut Baro,
&c. And. in d. c. 1. §. similiter, ibiq; Af-
flict. num. 104. de Cap. qui cur. vend. &
in cap. 1. de contr. fend. inter par. term.
9 maximè si † haberet sub se plures feu-
datarios, Frec. in titul. quis dicat.
Baro. nume. 1. Decian. respon. 31. nu-
me. 147. lib. 1. licèt hoc necessarium
non sit, vt dixit idem Andr. in d. cap. 1.
num. 21. quandoquidem etiam quòd
sub se alios subfeudatarios nō habeat,
hoc tamen non obstātę, Baro dicere-
tur, si Rex ex certa scientia eum Baro-
nem fecit, quem sequitur ibidem Affl.
vbi supra, Praeposit. in cap. 1. num. 4. Qui
fend. dar. poss. Loffred. in cap. 1. §. prae-
terea Ducatus, versic. nec dominus, de
proh. fend. alien. per Fider. Camerar. in
cap. Imperialem, num. 1. eod. tit. Afflict.
in const. Regni, si quis Baro, & propte-
10 rea † in Regnis vtriusque Siciliæ, Ba-
rones dicuntur omnes feudatarij iu-
risdictionem habentes in eorum ca-
stris, & oppidis, sibi à Rege concessis,
vt notauit Andr. in loco citato, Bald. in
cap. innotuit, sub num. 18. de elect. Curt.
iun. consil. 212. Cumi. in praelud. cap. si
aliquem, num. 187. Camill. de Curt. in 1.
par. diuers. Feudal. vers. licet autem ve-
rissima, num. 68. fol. mihi 10. Boss. de
Princi. num. 2. & seq. Calef. de equestr.
dignitat. nu. 113. ver. de Baron. Cabed.
11 d. decis. 104. num. 3. vbi † eodem dici
nomine in Lusitania, testatur Velasc.
de iur. emphiteu. quaest. 30. nu. 20. & in
12 † Catalonia Franc. Calic. lib. 1. de fisc.
cap. 19. & post eum Doctissimus inter
modernos Fontanell. in tract. de pact.
nupt. clausul. 4. glos. 10. par. 1. num. 6.
13 † in Gallia Cassan. in cathal. glor. mund.
par. 8. consid. 39. & in Mediolanēsi do-
minio, Menoch. cons. 1110. num. 7. vol.
12. de quo pariter videndi sunt Andr.
in constit. post mortem, & in d. constit.
si quis Baro, Bald. in cap. vno delegato-
rum, de offic. delegat. Boer. in consuetud.
Bituric. tit. de iurisd. omn. ind. §. 3. glos.
2. Grām. decis. 34. & 104. Vinc. de Ann.
in Rubr. de vassall. decrep. atat. Fab. fi-
lius

lius conf.44. & 56. volum.1. Paul. de Montepico conf.25. vbi latissimè habes quis propriè dicatur Baro. Impro-
14 priè † tamen esset si quis teneret feudum cum vassallis, verùm nō esset per Regem erectum in Baroniam nec habetet sub se feuda quaternata. Impro
15 prijssimè † demum nuncupabitur, qui feudum sine vassalis habet secundum relatos *Doctores*, & *alios*, qui cumulari possent.

SVMMARIVM.

1 *Dignitates Regales quæ dicātur, & num. 2. & quare ita nuncupentur, num.3.*

4 *Dignitates Regales pro seruitijs conceduntur, non autem pecunia mediante, aliàs eas habentes non dicerentur Titulati, & num.6. & 7. & de ratione, num.8.*

5 *Pecunia vel pretium multa facit illicita, & viliora.*

6. *Feudum verum, & proprium nō dicitur quod pecunia redimitur.*

7 *Feudum tunc nobilitat quando non per pecuniam sed ex gratia conceditur.*

9 *Feuda Regalia a quibus concedantur, & num.11.12. & 13. & num.25. & 26. cum sequentib.*

10 *Dignitates omnes à supremo Principe peruenire dicuntur, & num.3. & 15.*

14 *Rex quilibet in Regno suo dicitur esse Monarcha.*

15 *Rex solus erigit nouas dignitates, & num. 18.*

16 *Rex, vel Princeps tātum solo verbo constituit Duces, Marchiones, Comites, & similes.*

17 *Princeps solus dignitates confirmat.*

18 *Princeps solus minores dignitates augere potest, & maiores constituere.*

19 *Baronia potest effici Comitat⁹, vel Marchionatus, & similis, & etiam hodie Principatus, ampl.num.21.*

20 *Princeps solus potest Barones, Comites, & similes à dignitate deponere.*

21 *Princeps Terras demaniales potest erigere in Baroniā, Comitatum, & simil.*

22 *Princeps potest feudis, & dignitatibus suam authoritatem interponere.*

23 *Princeps non potest alteri concedere potestatem creandi Comites, & similes dignitates Regales, & ibi de ratione.*

24 *Dignitates Regales creandi potestas nō comprahenditur sub generali concessione.*

29 *Dignitates Regales varijs sollemnitatibus antiquitus concedebantur, sed quid hodie per Catholicum Regem nostrum, num.30.*

31 *Barones an dicantur habere dignitatem Regalem, cum num. sequentibus vsque ad finem.*

32 *Baronia an sit diuisibilis, & num. 66.*

33 *Comitatus, Marchionatus, & similes diuisionem non patiuntur.*

35 *Feuda Baronum dicuntur feuda nobilia sub num.35.*

36 *Barones an dici possint Titulati, & num. 48.*

37 *Barones qui propriè dicantur.*

39 *Dignitas vt dici possit Regalis sufficit quòd ab ipso Rege concedatur.*

40 *Baronia dicitur esse dignitas.*

41 *Barones in Regno Neapolis Magnatum nomine continentur, & eorum more matrimonia contrahunt.*

42 *Baronia, Comitatus, & similes sub qua forma conceduntur, ad hoc vt quis verè Baro, vel Comes dicatur, & numer.43.*

44 *Baro, & Comes an æquiparentur, & vide, num. 40.*

45 *Alienatione simpliciter concessa, non intelligitur permissa alienatio capitis Baroniæ.*

46 *Regalium dignitatum appellatione comprahenditur Baronia, & num.65.*

47 *Filij Marchionum, vel Baronum in Lombardia mortuo patre omnes Marchiones, vel Barones appellantur, sed si diuidatur Baronia, ille dicetur Baro,*

ad

ad quem peruenit Baronia caput.

49 *Assensus Regius est necessarius in alienatione Baroniæ, sicut & aliarum dignitatum feudalium, nec sufficit Proregis assensus.*

50 *Baronia dignitas noua esse dicitur, ex consuetudine introducta, quam Longobardi non cognouerunt, & num. 51. 63. & 64.*

52 *Dignitates Regales à Longobardis adinuenta fuerunt, & nu. 64.*

53 *Baronum vsus veterrimus esse dicitur, & num. 54.*

54 *Baronum in Catalonia quo tempore nomen sumpserunt.*

Carolus Magnus Imperator, expulsis Saracenis, in quot dignitates Regales Cataloniam diuisit, sub numer. 54.

55 *Baronum persona maiores nobilibus dicuntur.*

56 *Barones persona illustres nuncupantur, sed in Regno spectabiles dicuntur, & num. 57.*

58 *Barones ĩ generali Colloquio sedent post Comites coram Domino Prorege.*

59 *Comites, Marchiones, & similes sedent coram domino Prorege.*

60 *Barones non habent locum in alijs sessionibus, nisi in generali Parlamento.*

61 *Barones dicuntur Regij Consiliarij, & habent iurisdictionem ciuilem, & criminalem.*

67 *Priuilegia concessa Comitibus, Marchionibus, & similibus, intelliguntur etiam concessa Baronibus.*

ARGVMENTVM.

Dignitas Regalis quæ sit, & an Barones habeant dignitatem Regalem.

CAPVT II.

1 EGALES † dignitates, si eas respectu
concedentis consideremus, sunt Pontificia, Imperatoris, Regũ, aliorũq; Principũ
superiorem nõ recognoscentiũ, vt dixit *Paris. de Put. in tract. de reintegrat.*
feud. c. 1. refert & sequitur *Camill. de*
Curt. p. 1. rubr. sed vnde, num. 4. fol. mi-
hi 11. de quibus multa diximus *in pri-*
2 *mo lib.* Si vero † illas respectu eorũ, qui
eas administrant & exercent, inspicimus, de communi feudistarũ sententia, dicũtur Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baronalis, & similes, de quibus *in c. 1. de feud. March. ĩ c. 1. Quis dicat. Dux, vel March. & in c. 1. de his qui feud. dar. poss. & vbique Andr. Afflict. & cæter. Rainald. in c. Imperialẽ, §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alienat. per Feder. idem Andr. in c. 1. §. si vero contigerit, de pace iuram. firm. Corsett. in tracta. de potest. Reg. quæst. 51. par. 1.*
3 Hinc † dignitates istę, Regales nũ-
cupantur, quasi à Regia munificẽtia
profluentes, ad tex. *in Authent. de ex-*
hibend. reis, §. obtinet, Zasi. de feud. p. 5.
4 *num. 2.* & ad † nutum Principis, & pro
seruitijs conceduntur, non autem pecunia mediãte, quo casu verè Titulati nõ sunt, ad text. *in c. 1. de feud. dat. in vim leg. commis.* & tradit *Vinc. de Ann. sing. 166. allegãs Sal. ĩ l. fi. C. vbi Senat. vel clariss.* cuius verba reassumit *D. de Pont. in tracta. de potest. Proreg. tit. de elect. official. §. 8. num. 20.* & adducit etiam *Castr. in eadem l. fi. Luc. de Penn. Odoffred. Plat. & alij in l. contra publicam, per illum text. C. de re milit. libr. 10. Marc. Anton. Surg. de Neapol. illustr. c. 23. nu. 50. & c. 27. nu. 10. Decia. resp. 19. n. 14. vol. 3.* pretium enim per-
5 sępe † multa facit illicita & viliora, q̃
gratuitò, vel ob męrita concessa forẽt
licita, & digniora, ad text. *in l. furti, §.*

pa-

pactus.ff.de infamib.Bar.in l.Athletas,
§.vlt.ff.eod.Decian.resp.19.nu.13.&
14.vol.3.vbi ait quod non dicitũ verũ
6 & proprium feudũ, aut vera dignitas,
quæ pecunia redimitur,& † propterea
7 tunc demum feudum nobilitat, quã-
do potest gratia appellari,nam hoc cã
8 su Princeps † ipse concedendo, actum
virtutis, idest liberalitatis exercet,&
simul testimoniũ virtutis, & meritorũ
præbet eius,in quẽ cõfertũ qđ dici non
potest, si pretium per viã venditionis
tradatur,vt dixit Bald.in prohem.feud.
colum 4.ver.pro intellectu quem ibi, se-
quuntur Aluarot.& alij, & considera-
uit Oldr.cons.159.& Alber.in Rubr.C.
de donat.ver.item quaro de qõne ardua.
9 Hæc autẽ non † nisi à summo Pon-
tifice, Imperatore, Rege, alijsq; Prin-
cipibus superiorem nõ recognoscẽtib⁹
10 concedi permittuntur,cum ab eis † di
gnitates omnes profluant, velut à fon
te, ad tex.in l.sacrilegij,C.de diuers.re-
script.l.1.C.de Metrop.Beryll.lib.11.l.
1.ff.de offic.Quæst.l.pen.ff.de constit.
Princip. Doctores,& præcipuè Bald.&
Afflict.in c.1.Qui s dicat.Com.Dux,
vel March.Cum.in pralud.c.si aliquẽ,
n.211.& seq.Asola in Consuet.Sabaud.
in prohem.in ver.Dux,gl.2.n.3.& seq.
Decian.resp.19.nu.6.vol.3.D.de Pont.
ĩ tract.de potest.Proreg.tit.de promis.fie-
ri solit.§.2.n.7. Azor.in summ.p.2.lib.
11 11.c.11.vt de Summo Pontifice, di-
xit Alber.in l.Imperator,in princ.ff.de
seruit.vrban.prad.Bald.in cons.324.in-
cip.queritur vtrum,vol.1.Rim.iun.cõs.
601.nu.6.Vinc.de Franch.dec.62.nu.
4.Menoch.cons.302.num.7.volum.4.
12 De † Imperatore Castald in eius tract.
13 q.101.Azor.lib.10.cap.8. De † Regi-
bus tradidit And.in c.1.col.5.Qui feud.
dar.poss.Aluarot.ibidẽ n.11.& ĩ d.c.1.de
feud.March.Soc.cons.165.uol.3.Corset.
de potest.Reg.d.q.51.& p.4.n.16.Boss.
14 de Regal.nu.7.cũ † Rex quilibet sit Mo
narcha in Regno suo,cap.scitote 6.q.3.
15 & c.in apibus,7.q.1. ipseque † nouas
erigat dignitates, ad text.in d.l.1.vbi
Doctores, Capic.in inuest.feud.ver.feu
dorum genera,in princ.& in verb.feuda
dant,ver.Reges fol.mihi 151.Iacob.de
S.Georg.in verb.Princeps, nu.6.& 19.
Petr.de Greg.de conces.feud.p.2.q.3.D.
de Pont.in tract.de potest.Proreg.tit.de
16 assens.Reg.nu.13. quinimo † solo ver-
bo constituit Duces,Marchiones,Co-
mites, & similes, vt post Barto.Angel.
Alex.& alios, tradit Molin.de Hispan.
primog.lib.1.c.11.nu.22.Fab.Ann.cõs.
56.nu.21.& cons.66.nu.8.idem Do.de
Pont.cons.1.nu.67.Cancer.varia.resol.
17 lib.3.c.3.num.9.& magnas † dignita-
tes confirmat, Calic.de fisc.dubitat.8.
18 special.29.sicut † & minorẽ dignitatẽ
augere, & maiores constituere, vt di-
xit Petr.de Gregor.in loco citato,num.8.
19 & sic de † Baronia constituere Comi-
tatum,vel Marchionatum,& forte ho
diernis temporibus Principatum,&
20 † è contra eos deponere, Bald.in con-
sil.277.incip.pridie consului,volum.3.
Gramm.dec.65.nu.63.Pereg.de iur.fisc.
lib.1.t.1.2.nu.38.D.de Pont.in d.tract.
tit.de promis.fieri solit.§.2.nu.12. Idq;
21 † facere potest etiam in Terris Dema-
nialibus, secundum Petr.de Greg.in d.
22 tract.p.1.q.5.et p.2.q.3.n.7.nec † nõ &
authoritatem interponere, ad tex.cũ
glo.in c.cum olim, de consuetud.Afflict.
in rub.de Regal.n.33. In tantum quod
23 † potestas ista dignitates Regales creã-
di tanquam superioritas, & suprema,
quæ respicit honorem, & maiestatem
Principis, alteri non communicatũ, vt
dixit Bald.in c.ad audientiã, nu.4.de
praescript.et in c.1.§.item si quis,nu.16.
Quib.mod.feud.ammitt.et consil.345.
24 lib.5. neque † in generali dispositione,
& concessione vniuersali comprehen-
ditur, vt voluerũt Osasc.cons.3.nu.12.
Peregr.cons.1.num.7.cum seqq.vol.1.
25 Idem † erit dicendum de inferiori-
bus Principibus superiorẽ non reco-
gno-

gnoſcentibus,de quibus latiſſimè ſcti-
26 pſi ſupra lib.1.c.10. & † de Duce Me-
diolani conſuluit Menoch.conſ.905.vo
27 lum. 10. de † Duce Subaudiæ Roland.
conſ.4.n.43.vol.3. Do.Tuſc. concl.819.
28 nu.13. & † generaliter de alijs Borel.de
præſtant. Reg.Cathol.c.48. Boſſ. de Re-
galib.nu.8. Bonadill.lib.2.Polit.c.16.n.
29 20. & quamuis† antiquis temporibus
variæ adhiberi cõſueuiſsẽt ſollemnita-
tes in huiuſmodi dignitatum creatio-
ne, vt ex Cronica Regis Alfonſi Vndeci-
mi,c.64. admonet Molin.de Hiſpa.pri
mog.lib.1.cap.11.nu.23. idemque de
Gallia teſtatur Anto. de la Sale,c.vlt.
lib.12. & refert Bonadill. in loco citato,
30 nu.27.in fine ,hodie tamen † ei, quem
Dominus Rex noſter Ducẽ,Marchio-
nem, Comitem, vel Principem creat,
ſolet titulus eiuſdem dignitatis ſollẽ-
niter ex Regio priuilegio cõcedi, neq;
inde aliquid aliud requiritur,niſi vt in
Regnis expediantur ſo litæ exequuto-
riæ, ſecundum Frece. in tit. Quis dic.
Com.nu. 47.& 51.Petr.de Greg.de con-
ceſſ.feud.part.2.quæſt. 3. Bonadill. d.
cap.16.num.31.
31 An aut † Barones dignitatẽ Regalẽ
habeant? Doctores inter ſe pugnantes
reperio, ſi quidem Andr.in c. Imperia-
lem,§.præterea Ducatus,de prohib.feud.
alienat.per Fider. & in d.cap.1. §.ſimi-
liter,de Cap.qui cur. vend. dixit, quod
32 Baronia diuiditur inter ſucceſſores,eo
quod tex. in d.§.præterea Ducatus, lo-
quutus eſt tantum de Ducatu, Mar-
33 chionatu,& Comitatu, † in quibus di
uiſio eſt prohibita, & non de alijs,&
Bald.in c. vno delegatorum ſub nu.6. de
34 offic. deleg. voluit, quòd † Baronia nõ
eſt de dignitatibus Regalibus,idemq;
tradiderunt Zaſ. de feud.5.par.tom.4.
Bertrand. conſ.191. vol.1. et conſ.4.nu.
204.vol.2.Pacian. de probat. cap.37.n.
1.cum ſeq.lib.2. optimè Afflict. in c.1.
Quis dic.Dux,nu.9.vbi tradidit,quod
35 † feuda Baronum,licet ſint nobilia,nõ
36 tamẽ ſunt † titulata, ſequitur Capic. in
inueſt.feud.in verb.feudatary Barones,
verſ. prærogatiuæ, ſubdens, quòd Ba-
37 to † ille propriè dicatur, qui non hẽt
titulum, & comprobarunt Moz.in tit.
de his qui feud.dar.poſſ.et Caſſan.ĩ Ca-
thalog.par.5.conſid.vlt.contraria tamẽ
38 verior eſt opinio quod † Baronalis di-
gnitas,Regalis ſit,quãdo Baro habuit
Caſtrum à Rege ſub titulo Baroniæ,
quam tenuerunt idem Andr.in d. c. 1.
num.8.et in §.ſimiliter, num.22.et ſeq.
de Cap.qui cur.vend.vbi etiam in 2.ad-
di.nu.20. et in c.1. §.ille tamen, ſub nu.
11.ver.ſed ſi Rex,vel Princ.ps, de cõtr.
feud.inter par.term. Bald.ibi cõtrarius
in cap.innotuit, prope finem, ſub nu.18.
de elect. Afflict.in d.§.ſimiliter, nu.29.
qui idem ait probari per tex. in conſti.
proſequentes, Pern.in tract. de Rege, &
Regina, inter conſilia feudalia num.11.
Pet.de Greg.de conceſſ. feud.par.2.q.3.
ver.idem dicendum, Cabed.deciſ. Luſit.
104. num.4. vbi ait hanc eſſe verã, &
* cõmunem * opinionẽ, Do. de Pont. in
conſ.57.num.35. Mandel.conſ.163.nu.
38.40.& 41. Scrad.poſt infinitos, de
feudis,p.10.ſect.1.nu.22.& 23.& 24.
& conſil.13.nu.170. Clar.in §. feudũ,
39 q.90.nu.5. ſufficit † enim,quòd a Rege
concedatur talis dignitas, vt Regalis
nũcupari poſſit, & verè Baro dicatur,
Frec.de orig. Baron.num.42.& ſeq. vbi
40 ait, quòd† Baronia dignitas eſt in Re-
gno, & quòd procedit à pari cum Co-
mite, & in tit. quis dic. Dux, num.36.
quẽ ſequitur D.de Pont.in d.conſ.57.n.
35.et in tract.de poteſt.Proreg.tit.de aſ-
ſenſ. Reg.in rubr.num.5.6.& 11.Man-
dell.d.conſ.163.num.38.Purpur.in l.1.
n.242.296.& ſeq.ff.de offic.eius,Gail.
obſeru.25.num.2.lib.1.Regner.Sixtin.
de Regal. c. 4. nu.49. cum ſeq. vbi ſub-
dit ita de conſuetudine Germaniç re-
41 ceptum eſſe, intantũ quòd in Regno
Neapolitano Magnatum nomine cõ-
tinentur, & eorum more matrimonia
con-

contrahunt, ſecundum *Fab. de Ann.*
*conſ.*103.*n.*8.*&* 13. Sed dum Rex vult
42 † creare aliquem Baronem, oportet quod
cōcedat feudum in titulum Baroniæ,
& non ſufficit, vt ſimpliciter eam ita
concedat (vt à Titio olim poſſeſſam,)
ſicut ſi concedat Comitatum, opor-
tet, vt dicat (in titulum Comitatus,)
adeo quod ſecundum *Andr. in d.* §. *ſi-*
43 *militer*, ſi quis † poſſideat multa feu-
da, non propterea diceretur Baro, niſi
habuerit illa conceſſa in Baroniam ex
certa ſcientia, quod etiam voluerunt
poſt alios relatos, *Petr. de Greg. de con-*
ceſſ. feud. p. 2. *q.* 3 *n.* 9. *et Fab. de An. cōſ.*
44. *n.* 60. inde eſt, quod † Baro, & Comes
44 æquiparantũ rã *in cōſt. Regni, ſi qs Baro,*
ibi, *Comes, & Baro qui Caſtrum tenet,*
quàm etiam *in conſtitu. Comitibus*, ibi,
Comites, & Barones, item *in c. volentes,*
Regni Siciliæ, ibi, *Comites, & Barones*,
item *in conſtitu. Comes, Baro, miles, de*
his qui in Regn. guerr. mou. & in conſti.
quāpluriũ, ibi, *Comites, Barones, & mi-*
lites, & in conſt. Comite, vel Barone, tit.
de ſucceſſ. nobil. in feud. quo argumẽti
modo vtuntur *Caſſan. in Catalog. glor.*
mund. p. 8. *conſid.* 15. *D. de Pont. in lo-*
co citato, num. 8. *Capic. in d. verſ. præro-*
gatiua, in fi. ſubdens, quòd permiſſa
alienatione ſimpliciter, non intelligitũ
45 permiſſum alienari caput Baroniæ, per
d. cōſtit. ſi quis Baro, & tradit *Frecc. ĩ*
d. tract. de ſubfeud. lib. 3. *titu. de differ.*
feud. Regal. nu. 6. *poſt Affl. & alios*, &
46 quòd † iura loquentia de Regalibus di
gnitatibus habent locum in Baronia,
d. c. ſi vero feudum, §. *prærogatiua*; & ſi-
47 cut † in Lombardia mortuo Marchio-
ne omnes erunt Marchiones, ſic filij
Baronis omnes erunt Barones, & ſi di
uiditur, ille erit Baro, ad quem peruc-
nit Baroniæ caput, vt dixit *Io. de Plat.*
in l. 1. *C. vt dignit. ord. ſeru. in fi. Caſſa.*
in d. Cathalog. p. 5. *conſid.* 56. refert, &
ſequitur *D. de Pont. in loco relato, n.* 14.
cum pluribus ſeqq. vbi latiſſimè tam *de*
iure communi, quàm *ex capitulis illius*
48 *Regni* particularibus Baroniam † inter
feuda titulata connumerari ait, adeo
49 quod † aſſenſus Regius in earum alie-
natione neceſſarius ſit, & non ſufficiat
Proregis aſſenſus ex pragmat. nouem
capitum, de qua *infra lib.* 5. dicturi ſu
50 mus, licet † noua dignitas ſit ex con-
ſuetudine introducta, ſecundum *Bal.*
in c. 1. *de his qui feud. dar. poſ.* quam
51 † Lombardi non cognouerũt; ideoq;
eam non poſuerunt *in capit.* 1. *de feud.*
March. & in cap. 1. *quis dicat. Dux*, ab
52 ipſis † enim dignitates Regales ibidẽ
deſcriptæ adinuentæ fuerunt, ſecun-
dum *Andr. ibidem in princ.* licet Baro-
53 num † vſus veterrimus fuerit, vt notat
Frecc. in tit. Quis dicat. Baro, nu. 8. *per*
tex. d. cap. 1. *de controu. feud. inter par.*
54 *term.* & † in Catalonia *Fontanel. in lo*
co citato, nu. 10. vbi teſtatur fuiſſe Ba-
rones ab anno 800. ante milleſimum,
quo Carolus Magnus Imperator ex-
pulſis inde Saracenis eam diuiſit ĩ no-
uem Comites, nouem Vicecomites,
nouem Valuaſores, & totidem Baro-
nes, *Io. Marqu. in Vſat. Strata, col.* 4.
verſ. ſed contra prædicta; intantum, quod
55 † eorum perſonæ maiores nobilibus
dicuntur propter dignitatem, quã in
ſuos vaſſallos habent, vt poſt *Io. Fab.*
in §. *maieſtatem, in prohem. inſtit.* tra-
diderunt *Barbat. conſ.* 57. *num.* 5. *lib.* 2.
Curt. de feud. p. 2. *tit. de feud. laic. nu.* 3.
Boer. de ord. grad. p. 2. *num.* 8. *Cabed. d.*
dec. 104. *nu.* 4. *Frecc. vbi ſupra, num.* 7.
Moz. de his qui feud. dar. poſſ. num. 17.
verſ. & quod Baronia, addens pariter,
56 quòd † perſonæ illuſtres nuncupãtur,
ſecundum *Purpurat. in l.* 1. *num.* 244.
ff. de offic. eius, vbi hoc intelligit quã-
do Regalia iura in ſua Baronia poſſi-
derent, ad not. *per Caſſan. d. conſid.* 15.
57 licet † in Regno ſpectabiles dicantur,
58 & in generali colloquio † ſedeant poſt
Comites coram Excellentiſſimo Pro-
59 rege, prout † alij titulati, ad tex. *in d.*

cap. fundamenta, de elect. in 6. Cassan.
60 *p. 5. consid. vlt.* quis locum † non ha-
beant in alijs Regijs sessionibus, idē
que probatur in *Rubr. Cōstitut. Regni, de successionibus in feudis, & alibi plu-*
61 *ries,* eo fortius, quia † dicuntur Regij
62 Consiliarij; habeantque † iurisdictio-
nem ciuilem, & criminalem, tum *ex Capitulis Regni,* tum etiam ex particu
laribus priuilegijs, & non nulli cū ma-
gno statu, & numero vassallorum, ad
nor. latissimè per *Serad. in d. p. 10. sect. 1. num. 26. cum pluribus seqq. & cōs. 13. num. 170. & 171. Surd. d. cons. 453. nu.*
36. Nec obstare videntur contraria, si
63 quidem (vt dixi) cum † noua fuerit
dignitas, ex consuetudine introducta,
64 de ea † non cognouerūt Longobardi
Auctores *in d. §. praeterea Ducatus,* li-
65 cet (vt alias dicebam) sub † illa com-
prehendatur, ibi, *vel alterius dignitatis,* & propterea idem dicēdū erit qđ
de expressè enumeratis, vt aduertit
Rosent. in tit. de feud. Regal. c. 2. & ante eum, Io. Raunald. in d. §. praeterea Du
66 *catus, num. 6.* subdens, quòd † nec per
hoc Baronia fit diuisibilis, cum mili-
tet eadem ratio, quae in Comitatu, &
similibus consideratur, ne per diuisio-
nem extinguerentur, ac perderent no-
men & dignitatem, & eū sequuti sunt
Iacob. de S. Georg. in verb. Dux, nu. 10. Liparul. ad Andr. in c. 1. de feud. March. in verb. Regali, liter. I. & Do. de Pōt. in loco citato, nu. 13. vbi ait, quod in
hoc (pace tanti viri) melius loquutus
est *Raunaldus,* quàm *Andreas,* inde
67 est, quòd priuilegia concessa Duci-
bus, Marchionibus, & Comitibus di
cuntur pariter concessa Baronibus, vt
latissimè explicant *Scrader. & Surd. in locis citatis.*

SVMMARIVM.

1 *Principis uerbum multis modis sumitur, & nu. 3. 4. & 5.*

2 *Deus solus appellatur propriè & verè Princeps.*

6 *Princeps quis dicatur.*

7 *Principatus dignitas proxima est dignitati Regali.*

8 *Princeps post Reges primum locum obtinet, & nu. 30.*

9 *Principatus dignitas an fuerit olim cognita Longobardis, & in vsibus feudorum nominata, & nu. 12.*

10 *Dignitates Regales, quae dicantur.*

11 *Principatus dignitas in Regno Siciliae, & Neapolis antiqua esse dicitur, & nu. 13. & 16.*

13 *Principatus dignitas apud Germanos, & Graecos primò fuit in vsu.*

14 *Princeps antiquitus quā potestatem habebat, & vide nu. 4. & 5.*

15 *Principatus dignitas à quo fuit in Italia primo acquisita, ac per alios confirmata, & nu. 16.*

Aragisius Rex, quā potestatem in Italia sibi vsurpauit, sub nu. 15.

17 *Princeps in Regnis Hyspaniarum non nisi solus primogenitus Regis nostri Catholici meritò nuncupatur, & vnde hoc originem habuit, vide nume. 18. & 19.*

20 *Principatus dignitas à quibus hodie conceditur.*

21 *Dictio (aliqua) quid operetur.*

22 *Principes ex quo ab alio Principatum tenent, eique subditi reperiantur, abusiuè tales appellantur.*

23 *Principes aequiparantur Praesidibus, & Magistratibus.*

24 *Principes qui ab alio Principatum obtinuerunt nō veniūt appellatione Principum, licet illorum beneficio aliquādo gaudeant, & nu. 25.*

26 *Princeps absolutè, & simpliciter loquēdo de Papa, Imperatore, & Rege intelligitur.*

27 *Lex poenalis, & odiosa loquens de Imperatore, non habet locum in Principibus inferioribus, Principatum à Rege possidentibus.*

Ba-

28 *Baro in sua Baronia an absque possit Princeps appellari.*

29 *Principes qui à Rege Principatum obtinuerunt maximam habent praeeminentiam.*

31 *Principes praeferuntur Ducibus, Marchionibus, & Comitibus.*

32 *Argumentum à ratione ordinis litera valet.*

ARGVMENTVM.

De Principis Dignitate.

CAPVT III.

1 OMEN hoc† Principis multis modis sumitur, aliquãdo enim vt primi generale est, nec simpliciter de alio,† q̃

2 de Deo efferri potest, vt dicitur *in Apocal. c. fi.* ibi, *Tertius primus, & nouissimus verè omnium ante tempus primus dignitate, maiestate, authoritate, sapientia, potestate, & ĩ omnibus Pracipuis*, de caeteris autem Princeps cum aliqua adiectione semper dicitur, vt tradit *Petr. de Greg. Tholos. in sua RepubL. lib. 6. c. 4.* vbi† varias

3 Principatus species exẽplificat, *Moz. de his, qui feud. dar. poss. num. 18. in fin.*

4 dicens, quod† Imperatoris nomen te-

5 nebat primum locum, & illius† vice Magistratũ Ciuitatis gerebat, ad tex. *in l. spado, §. si Ciuitatis Princeps, ff. de excusat. tut. Zas. in l. Princeps, de legib. Aluarot. ĩ tit. quis dic. Dux. n. 2. Cum. ĩ praelud. c. si aliquẽ, n. 196. Decia. resp. 19. n. 96. vol. 3.* Sed in materia, de qua agi

6 mus capitur† Princeps, ptout Principatus est quaedam dignitas Regalis, vt tradit *Iac. de S. Georg. de feud. ĩ ver. Princeps Pedemontiũ*, & proxima di-

7 gnitati† Regali, ad tex. *cum glos. in c.* *fundamenta, §. proinde, de elect. in 6. in verb. Princeps, Iacob. de Franch. in vsib. feud. Rubr. species feudorum, num. 2. fol. mihi 4. Calef. de equestr. dignit.*

8 *num.* 106. vbi ait, quòd † Princeps post Reges primum locum obtinet, ad tex. *in clem. 1. de Baptism. & ibi glo. in verb. Regum, Decian. d. resp. 19. nu. 227. Azor. in summ. par. 2. lib. 11. cap. 7.* & vt notat *Free. de subfeud. lib. 2. tit. Quis dicatur Princeps, & in tit. de different. inter feudũ Regale, et nobile, nu.*

9 5. non fuit † talis Principatus dignitas eo tempore à Longobardis cognita, cum de ea mentio non habeatur in vsibus feudorum, sed tantũ de Marchionatu, Comitatu, vel Ducatu, quas† Regales dignitates esse di-

10 xit, *ad tex. in c 1. §. praeterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Feder. Moz. in loco citato, vers. sed quaro, Capic. in Rubr. feudorum genera, colum. 3. versic. & inter Regales, fol. mihi 207. Io. Anton. Lanar. cons. 88. ante num. 1. Camil. de Curte de feud. p. 1. vers. sed vnde digressi, n. 10. fol. mihi 11.* licet de iure Re

11 gni noua† dignitas non sit, secundum *Affl. in constit. Regni, scire volumus, in 1. notab. Io. Arnald. in cap. Imperialem, num. 5. de prohib. feud. alienat. per Fider.* referr, & sequitur *Cum. in loco citato, nu. 196.* vbi subdit, quòd etiam

12 haec Pricipatus dignitas fuerit cognita de iure feudorum, *per tex. in d. c. Imperialem, in princ.* quidquid tamen sit, veta est Doctorum resolutio, quòd

13 †apud Germanos primò, & apud Graecos, & in Regno Neapolitano veteribus temporibus fuerit, qui nullam habebant iurisdictionem, sed in officium, eo quod (vt dixi *ex Moz. &*

14 *alijs*) Imperatores † primum tenebãt locum, & illius iure Magistratum ge-

15 rebãt; inde eam † in Italia primus habuit, seu (vt melius dicam) vsurpauit, & appellari iussit Aragisius Dux Beneuentanus circa annũ 755. vt scri-

bit *Leo Hostiensis lib.* 1. cum perantea Dux vocaretur, subdens, quod ab Episcopis vngi se voluit, & Coronam sibi imposuit, atque in suis cartis ita in fine scribi præcepit, *scriptum in nostro sacratissimo Palatio*, refert, & sequitur *Iacob. Mainold. in tract. de titul. Reg. Hyspan. fol. mihi* 8. *à tergo*,
16 vbi ait, quod † eamdem dignitatem inde confirmauit Ludouicus II. Imperator, & Rex Italiæ; succedentibus postea temporibus, Capuanus, Salernitanus, Tarentinus, multique alij Principes extitere, & præcipuè in vtroque Siciliæ Regno, vt dixit *Calef.*
17 *in d. tract. num.* 106. quamuis † in Regnis Hispaniarum non nisi Primogenitus Inuictissimi Regis nostri Catholici eo nuncupetur nomine, vt habetur per *Frece. in loco citato, nume.* 6. *Marc. Anton. Surg. de Neap. illustr. cap.* 23. *num.* 48. *& Camill. de Curt. nu.* 14. quod eo originem habere potuit, nã
18 † antiquitus Rex plures habens filios, vnicuique aliquam ex Regni Ciuitatibus cum territorio assignabat, & quia Regis erãt filij, Principes appellabantur, eumdemq; titulum conseruatum esse in successoribus in ipso
19 dominio, quamuis † non essent ex descendẽtibus Regis, vt asseuerat *Calef. in loco nuper citato.*
20 Hodie tamen † huiusmodi Principatus dignitas à Summo Pontifice, Imperatore, vel Rege, ratione feudi, sicut aliæ dignitates conceduntur, cum ex identitate rationis eiusdẽ sit naturæ, ad tex. *in d. cap.* 1. *de feud. March.* ibi, *de Marchia, vel Ducatu, vel Comitatu, vel aliqua Regali dignitate, si quis inuestitus fuerit*; verba
21 † enim illa (*vel aliqua Regali*) satis clarè innuũt, plures esse dignitates Regales, q̃ enumeratas, ad tradita per *Zas. de feud. p.* 2. *n.* 1. *Feder. Schenc. in tit. quis dic. Dux. Scrad de feud. p.* 2. *c.* 3. *n.* 3. *Rosant. de feud. c.* 2. *concl.* 1. *n.* 4. *& Do. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. in Rubr. per totum*, & tales
22 Principes nuncupantur, licèt abusiui, cum ab alio Principatum teneant in feudum, eique subditi reperiantur, vt dixit *Afflict. in titul. Quis dicat Dux.*
23 *nu.* 9. *Osasc. dec.* 139. *n.* 16. & † æquiparantur Præsidibus, & Magistratibus, *glos. in cap.* 1. *verb. obseruetur, si de inuest. inter dom. & vass. lis oriatur. Bar. Alex. & Ias. in l. stipulationum alia, de verb. obligat. Natt. cons.* 402. *cum quatuor seqq. Amad. à Pont. in tit. Qui feud. dar poss. num.* 26. In tantum quòd ap-
24 pellatione † Principum non veniunt, ad text. vbi etiam *Card. Anchar. in* 3. *notab.* & cæteri *Doctores in d. Clemẽt. vnic. de Baptism. & ibi glos. in verb. Re-*
25 *gum*, licet † Principum beneficio in aliquibus gaudeant, *cap. statutum, & cap. Inquisitionis, de hæret. in* 6. *Roder. Suar. alleg.* 6. *Greg. Lop. in l.* 4. *tit.* 7. *p.* 5. *gloss.* 8. *Bouadill. libr.* 2. *politic. cap.* 16. *num.* 19. *Gomez. in l.* 40. *Taur. nume.* 11. *Auend. de exequ. mand. cap.* 5. *nu.* 5. *Afflict. in cap.* 1. *Quis dicat. Dux. in princ. Calef. vbi supra num.* 116. *Io. Battist. de Leonard. de Magistratib. cap.* 1. *num.* 39. *cum seqq.*
26 Cum enim † in Imperio, vel Regno absolutè Princeps dicitur, de Summo Pontifice, Imperatore, vel Rege intelligendum erit, vt optimè aduertit *Tholo. in d. c.* 4. multa ad hoc iura more suo ponderando; & propterea di-
27 spositio † pœnalis, vel odiosa loquẽs de Imperatore, non habet locum in istis Principibus, ad tex. *in l. quisquis, § filij, C. ad leg. Iul. Maiest. Gramma. dec.* 6. *nu.* 19. *Roland. cons.* 15. *num.* 21. *vol.* 4. & de * communi testatur *Clar. in § laesæ maiestatis, ver. vnũ tamen*, licet *Fely. in c. dudum, n.* 21. *de præsump.*
28 Principis † verbum in Barone Castrũ obtinente ampliauerit, quem sequuti fuerũt *Paris cõs.* 141. *n.* 28. *vol.* 4. *& Decia. d. resp.* 19. *nu.* 224. quod forte abu-

siuè

29 siuè pcedere posset, vt supra dictū est; id nō negandū minimè erit, qđ † habētes talē Principatus dignitatē, maximā habeāt præeminentiā rōne administrationis, & tituli sibi collati, sin *Cassa.in cõsuet. Burgund. fol. mihi* 62.
30 *n*.1.*&* 2.& q.a † post Regē digniores sunt, ad tex.*in d.c.fundamēta*,§.*proin-*
31 *de offi.ij de elect.i* 6.& † prętereūtur Ducibus, Marchionibus, & Comitibus,
32 vt arguēdo † rōne ordinis tradiderūt *Pet.de Greg.Tholos.in loco citato:Calef. d.n.*106.*Decia.d resp.*19.*nu.*222.& è nostratibus *Ioseph.Cum.post Frecc. & alios in d. num.* 196. idque de consuedine receptum est.

SVMMARIVM.

1 *Archiduca... s dignitas in vsibus feudodorum inter alias dignitates non reperitur, licet sub illis comprehendatur, & nu.*2.

3 *Archiducatus dignitas post Reges fuit reperta.*

4 *Archiducatus Austria dicitur esse dignitas.*

5 *Austria Prouincia, qua olim Pānonia superior dicebatur (totius Germania nobilissima) describitur & laudatur, eiusque domini, & successores referuntur, & n.*6. *cum plurib.seq.*

6 *Austria quando fuit Marchionatus, Ducatus, et tandē Archiducatus, & n.*7.

8 *Archiducatus Austria omnes Ducatus antecedit, & num.*15.

9 *Archidux Austria quis primus fuisse refertur.*

11 *Rex noster Catholicus Hyspaniarū Philippus III. à quibus per rectam lineam paterni generis descendere dicitur, & nu.*12.

12 *Rex noster Catholicus Hyspaniarum Archidux Austria appellatur, & nu.* 13.*&* 14.

14 *Archidux nullus filius Principis appellari potest.*

16 *Archiepiscopus prafertur Episcopo.*

17 *Argumentum ab assumptione vocabuli valet.*

18 *Archidux Austria Regali dignitate dicitur esse insignitus.*

19 *Magni Ducis dignitas in Italia à quo, quibusque Titulis, & insignijs primò fuit acquisita, ac sub qua forma hodie sit concedenda.*

20 *Princeps concedens alicui priuilegium non censetur alteri praiudicare.*

ARGVMENTVM.

De Archiducis, & Magni Ducis dignitate.

CAP. IV.



1 HÆC pariter dignitas † Archiducatus neq; in vsibus feudorum habetur, licuti de Principatu
2 dictum est, † sed sub eis comprehenditur, ad tex.*in c.*1.*de feud.March.*ibi, *vel aliqua Regali dignitate, vt supra in proximo capitulo* pōderauimus, eamq;
3 † post Reges repertā esse tradit *Cassa. in Cathal.glor.mūd.p.*5.*consi.*44. subdēs,
4 † dignitatem esse Archiducatus Austriæ, idemq; testatur *Sebast. Munste. in descript.Germania, libr.*2.*Frec. de subfeud.lib.*2.*tit.Quis dic.Dux.n.*4.*f. mihi* 87. *Ioseph.Cum.i plud.c.si aliquē,*
5 *n.*197. Quæ quidē Prouīcia † olim Pānonia superior dicebāt, nobilissima totius Germanię, q̄ Danubius, maxim⁹ Europæ fluuius mediā secat, & inter Vngariā, Bauariā, Boemiā, ac Stiriā sita est, vt dixit *Iac. Mainold. de titul.*
6 *Reg.Hisp.fol.mihi* 38. vbi addit, qđ † à Marchionibus primū tenebāt, qui ab Imperatoribus finiū tutādorū cā crea
7 bant, Ducatus † deinde titulo a Friderico Imperatore de anno 1158. decorata est; tādē cū ad tantas opes ascēdisset, vt cæteros oēs Ducatus antecederet

8 deret, † dignitatẽ Archiducatus titulũ à Fiderico II. Imperatore obtinuit; si tamẽ *Emilio Veronensi lib. 3. historiarum Francia* credimus, nomẽ hoc
9 † Archiducis primũ Brunus frater Othonis primi Imperatoris assũpsit, & id deinde Principes Carnithianorum vsurparũt; q̃bus extinctis, ad Austriã primariã familiã vna cũ Ditione peruenit; & inde successu tẽporis ad Rodulfum primũ Imperatorẽ, & Comi-
10 tẽ Aspurgẽsem q † dũ Prouinciã prędictã Alberto filio donasset, cũ Imperiali dignitate fulgeret, Ducatũ Austrię Archiducatum nominauit, & ita
* * cõiter habetur *ex multis*, & pręcipuè *Martin. Cromer. in histor. Polon. lib. 9. ĩ fi. Io. Cãdid. ĩ histor. Aquil. lib. 5. Carol. Sigon. de Regno Italia, lib. 12.* & nouissimè post scripta viso *D. Camil. Borel. de prastãt. Reg. Cathol. c. 46. n. 237. & seq.*
11 vbi ait, † q̃ ab istis recta linea paterni generis descẽdit Catholicus, & Inuictissim⁹ Rex noster Philippus III. qđ ante eũ dixerũt *Frec. & Mainol. vbi supra, Bonad. in sua polit. lib. 2. c. 16. n. 26.*
12 & cõsequẽter huiusmodi titulo vtaĩ, sicut oẽs alij, q ab Alberto suã repetũt originem; licet id ad primogenitũ tãtũ inter plures fratres, & filios vnius Ducis cõpetere asserat ex auditu *Cassa. d. cõsid. 44.* idest primũ Ducẽ fratrũ habẽtẽ ius ĩ Ducatu patris, ĩ quo succedũt, super quo tñ nõ insistit, & declarat *Frec. vbi supra*, cũ oẽs filij Ducis appellenĩ, eorũ primogenit⁹ frater voceĩ Archidux primus fratrũ in Ducali di-
13 gnitate, sicut de filijs primogenitis Regũ Romanorum tradidit *Frãc. Marc. dec. 163 p. 1.* ab arcos, qđ est Princeps, *c. cleros, 22. dist. gl. in rub. C. de Comit. et Arch. lib. 12. Io. Frãc. de Leonar. in loco citato, n. 65. Moz. in tit. de his q feud. dar. poss. n. 15. ver. reperitur ẽt, fol. mihi 45. Bonad. in sua polit. d. c. 16. n. 26.* attamẽ
14 *ex Sebast. Muster. ĩ loco citato*, vĩ, quod soli Austriæ Duces, eorũq. filij tã primogeniti, quã omnes alij sequentes vocẽtur Archiduces, nec tale nomẽ vllis aliorũ Principum primogenitis filijs tribuaĩ, vt dixit *Reguer. Sext. de regal. lib. 1. c. 4. n. 30. & seq.* vbi in hoc cõfutat dicta *Cassa. Frec. & Moz. in locis relatis*, cui q̃dẽ vti originario maximè
15 tribuendũ est, & p̃pea † cũ sit Archidux in necessariã cõsequentiã dẽt pręcedere oẽs Duces, sicut Archiepisco-
16 pus † pręferĩ Episcopo, arguẽdo ex as-
17 sumptione † vocabuli, vt dixerũt *Cassa. Moz. & alij* relati, eoq. magis, quia
18 Regali dignitate † insigniti sunt, secũdum *Feder. Scot. cõs. 28. nu. 167. lib. 6. tom. 1. Borel. d. c. 46. nu. 241.*
19 Adest etiam † in Italia dignitas Magnĩ Ducis, quam Cosmus Medices Florentiæ Dux obtinuit à Pio Quinto Summo Pontifice cum habitu, insignibus, atque Corona Regis, & consequenter cum titulo Serenissimi, vt dixit *Calefa. de equestr. dignitat. n. 147.* & de ea mentionẽ faciunt, *Surg. de Neapol. illustr. in addit. fol. mihi 417. in fin. & Mozz. in loco citato*, ea tamẽ, vt benè aduertit *Azor. in summ. par. 2. lib. 11. cap. 11.* fieri debet, saluo & integro iure cęterorũ Ducum, Marchionum, ac Comitum, & si mi-
20 nime † censeatur Princeps cuipiã priuilegium concedere, quod iuri cæterorum noceat.

SVMMARIVM.

1 *Ducis dignitatis originis multa referuntur, remissiuè.*
2 *Duces, seu Ducum nomine plurimi nuncupantur.*
3 *Dux qui propriè dicatur.*
4 *Persona an à re sumat statum, vel è cõuersò, nu. 5.*
5 *Persona mutatione rei conditio mutatur.*
6 *Ducatus dignitas inter primarias dignitates annumeratur, & nu. 8.*

Argu-

7 *Argumentum ab ordine litera & à deriuatione nominis ualet, sub numer.* 7.

9 *Duces non solum spectabiles, sed illustres dicuntur, & ita in priuilegijs nominantur; verum de consuetudine illustrissimi vocantur, & nume.* 10. *&* 11.

12 *Consuetudo in titulis assignandis attendi debet.*

13 *Dux est maior Marchione, Comite, vel Barone, & ibi de ratione, & etiam nume.* 14.

14 *Duces aliqui in Francia Marchiones, Comites, & Barones sub eius dominio habere solent.*

15 *Ducum insignia, quæ sint, & nu.* 17.

16 *Marchionum insignia, quæ esse dicatur, Comitum insignia quæ existere videntur, sub num.* 16.

18 *Pileus in insignijs Ducum, Marchionū, & Comitum quomodo fuerit introductus.*

19 *Ducum variæ prærogatiuè referuntur, remissiuè.*

ARGVMENTVM.

De Ducis dignitate.

CAPVT V.

1 DE huius tituli, seu dignitatis † origine multa scripserunt *Frecc. de subfeud. lib.* 2. *tit. Quis dicatur Dux, Bonadill. lib.* 2. *polit. c.* 16. *nu.* 25. *Cum. in præalud. c. si aliquem, n.* 195. *Menoch. cōs.* 302. *num.* 48. *Pet. de Greg. Tholos. de Republ. lib.* 6. *cap.* 7. *Paris. de Put. tract. de re milit. lib.* 7. *vers. sed an*
2 *Comes*, & de † pluribus & diuersis Ducibus est text. *in l.* 2. *C. de offic. Præfect. Prat. c.* 1. *Quis dicatur Dux, c. Imperialem, §. præterea Ducatus, de prohibit. feud. alie. per Fider. Azor. in summ. p.* 2. *lib.* 11. *c.* 8. ad quos curiosum lectorem remittimus. Sed quatenus ad
3 rem nostrā attinet ille † dicitur Dux, qui de Ducatu inuestitus est à Rege, ad tex. *in d. c.* 1. *Quis dicatur Dux, vbi Andr. & cæteri scribentes, Sonsbeec. de feud. in tit. Qui feud. dar. poss. nu.* 6. *Iacob. de S. Georg. in sua inuestit. in verb. Dux, quæst.* 1. *num.* 1. *Frecc. in loco citato, num.* 8. *Do. March. de Pont. in tit. de his qui feud. dar. poss. lect.* 6. *nu.* 45. ex
4 quo infert, quòd † licet aliàs res à persona sumat statum, non è contra, iuxta tex. *in l.* 1. *C. de impo. lucrat. descript. lib.* 10. quem refert, & sequitur *Andr.*
5 *ibidem, nu.* 13. & mutatione † personę mutetur rei conditio, attamen in casu isto persona à re sumit statum, postq̄ ex concessione Ducatus fit Dux, & sic ex aliarum rerum titulatarum cōces-
6 sione; intantum, quòd † feudistæ omnes inter primarias, Ducatus dignitatem annumerauerint, tum ratione
7 † literæ, cum etiam à nomine, ac ipsius deriuatione, ad tex. *cum Rubr. qs dicatur Dux, Calefa. de eque itr. dignit. num.* 117. *cum seqq. & num.* 128. *Menoch. cons.* 302. *nu.* 50. *in fi.* vbi maximā
8 † & excellam Ducalem dignitatē appellat, *Parlad. rerum quotid. c.* 13. *num.*
9 1. & dicuntur † personę illustres, secūdum *gl. in l. præcipimus, §.* 1. *ī ver. Præses, C. de appell. Cassa. in Cathalog. p.* 5. *consid.* 45. *vers. & Doctores*, qui ait, ita nominari a Rege in eorū priuilegijs, *Calefat. in loco citato, num.* 108. hoc intelligēs attenta qualitate Ducatus,
10 & licet secūdum aliquos † spectabiles nuncupentur, *ad tex. in l. si quando, C. de appellat. & in §. simili quoque modo, in Authent. eod. tit. Doctores in l.* 1. *ff. de offic. eius, Io. de Plat. in l.* 2. *C. de re mi-*
11 *lit. lib.* 12. attamen de consuetudine illustrissimi dicuntur, vt ait *Bald. in c. cū accessissent, colum.* 2. *de constit. Ruin. cōs.* 104.

104.vol.5.Pirr. Alfan.Præceptor meus in l.1.nu.10.ff.de offi.eius. Decian.resp.19.nu.19.& num.178.volum.3. quę
12 † in materia ista semper attendi debet, ad text.*in l.nõ tantum,ff.de decurio. et ĩ l.super creandis,C.de iure fisc.& c.Episcopus,vbi præposit. nu.7.dist.17.Bart. ĩ l.1.C.de dignit.lib.11.Bald.in c.1.col.2.de his qui feud.dar.poss.Dec.in c.clerici,nu.14. de iud.Doctores in l.cum qd ff.si cert.pet. Aret. cons.23. Decia.resp.7.nu.5.vol.3.*

13 Ex quibus infero, quod † Dux maior est Marchione, Comite, vel Barone, cũ eius dignitas magis Regali accedat personæ, & splendori, ad tex. in *d.cap.1.Quis dicatur Dux,c.fundamẽta,§.proinde,de elect.in 6. c.clericis, de immun.ecclesiast.in 6.Calef. de equest. dignit.num.106.Cassa.d.p.5.cõsid.46. Bonad.d.c.16.num.25.in princ. Luc.de Penn. in rubr.C.Comitib.Cõsist.lib.12. Io.Gars. de nobilit.glos.48.§.3.nu.69. Parlad.lib.2.rer.quotid.c.13.nu.1.Bellug.in specul. Princip.rubr.6. num.22. Frecc.d.tit.Quis dicatur Dux, nu.39.* vbi id eo fortius procedere ait, quia
14 † solent sub se & eius dominio habere Marchiones, Comites, & Barones, prout in Francia testatur *Cassa. d. cõsid.46.* & in Germania *Sebast. Munst.*
15 *lib.3.* idque † ostendunt eius insignia, circuli illustriora, quàm Comitis, vel Marchionis, quæ super armis afferri permittuntur, secundum *Cassan.p.1. cõsid.38.cõclus.44.& p.5.cõsid.22.Castald. de Imper.q.32. Tertull. in lib. de coron.milit. Decia.d.resp.19.num.34.&*
16 *158.vol.3.* Istis enim † tantum conceditur circus rotundus sine gemmis, & lapidibus prætiosis, quasi ad modum Coronæ designans dominium, iurisdictionem, ac Regalem dignitatem
17 sibi à Principe concessam; Duci † autem datur circus rotundus ad Coronam cum gemmis, ibi, & lapidibus prætiosis affixis, seu insculptis, ad demõstrandum eius dignitatem magis esse persulgendam, & illustrẽ, ad tex. *in c.ad Apostolicæ, circa finem, de priuileg.in 6. Luc.de Penn.in rubr.C.de aur. coron. lib.10.& in l.murileg. C. de muri-*
18 *leg.lib.11.* vbi etiam declarat, † quomodo fuerit hic pileus introductus *Cassan.p.1.cõsid.9. Frecc. ĩ loco citato, n.41.& 42. Bonad.d.nu.25.col.5. ver. pueden los Duques traher,* vbi plures
19 † Ducum prærogatiuas cumulat, quę in Ducibus superiorem non recognoscentibus verificari possent, *Alciat.de singul.certam.c.32. & in lib.Parerg. c.25.lib.6.& c.10.lib.8. Cõrad. ĩ Templ. iud.lib.1.c.4.num.15.*

SVMMARIVM.

tur

tur feudatarij Regis.
15 *Ius publicum consistit in Regia Corona.*
16 *Marchionatus dignitas est maior quàm Comitis, & nu.25.*
17 *Argumentum ab ordine litera valet.*
18 *Marchionatus dignitas non est tàm antiqua, quàm illa Comitis.*
19 *Marchiones non solum spectabiles, sed etiã illustres appellantur; de consuetudine autem illustrissimi nuncupantur, & num.20.& 21. & an possint nominari Excellentissimi, vide nu. 23.& 24.*
22 *Consuetudo attendi debet in titulis assignandis.*
24 *Dignitas duplicata plus tribuit quàm vna sola.*
25 *Marchiones sedent cum sella in catu procerum, & aliorum Magnatum coram Prorege, & praferuntur Comitibus.*
26 *Sedere coram Principe maxima dignitatis esse dicitur.*
27 *Donna Aloisia Mastrilli, & Corbera Authoris mater Marchionatus dignitate Terra Tortoreti à Rege Catholico decoratur.*
28 *Marchionum priuilegia plurima referũtur, vide remissiuè.*

ARGVMENTVM.

De Marchionis dignitate.

CAPVT VI.

1 
ARCHIO † à Marchia dicitur, quasi quod iuxta mare, vt plurimũ sit posita, ad text. *in c.1. Quis dicatur Dux, vbi Andr. nu. 2. & in c.1. quem omnes feudista sequuntur, de his qui feud. dar. poss.* & præcipuè *Franc. de Ams... occurrit modo, fol. mihi* 228. vbi exponendo *glos.*
2 *ibi*, ait, quòd † Marchiones sumpserũt
nomen, titulum, ac dignitatem a Rege, sumpta occasione a fundis. & prędijs, quæ custodiebant tanquam milites ad frõteria, seu ad limina hostiũ, & inimicorum, vnde appellati sunt
3 fundi Lymitrophi, & cum benè postea se gessissent meruerũt vt pro mercede haberent eosdem lymitrophos in feudum, & in memoriam seruitij militaris Marchiones appellati sunt, quæ fuit opinio *Zasij in eodem titulo p.5. num.10.* seu (vt melius dicam) *Bonifatij Arnebarchij, per eũ* relati, *Odofred. in summ. tit. Qui poss. in feud. succed.* & sequuti fuerunt *Sõsbec. de feud. p.6. num.8. Claud. Torone. in tract. de re milit. c.20. lib.3.* qui ait, † Marchio-
4 nem à limitaneis propositis originem duxisse, & limites Prouĩcias Marchias dici, *Hotoman. de verb. feudal. in verb. Marchio. Nicol. Moz. in cod. tit. de his, qui feud. dar. poss. sub nu. 16. Freco. in tit. Quis dicatur March. nu. 1. in princ. fol. 82. a tergo, Menoch. cons. 302. num. 19. vol. 4. Bonad. lib. 2. polit. c. 16. nu. 27. Alcia. lib. 1. Parerg. c. 27. Calef. de equest. dign. nu. 110. Azor. in summ. p. 2. lib.*
5 *11. c. 9.* qui alia† huiusmodi circa Marchionum originem commemorant; quæ consultò omittimus, cũ nõ sit typus nostri tractatus, possunt per eos videri, quia multum ingenia laborarunt in indaganda allusione, & deriuatione huius nominis.
6 Marchio † igitur is dicitur, qui de Marchia est inuestitus à Rege, hoc est de feudo cum tali dignitate, vt supra de Ducatu dictum est, ad tex. *in d. c. 1. Quis dicatur Dux, Afflict. in d. c. 1. num. 66. vbi omnes, de his qui feud. dar. poss. Cabed. dec. Lusit. 105. nu. 2. in fine,*
7 quæ dignitas, si † ordinẽ literæ *d. Rubr. Quis dicatur Dux, vel March.* respi-
8 ciamus, † minor est quàm Ducis, secundum *Ias. in l. 1. n. 25. ff. de offi. ciui.*

Boer. de authorit. magn. Consil. 2. p. §. 1. num. 6. Carol. de Grassal. de iur. Regni
9 *Franc. Iur. 1. fol. mihi* 3. licet † sępe anteponatur Duci, vt dixerunt *Hostiens. in summ. de penit. & remis. §. cui seruat, ver. cui Imperator, Luc. de Pen. in Rubr. C. de consulib. lib. 10. Boer. d. tract. ī addict. nu. 109. Menoch. d. cons. 302. n. 20.*
10 subdens, quòd † olim à Longobardis Regia his potestas data fuit, & quan-
11 do † perpetuò concessus est Marchionatus cum Regalibus æquiparantur Imperatori, vel Regi, *Ias. ī l. 5. imperiū. ff. de ver. oblig. Zuccard. in Rub. C: Qui admitt. nu. 27. Frec. in loco relato, nu. 2.*
12 *prope mediū*, intantum, quòd † secundum aliquos in suo statu eam habent potestatem, quam in suo Imperio Imperator, vt in Regno suo Rex, vt dixit *idem Zuccard. vbi supra, Purpurat. in l. 1. nu. 243. ff. de offic. eius, &*
13 *alij, quos ipse Menoch.* recenset, † quod tamen admittendum non erit nisi in Marchionibus, & Principibus superiorem non recognoscentibus, quan-
14 doquidem † in Regno nostro Duces, Comites, & Marchiones etiam quòd habeant Regalia (prout aliqui reperiuntur) habentur vt domini feudatarij cū titulis dignitatū, cōcessionibus, honoribus, & vtilitatibus, & eorū priuilegia reducūtur ad ius cōmune, pro posse ne lędant ius publicum, quod
15 † cōsistit in Regia Corona, & vniuersalitate Regni, secundū *Frec. ibidē nu.*
16 *2. in fi.* licet † maior sit dignitas, q̄ Co-
17 mitis, arguendo ex eodem † ordine, & de cōsuetudine vniuersali, vt tradiderūt *Parlad. rerū quotid. c. 13. num. 1. & Pet. de Greg. Tholos. syntag. iur. p. 1. lib.*
18 *6. c. 7. num. 14.* quāuis de iure † nō sit talis dignitas tam antiqua, quā illa Comitis, vt post *Frec. in loco citato*, tradit *Bouad. d. c. 16. nu. 27. in fi.* & propterea
19 hi, † qui Regalē hanc habēt dignitatē, nedū spectabiles dicūtur, secundū *Hostiens. ī loco citato, ver. cui Marchio, Ias. in l. Imperium, nu. 115. & ibi alij Doctores. ff. de iurisd. omn. iud. Purpur. ī l. 1. nu. 131. ff. de offic. eius, Boer. de orig. grad. nu. 6. & in d. tract. de author. mag. Consil. in add. num. 100. Brun. cōs. 201.*
20 *lib. 2. Alciat. cons. 382. in princ.* sed † illustres, vt voluerunt *Aleman. in cōs. 2. vol. 3. Plat. in Rubr. C. de eo qui pro &c. libr. 12. quos refert Frec. in loco citato, num. 7. Purpur. in d. l. 1. num. 230. Cassan. Cathalog. glor. mund. p. 7. consid. 4. ver. item Capitaneos Feder. Scot. cons. vlt. num. 118. lib. 6. tom. 1.* Imò † illustrissimi, secūdū *Affl. ī praelud. const. Regni, q. 13. Rim. Iun. cons. 642. num. 46.* quo titulo hodie de consuetudine nuncu-
22 pantur, q̄ † in his inspiciendam esse tradiderunt *Bart. in l. 1. col. pen. C. de dignit. lib. 12. Dec. in c. nouit. in 6. notab. de iud. Rocc. de Curt. in c. vlt. vers. septimo infertur, de consuet. Menoch. d. cōs. 302. nu. 44.* vbi latissimè defendit, q̄
23 † etiam competat titulus excellentissimi, maximè qn̄ duplicem haberet dignitatem, vt quia esset Marchio, &
24 Comes, nā † duplicata dignitas plus tribuit, quàm vna sola, *Ias. in l. re coniuncti, nu. 18. ff. de leg. 1. idē Menoc. cōs. 51. nu. 31. lib. 1. Tiraq. de nobil. c. 5. nu. 8. Lancel. Corrad. in templ. omnium iud. cap. 5. in fin. Parlad. vbi supra, num. 1.*
25 & vt tales † sedent cum sella in cætu Procerum, & aliorum magnatum in Palatio ante Comites, secundū *Frec.*
26 *in loco citato, nu. 2. & 7.* quod † tamen maximę est dignitatis in Palatio Principis, & in eius pręsentia, ad tex. *in Authen. vt ab illust. §. 2. Surg. de Neapol. il-*
27 *lust. c. 23. nu. 28.* quia † Marchionatus dignitate dum hæc scriberem decorata fuit à Catholico Rege Dōna Aloisia Mastrilli & Corbera mater mea super Terra Tortoreti, de eorum ta-
28 men † priuilegijs videbimus infra in communi cum alijs in cap. seq.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Comitatus dignitas est antiquissima, ac prius quàm illa Ducum, & Marchionum, et antequam dignitates regales in Regno cognita essent, & n. 4. licèt, ex quo à Longobardis processit, noua fuerit extimata, vt numer. 11.*

2 *Comitatus dignitas fuit in Hispania prima dignitas, & quanto tempore talis dignitas durauit, vide ibi, & num. 3.*

3 *Regnum Lusitaniæ titulo Comitatus ab Alfonso Castellæ Rege dotis nomine Henrico datum fuisse refertur.*

5 *Comitatus non solum est nomen dignitatis, sed etiam nobilitatis.*

6 *Prohibitus legitimare nobiles non potest legitimare filios Comitis.*

7 *Filij naturales Comitum dicuntur nobiles.*

8 *Comitis nomẽ apud Romanos, & Gallos dicitur vsurpatum.*

Comites dicti fuerunt à comitando, & quare sub nu. 8. quod extende etiam ad Comitissas, vt num. 10.

9 *Comitantes Principem Comites impropriè dici possunt.*

12 *Comites qui dicebantur apud Longobardos, & quomodo tale nomen sumpserunt, cum num. sequentib.*

13 *Comites dicti à Longobardis, Iudices à Germanis dicuntur, & vide num. 14.*

15 *Comes qui propriè dicatur.*

16 *Comitatus quid esse existimetur, & in quibus consistere videatur, nume. 17.*

18 *Comites, qui de Comitatu non sunt inuestiti, impropriè, & abusiuè Comites appellantur, nec veniunt appellatione Comitum, de quibus vide ibidem, & num. 9. & 19.*

20 *Comites non solum spectabiles, sed etiam illustres dicuntur, & num. 21. & 22. sed hodie illustrissimi nominantur, num. 24.*

22 *Ducatus, Marchionatus, & Comitatus dignitates illustres nominãtur ampl. num. 23.*

25 *Comites sedent in parlamento coram Principe, & in alijs regijs sessionibus præcedunt nobiles, & Barones.*

26 *Comites in Gallia, & Alemania an præcedant Marchiones, & vide numer. 27.*

27 *Boerius ab Authore laudatur.*

28 *Comes, & Baro data paritate temporis præcedit Comitem tantum.*

29 *Comitatus dignitas in sedendo, & alijs præeminentijs an transeat ad filios, & num. 30.*

30 *Hæredes sanguinis succedunt in dignitate non per vsurpationem, sed ex forma priuilegij.*

31 *Emptores feudorum, & dignitatum Regalium non per vsurpationem succedunt, sed iuxta formam inuestituræ.*

32 *Comites in eorum insignijs, & armis possunt detinere coronam, minorem tamen Ducali.*

33 *Comites possunt vexillum detinere.*

ARGVMENTVM.

De Comitis Dignitate.

CAPVT VII.

1 

OMITATVS† dignitas propria erat antequam esset in Regno cognita Regalis Dignitas, vt dixit, *Camill. de Curt. in 1. par. Diuers. iur. feud. in verb. sed vnde digressi, num. 13. fol. mihi 11. atergo, Azor.*

C 2 in

in summ. par. 2. lib. 11. cap. 10. Bonadil. lib. 2. polit. cap. 16. num. 26. Cabed. decis. Lusit. 105. num. 2. p. 2. subdens,
2 quòd † hæc Comitis dignitas fuit in Hispania prima dignitas, & quæ multo tempore durauit vsque ad Reges
3 Hispaniæ, & quòd † Regnum illud Lusitanię, titulo Comitatus ab Alfonso Sexto, Castellæ Rege dotis nomine Henrico datum fuerit, Io. Gars. de nobil. glos. 48. §. 3. num. 69. Volfang. lib. 2. Comment. Reipubl. Roman. c. 11. Par lad rer. quotidian. c. 13. n. 2. & 3. Guardiol. in tract. de nobil. c. 41. & post alios Doctor Godiel. in lib. Genealog. Ducum Ossuna cap. 2. vbi dicunt, dignitatem
4 † hanc fuisse magis antiquam, quàm illam Ducum, & Marchionum; nomē
5 enim † dignitatis est, & nobilitatis, vt notant omnes in c. 1. quis dicatur Dux, Comes, &c. & in c. constitutus, el 2. de testib. Hippolit. Rimin. cons. 740. num. 5. volum. 7. Decian. respōs. 21. num. 10. volum. 1. & respons. 7. num. 10. volum. 3.
6 dū ait, quòd † ille, qui potest omnes legitimare exceptis filijs nobilium, nō poterit legitimare filios Comitum,
7 quia † nobiles sunt, vt notat Gemin. in d. cap. Grandi, sequitur Cepoll. Veron. de Imperat. milit. delig. priuileg. 18. Sed
8 † apud Romanos, & Gallos tale Comitis nomen vsurpatum & dictum à comitando, nam quicumque primi ordinis viri Augustum proficiscentē in Prouincias comitabātur, Comites
9 dicti fuerunt, quales † hodie fere sunt Consiliarij, & ministratores ad mensam, vt de mente Ammiani Oldendorf. Zas. & Budei scripsit Free. lib. 2. in tit. quis dicatur Comes, nu. 2. & seq. quod etiā authoritate Cornelij Taciti in suo libello de Germania comprobat Cum. in prælud. cap. si aliquem, nume. 193. Sonsbec. de feud. par. 6. nume. 8. Bonad. in loco citato, dicto nume. 26. vbi allegat, text. in l. item apud, §. Comitem, ff. de iniurijs, & extendit ad mulie-
10 res, † quæ Comitissæ dicebantur ex eadem ratione, multaq; alia circa materiam comulando, licet apud Alciat. lib. de singul. certam. cap. 32. colum. secunda, quem refert MoZ. in tit. de his, qui feud. dar. poss. sub nume. 15. noua
11 † dignitas ęstimata fuerit, & quod à Longobardis processerit, secundum, Andr. in cap. primo, Quis dicatur Dux,
12 March. vel Com. Illi † enim à Principio officiales constituerant, qui in Terris, & regionibus sibi assignatis ius dicerent, & iustitiam administra-
13 rent, & † hi erant in lingua Germanica iudices, ad text. in l. 3. C. de assess.
14 & lingua † Longobarda dicebantur Comites, qui posteaquam erant apud Regem benemeriti, & rectè administrabant Prouinciam sibi commissam, obtinebant in feudum, & dominium, quod in officium exercuerant, dummodo quod ad hæredes non transiret, ad text. in dict. cap. 1. Quis dicatur Dux, vbi Andr. quod postea multis ex causis vsurpatum fuit, vt ad hæredes transiret, secundū relatos Doctores.

Attamen quidquid sit de prædictis, vera est conclusio apud Doctores omnes feudistas in dict. capitu. primo, quis dicatur Dux, in capitu. primo, de feud. March. in prælud. feud. & in titu. de his, qui feud. dar. poss.
15 quòd † ille propriè dicitur Comes, qui de Comitatu est á Rege inuestitus, vel ab eo, qui talem habeat authoritatem, dignitas enim Comitalis consistit in assignatione feudali, secundum Doctores in dicto capitul. primo, Quis dicatur Dux, Bald. in capitu. primo, de his qui feudum dar. poss. & in consil. 429. libr. primo, Petr. de Gregor. de concessio. feud. par. secunda, quæstio. tertia, Dom. Cardinal. Tusc. conclus. 479. numer. primo, cum seqq.
16 vbi dicunt, quod † Comitatus est territorium plurium villarum, &

Ca-

Castrorū *Foly. in c. Rodulfus,in verb. Comitatus,extr.de rescrip.Luc. de Pen. in l.si quis decurio, colum.*1. *C. de decurio.libr.*10.*Soc.consil.*165.*num.primo, volum.* 2. & ob id, secundum *Cassan. in Cathalog. glor. mund. part.* 6. *consid.*45. *& Afflict. in praelud. constit.*

17 *Regni, q.*26. cōsistere † debebat in Ciuitatibus, vbi adessent Episcopi, & non in Villis, & Oppidis, prout hodie seruatur, alias impropriè Comites dicerentur, vt dixit *Bald.in d.cap.*1. §. *Marchio, de his qui feud.dar.poss. Affl. in constitut. si aliquis Baro,nu.* 4. *rubr.* 11.*lib.* 3. *Fres.in tit. Quis dicatur Comes, num.*34.

18 Alij † verò Comites, qui de Comitatu non sunt inuestiti, non dicuntur propriè Comites, sed abusiui, vt sunt Comites Palatini, Comites sacri Palatij, Comites rei militaris, Comites sacrarum largitionum, Comites rerū priuatarum, de quo per *Fab. de Ann. cons.*56.*n.*8. *cū seq.* sic ēt Comites domorum, Comites sollemniorum, Comites ludorum, Comites formarum, Comites limitanei, Comites matrimoniorum, Comites sepulchrorum, Comites Sacristabuli, & Comites Doctores, de quibus *per Andr. Frece. Mez. & alios in locis relatis*, qui non

19 † veniunt appellatione Comitum, vt dixit *Iac.de Sanct.Georg.in sua inuest. in verb.Comes,nu.*1.*ad tex.in l.*1.§.*qua in perpetuū,ff.si ager.vectig.* §. *sed quaeties, institu.de iur.natur.gent. & ciuil. Paris.de Put.de duel.*§.*an domus,nu.*7. Et de Comite Palatino *Bonad.d.c.*16.

20 *num.*34. in tantum, quòd † Comites eo modo, quo supra dictum est inuestiti spectabiles dicuntur, ad text. *in l. Prouintialium,C.de eroga.milit.annon. lib.*12.*& in l.* 1.*C.de offic.mag. milit.l. si quando,C.de appell. Decian.d. resp.*7.

21 *nu.*11. quinimo † illustres, prout de Ducibus, & Marchionibus dictum

22 est, siquidem dignitates † istae Rega-

* les communiter * dicuntur illustres, vt notat *Frece. vbi supra, sub num.* 40.

23 maximè † quando haberent Ciuitatem Metropolim, secundum *Rebuff.i l.*1.*C.de consulib.qui pron. reg. per text.* quem ipse allegat *in l.*1.*vbi Bald. C. de Metropol.Cassan.p.*7.*consid.*4. *Corset. in repet.cap.grandi,num.*47.*de supplēd.*

24 *neglig.praelat.* Et pariter † illustrissimi, vt aiunt *Specul.in titu. de iurisd. omn. iud. super rubr.num.*5. *Io.Garf.de nobilit.glos.*38.§.3.*nu.*68.& propterea ha-

25 bent † locum in sedendo in Parlamēto Regis, & in alijs Regijs sessionibus pręcedendo nobiles, & Barones, ad tex. *in d.c.grandi,& cap.fundamenta, de elect.in* 6.*Luc.de Pen.in rubr.C. de*

26 *Comit.Consistor.lib.*12.licet† in Gallia, & Alemania ex consuetudine pręcedant Marchiones, ad tradita p *Cassa. p.*5.*consid.* 47. cuius contrarium dixit

27 Boer. maioris† authoritatis,& magis versatus, vti Pręses illius supremi Pretorij, *in tract.de ord. grad.p.*2.*sub nu.* 4.*ver.deinde*, sequitur *Calefat.de eque-*

28 *str.dignit. num.*126. & data † paritate temporis ille, qui est Comes, & Baro pręcedit Comitem tantū, secundum *Bald.in l.sed & si milites,in princ.ff. de excusat.tut. & alios*, de quibus dicam *infra c.*11. *notab.*4.

29 Haec † tamen dignitas in sedendo, & alijs pręeminentijs transit in filios, vt dixit *Hippol. Rim.in cons.*740.*n.*18. quidquid in contrariū dixerit *Afflict.*

30 *in d.q.*26. cum hęredes † sanguinis in dignitate succedant, non per vsurpationem, sed ex forma priuilegij admittentis filios, vel hęredes sanguinis ad successionem Comitatus, quod pari-

31 ter † in emptores cum assensu Regio procedere, *infra c.*13. discutiemus, & ita seruatur.

32 Possunt† ēt isti Comites Coronā super armis detinere, licet minorē Ducali, secundū *Luc.de Penn.in d.rub.C. de Comitib. Consistor. lib.*12. *Cassan. in*

Stegm.

Regm. 5. par. Bonad. d. cap. 16. num. 31. in fine, latè *Frecc. in titu. Quis dicatur Comes, num. 48.* & pariter † detinere vexillum, *Capic. decisi. 27. num. 46. & 47.*

33

SVMMARIVM.

1 *Prothocomitis dignitas græca esse dicitur.*

2 *Prothocomes potest à Rege in Regno creari, qui præcedat alios Comites tamquam primus illorum, licet essent tempore digniores.*

3 *Sanctus Stefanus fuit in Ecclesia primus martyrum, & ideo dicitur prothomartir.*

4 *Prothonotarius in Regno ordine, & dignitate dicitur primus Notariorum, & referendariorum.*

5 *Prothomedicus ordine & dignitate dicitur primus medicorum.*

6 *Prothocomitis dignitas non est in Regno Siciliæ.*

ARGVMENTVM.

De Prothocomitis dignitate.

CAPVT VIII.

1 HÆC † dignitas Prothocomitis græca est, secundum *Valter. lib. 29. histor. in tit. de Magistratibus græcorum*, quem sequit *Frecc. in tit. quis dicatur Comes, num. 52.* subdens qđ † Rex poterit in Regno creare Prothocomitē, qui præcedat alios Comites, licèt essent tempore digniores, quasi sit dignitas maior Comite, & idem est ac si dixisset, primus Comitum ordine, & dignitate, vt notat *Henric.* ibi, sicut dicitur de † Beato Stefano qui fuit Prothomartir, idest primus martirum, ad notat. *in §. 1. Auth. de tabell. Alberic. in Dictionar. in verb. Prothomartir*, & de Prothonotario † in Regno, nam ordine, & dignitate est primus Notariorum, & referendatiorum, vt dixit *Bart. in l. eos. C. de excusat. muner. lib. 10. Alberic. in loco citato*, & pariter de Prothomedico, † qui ordine, & dignitate primus est medicorum: hanc autem dignitatem † non habemus in Regno.

2

3

4

5

6

SVMMARIVM.

1 *Vicecomes quis dicatur, & qualiter sit constituendus.*

2 *Vicecomes est nomen officij cum administratione.*

Vicecomitum filij eadem dignitate gaudebant, qua eorum patres, cum illis absentibus eorum personā repræsentabant, sub num. 2.

3 *Vicecomitatus dignitas est maior dignitate Baronis, sed minor illa Comitis.*

4 *Vicecomites plures reperiuntur in Francia.*

5 *Vicecomes vnus tantum dicitur esse in Lusitania.*

6 *Vicecomites duo in Regno Siciliæ fuerunt, nunc autem vnus tantum reperitur.*

7 *Vicecomites regalem dignitatem habere dicuntur, idemque de eis iudicandum est, quod de Ducibus, Marchionibus, & Comitibus.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

De Vicecomitis dignitate.

CAPVT IX.



1 VICECOMES, † secundũ *Speculat. in tit. de Vicecomite* is est, cui dominus Castri cõmittit vices suas, seu executionem iurisdictionis ĩ Castro, ibique ponit qualiter cõstituendus sit, sed *Marant. de ord. iud. p.4. dist.5. num.*10. *Fernan. Mex. lib.*1. *c.*78. *Caribar. lib.* 10. *c.*4. *Guardiol. de nobilit. c.*42. *in f.* dixerunt eũ esse Comitis gubernatorẽ in Comitatu, eiusque locumtenentem, iustitiam administrando, & allegant *l.* 11. *tit.* 1. *part.* 2. ibi, *Visconde tanto quiere dezir como official que tiene lugar de conde*, & sic nomen est officij, secundum eos;

2 eademq; † dignitate gaudebant Comitum primogenitj, qui patribus absentibus, eorum locumtenentes erant in Comitatu, eiusque personã repræsentabant, quibus certa pars Comitatus assignari consueuerat, vsquequo patri succedebant, vt refert *Bonad. in loco citato, in fine;* hinc dixerunt *idem Mex. & Garibai in supra citatis locis;*

3 † dignitas hæc maior est dignitate Baronis, minor autem Comite, secundũ *Prec. in tit. Quis dicatur Comes, nu.*52. *in fine, & in titu. de orig. Baron. num.*8. *Mex. de his qui feud. dar. poss. sub n.*17. *in fine, Bonad. vbi supra, num.*36. *Petr. de Greg. Tholos. syntag. iur. p.*1. *lib.*6. *c. 9. num.*14. *in fine. Cabed. decis.* 105. *in princ. p.*2. *Cassan. in Cathalog. glor. mũd. 5. par. consid.*55. vbi ait, quod †

4 in Fracia plures illam habẽt dignitatem; in

5 Lusitania † tamen vnum tantum ad esse testantur *Cabed. vbi supra, nu.*2. *in fine, & Buter. in relation. dicti Regni,* licet in hoc † Siciliæ Regno duo primũ

6 fuissent; modò vnus tãtum remãserit, qui dicitur Vicecomes Frãcauillæ, alter vero, qui Vicecomes erat Galeani, Comitatus titulũ à Rege nostro ob-

7 tinuit, & hi pariter † Regalem dignitatem habere dicuntur, idemq; iudicandum est, quod de Ducatu, Marchionatu, & Comitatu disponitur *in d. §. præterea Ducatus*, vt dixit, ibi *Io. Raynald. Iac. de S. Georg. in sua institutura, in ver. Dux. col.*4. & sicut de Principatu dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas Regalis triplex est, prima titularis tantum sine administratione, & loco: secunda cum officio, & iurisdictione; tertia cum officio, iurisdictione, & loco.*

2 *Dignitas titularis tantum sine administratione, & loco quasit.*

3 *Carolus Cicala Comes titularis tantum ad honorem à Domino Rege creatus.*

4 *Dignitas Regalis titularis tantum non dicitur illustris, nec gaudet priuilegijs titulatorum, & nu.*2.

5 *Dignitas Regalis titularis tantum morte titulati extinguitur.*

6 *Comes titularis ad honorem tantum, abusiuè, & impropriè, ac unde titulo Comes dicatur, & nu.*7.

8 *Abbates titulares, qui dicantur; Episcopi nullas tenentes, qui sint, sub nu-mer.* 8.

9 *Canonici in herba, qui esse videantur.*

10 *Comites titulares non fuerunt in Regno Siciliæ.*

11 *Comites titulares in Lombardia quãplures reperiuntur.*

12 *Dignitas cum officio, & administratione qua sit.*

13 *Dignitas cum officio, iurisdictione, & loco, qua esse dicatur.*

Di-

14 *Dignitas Regalis propriè, quæ esse videatur.*

15 *Dignitas regalis ad posteros transmittitur.*

Populus & Ciuitas semper idem esse videtur, sub num. 15. & nu. 32.

16 *Priuilegium, & dignitas personæ tantũ concessa cum persona extinguuntur, nec ad hæredes transeunt, neque ven dubitra sunt, & in illis non succeditur nisi prout ex concessione, & numer. 17.*

18 *Hæres non succedit in titulis, & dignitatibus simpliciter concessis absque territorio, nisi de nouo acquirat.*

19 *Successio non datur in feudis Comitatus, vel Marchionatus, et simillb', sed dicuntur acquiri ex concessione Regis, illa de nouo confirmando, & nu. 21. lim. num. 22. & de ratione num. 23. & 24.*

20 *Dignitas Comitatus, Marchionatus, & Ducatus in Regnis Castella, mortuo Comite, Marchione, vel Duce, dicitur expirare, nisi Rex de nouo concedat.*

25 *Mulier habens Comitatum, aut similem dignitatem ex successione parentum si nubat infra annũ luctus an dignitatem ammittat.*

Mulier nubens infra annum luctus an efficiatur infamis, sub nu. 25.

26. *Multa in cõsequentia permittuntur, quæ principaliter denegantur.*

27 *Infames ad dignitates non admittũtur.*

28 *Priuilegium quando cognoscatur an sit reale, vel personale, & num. 29. 30. & 31. cum plurib. sequentib. vsque ad finem.*

35 *Dignitas concessa in perpetuum dicitur realis, & non personalis.*

36 *Dictio (in perpetuum) quid operetur.*

37 *Dignitas concessa pro se, hæredibus, & successoribus dicitur esse realis.*

38 *Dignitas concessa à Principe, & in dubio præsumitur realis, & non personalis, & nu. 39.*

40 *Dignitas dicitur esse realis, si successores vtitales ad aliquẽ actum à Principe, vel eius consiliarijs fuerint admissi.*

41 *Concessio licet personalis appareat, tamen ex vsu ipsius realis reputabitur.*

42 *Priuilegium dignitatis Regalis, in quo adest clausula (ita quod præsentis tituli concessionis priuilegium sit, & esse debeat omni futuro tempore stabile, reale, & firmum) reale & ad hæredes transitorium esse videtur, & ita seruatur in Regno.*

ARGVMENTVM.

Quot modis consideretur dignitatum Regalium concesio.

CAP. X.



DIGNITATVM Regalium 1 concessio, secundum *Andr. & cæteros in cap. 1. Quis dicatur Dux, vel March. & in titu. Qui feud. dar. poss.* tripliciter consideratur, Primo titularis tantum sine administratione, & loco, Secundo cum officio, & iurisdictione, Tertio cum officio, iurisdictione, & loco.

Prima, † est quando Rex aliquem ex causis sibi benè visis creat Comitẽ, vel alium similem titulum concedit ad honorem tantum, hic enim Comes denominari poterit, non autem gaudebit immunitatibus, honoribus, & præeminentijs prout alij Regni Titulati, vt declarauit Catholicus Rex noster per literas Regias, datas Aranjuez sub 7. Maij 1608. executorias Panormi die 20. Iulij eiusdem anni,

ni,ad instantiam Regni Titulatorū,&
3 Comitem† Carolum Cicala, qui huiusmodi Comitis titulo fuerat ab eadem Catholica Maiestate decoratus, iuxta notata per *Vinc. de Frāch. in dec.* 115. vbi refert ita iudicatum per sacrum Consilium, *Menoch. de arbit. cas.*
4 68. subdens quod† nec etiam illustres dici poterūt, eo maxime quod eis mor
5 tuis† dignitas prædicta extinguitur, ad text. *in l. forma*, §. *quæcumque*, *ff. de censib. c. 1. de feud. March. Molin. de primoge. Hispa. lib. 1. c. 11. nu. 19. D. de Pōt. in tit. de his, qui feud. dar. poss. lect. 6. n.*
6 47. & propterea† abusiuè Comites dicuntur, vt dixit *Andr. in tit. Quis dicatur Dux, in princ. DD. in l. eum quid, ff. si cert. pet. Decia. resp. 9. n. 22. vol. 1. & resp. 19. nu. 118. cum seqq. vol. 3.* & magis singulariter *Frec. lib. 2. tit. Quis dicatur Comes, nu. 34.* & post eum *Vinc. de Franc. in d. dec. 115. nu. 4.* vbi habe-
7 tur, quòd† isti, quibus est concessa dignitas sola sine territorio, dicūtur Comites nudo titulo, prout sunt Abba-
8 tes titulares, Episcopi nullatenentes,
9 Canonici† in herba absque præbenda, & de eis dici potest, vt de Rege taxillornm ludi, de Imperatore Græcorum, de Cardinalibus Rauennæ, & demum de Doctoribus absq; lege, in quibus sunt nomina absque iuris effe-
10 ctu: huiusmodi† autem Comites in Regno Siciliæ non habemus, cum omnes statum habeant & territoriū,
11 sed† in Lonbardia adsunt quamplures, vt notat *Frecc. in loco citato, in fi.*
12 Secunda† concessio cum officio, & administratione dicitur, quando Sūmus Pontifex aliquem creauit Ducem Spoleti, qui impropriè Duces dicuntur, secundum eumdem *Frecc. in tit. Quis dicat. Dux, sub nu. 8.* & habetur *in locis Topicis*.
13 Tertia† vero concessio cum officio, iurisdictione, & loco illa est, qñ Rex, vel alius supremus Princeps, vt supra

diximus aliquem cum Terra inuestiuit de Principatu, Ducatu, Marchionatu, Comitatu, & similibus, qui propriè dicuntur Principes, Duces, Marchiones, & Comites, secus autem, si simpliciter feuda, & Castra concessisset, non exprimendo in feudum Marchionatus, Ducatus, &c. vt dixit *Andr. in c. 1. §. similiter, nu. 20. vers. Baronia, de Cap. qui cur. vēd. & in cōst. si aliquis Baro, per illum tex. Pet. de Greg. de concess. feud. p. 2. q. 3. nu. 9.* & hæc est
14 † quam realem dignitatem dicimus,
15 quæ ad posteros† transmittitur, ea potissimum ratione, quia videtur semper idem populus, & numquā extinguitur, nisi locus ipse destrueretur, vt dicit *gl. in l. forma*, §. *quæcumq.*, *ff. de censib.* adeo quod verum est dicere,
16 q† quando priuilegium, seu dignitates personis dantur, cum persona ammittūtur; ideoque nec ad alium dominum loci, neq; ad hæredem, vel qualemcumq; successorem transeunt, ad tex. *in l. ætatem*, §. *rebus*, *de censib. Paris. de Put. de reintegr. feud. col. 1. num. 5. fol. 157. Roder. Suarez. in l. quoniam in prioribus, lim. 11. in 1. dub. n. 1. & 2. de inoffi. testam.* neque vendibiles sunt, quia consideratur tantum industria personæ, iuxta terminos, *c. 1. de feud. March. & ibi Bald. l. 1. in fine, ff. de constit. Princip. l. 1. de offic. præfect. vrb. l. si seruus. ff. de stat. lib. l. 1. §. ne autem, C. de caduc. toll. c. priuilegium, de reg. iur. in 6. l. Iulianus, §. si qs alieni, ff. de leg. 1. D. de Pont. in d. lect. 6. nu. 47.* in qui-
17 bus† nec succeditur nisi ex concessione, *c. 1. de alien. feud. c. 1. Quis dicatur Dux, vel March. Bald. & post eum And. in c. Imperialem, §. præterea, el 2. de prohib. feud. alienat. per Feder. Roder. Suarez. in loco citato, nu. 2.* vbi in fortioribus terminis dixit, quod† in titulis,
18 seu dignitatibus simpliciter concessis absque territorio, & sic personalibus hæres non succedit, nisi de nouo ac-

quirat, ad tex. *in c. 1. de feud. March.* vbi non succedit hæres, nisi ex Imperatore per inuestituã acquisierit, *cap. 1. §. & si clientulus, de alienat. feud. & c. 1. quis dicatur Dux*, dũ ait, q. in feudo
19 Comitatus, vel Marchiæ, vel aliarum dignitatum non est successio, quãdoquidem ista simul stare possunt, nimirum, quòd filij succedant in statu, & Baronia ex concessione Principis, sed non succedant in dignitate sine noua
20 concessione, in tantum quòd † in Regnis Castellæ, ex antiqua consuetudine obseruatum fuit, vt mortuo Duce, Comite, vel Marchione, huiusmodi dignitates expirent, nec possint eorum successores his titulis appellari, nisi Rex eas dignitates eisdem confirmauerit, ad notat. per *Bar. in cons. 72. incip. ex facto proponitur*, vbi ait, quòd
21 † de iure in his dignitatib. non est successor; vnde mortuo patre non succedit filius, nec filius ei, si de nouo ei nõ concederetur, idemque confirmant, post *Roder. Suar. vbi supra, Cabed. dec. Lusit. 4. nu. 7. par. 2. Valasc. de iur. emphyt. q. 40. num. 26. & Molin. de Hispa. primoge. lib. 1. c. 11. nu. 12. & 21.* sub-
22 dẽs † secus esse in his, quibus Oppida cum titulo dignitatis concessa fuerũt, hi namque, mortuo prædecessore, eiusdem titulis appellari poterunt, nõ expectata Regia concessione, seu cõfirmatione, ideq; tradit *Parlad. rer. quo-*
23 *tid. cap. 13. num. 4.* est † equidem adeo inseparabilis dignitas, & cum ea perpetua in reali concessione, vt necessario in quem locus ipse dignitate prædicta decoratus vadit, in sequitur etiã
24 & dignitas, seu titulus, licet † ille, in quem trãsmittitur, esset incapax principaliter, nam in consequentiam cum ipsa re dicitur capax, & poterit dignitatem ipsam obtinere, vt notanter dixit *Bald. in l. 1. nu. 1. C. de secund. nupt.* vbi refert hanc quęstionẽ ibi. pone qđ
25 † quædam mulier, quæ habet Comitatum ex successione parẽtum, nubat infra annum luctus, nunquid istam dignitatem, & Comitatum perdit? videtur quod sic, quia est infamis; contrarium credo, quia ista dignitas, & iurisdictio est quid hęreditarium, & hęc mulier retinebat bona vt hic, item ista dignitas venit in consequentiã hæreditatis, & est annexa territorio, & ali-
26 quid † retinetur in consequentiã, qđ non retinetur principaliter, argu. tex. *in l. hi qui duos, ff. de liber. legat.* cuius dictum notandum esse ait *add. ibi lit. D.* ad limitat. *tex. in l. 2. C. de dignit. lib. 12. & ibi Alex. in add. ad Bart.* vbi
27 † infames dignitatibus sunt incapaces *Luc. de Pen. in l. 1. C. de re publ. lib. 10. Io. Gar. 3 d. l. 1. C. de secund. nupt. n. 22.* subdens hoc esse notandum, quia poterit afferre honorem in practica, *Tiraq. de nobil. c. 24. nu. 6.* & optimè *Molin. in loco citato, lib. 1. cap. 13. num. 13.* quo loci ait doctrinã Bal. peregrinã esse, & singularẽ, & hoc ratione inseparationis dignitatis à Maioratu, secundum eum.
28 Et propterea † si separatim titulus concederetur habenti Ciuitatem, siue oppidum, vt cognoscatur quãdo huiusmodi dignitatis cõcessio sit realis, vel personalis, recurrendum erit ad tenorem priuilegij, per quod ostenditur causa finalis cuiuslibet dispositionis, & intentio concedentis *ad tex. in l. ad probationem, C. de probation. l. fin. ff. de hared. instituend. l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. & tex. in cap. porrò, de priuileg. cum simil. Bald. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. Rimin. iun. cons. 4. volum. 1. Menoch. cons. 160. nu. 31. lib. 2. Natt. cons. 164. num. 18.* In
29 tantum, quòd † si Rex erigat in aliqua Ciuitate, vel Terra dignitatem Comitalem, vel similem, & dignitas primo ascribatur loco faciendo ipsum Comitatũ, de inde persona denominando ipsum Comitem, tũc dignitas, seu titu

titulus Comitatus prædicti dicitũ me-
rè realis,& non personalis, quo fit vt
dicatur perpetuus, & possit alienari
cum ipsa Terra, & emptor efficitur
Comes, Andr. in dict. cap. 1. de feud.
March. & traddit eleganter Frecc. in
tit. quis dicatur Comes, lib. 2. num. 47.
vbi cõfirmando istam opinionem di-
cit dignitatem perpetuam, & quod
numquam moritur ex cap. si gratiosè,
de rescript. in 6. & semper viget, rea-
lis est,& sempiterna, secũdum Andr.
& alios, quos ipse allegat, Suarez. in
d. l. quoniam in prioribus, in 1. dub. nu.
2. Menoch. lib. 3. præsumpt. 103. Camill.
de Curt. de feud. part. 1. vers. sed vnde
digressi, fol. mihi 13. Cancer. variar.
resolut. lib. 3. cap. 3. num. 324. Dom. de
Ponte cons. 1. num. 59. cum seqq. vol. 1.
30 Hinc Doctores dixerũt, quòd † im-
munitas cõcessa prædijs,& bonis præ-
sumitur realis, & ob id trãsire ad quẽ-
cumque, ad quem bona ipsa transmi-
ctuntur, ad text. in l. via, §. quacum-
que, ff. de seruit. rustic. prædior. & me-
lius in l. forma, §. quamquam, l. ætate,
§. rebus, ff. de censib. Din. in d. cap. pri-
uilegium num. 6. Alexand. cons. 192. nu.
3. lib. 2. Soc. sen. cons. 35. num. 10. vol. 1.
Dec. in l. in omnibus causis, num. 15. de
reg. iur. Natt. cons. 627 num. 12. Burs.
cons. 281. num. 33. Menoch. de præsump.
d. præsumpt. 103. n. 26. & cons. 905. n. 3.
31 subdens idem † esse si verba priuilegij
sumantur pro ipsa vniuersitate,& po-
pulo, secundũ Din. Dec. Natt. & alios,
quos ipse cumulat, ex ratione illa,
32 quòd † eadem semper sit Ciuitas, idem
populus, eadem vniuersitas, l. propo-
33 nebatur, ff. de iudic. idque † amplian-
dum venit etiam, quòd Rex in cõces-
sione dignitatis mentionem faciat de
seruitijs, & benemeritis personæ con-
cessionariæ, nam etsi huiusmodi con-
cessionem personalẽ esse arbitrati fue-
rit Luc. de Penn. in l. sordidorum, nu.
1. vers. adde vt concedit, C. de excusat.
muner. lib. 10. & post eum Bellug. in
specul. Princip. Rubr. 47. §. sciendum,
num. 8. versic. sed potest, nihilominus
contrariam opinionem tenuerũt Dec.
& alij, quos refert, & sequitur Cranett.
cons. 590. num. 1. Tiraq. in l. si vnquam
in verb. donatione largitus, num. 48. C.
de reuocand. donat. Menoch. d. præsump.
34 103. num. 13. maxime † quando digni-
tas esset annexa loco, & effectus con-
sumatus, Rip. in l. ex facto, num. 17. ff.
de vulg. & pupill. substit. Tiraquell. in
tractat. cessante causa, lim. 12. Menoch.
d. cons. 905. num. 13. & seq. & vti tales
fuerũt semper in Regno interpretatę,
nec Luc. de Penn. opinionem prædi-
ctam affirmauit, sed tantum se remisit
ad distinctionem Din. in dict. cap. pri-
uilegium, & eodem modo Bellug. lo-
quitur in casu dubio, in quo nullæ ex-
tarent coniecturæ, quòd Princeps
concesserit priuilegium reale, de qui-
bus infra.
35 Sicut & realis esset cõcessio si in pri
uilegio dignitas prædicta in perpetuũ
concessa reperiatur, ita Anchar. consil.
327. col. 2. vers. secundo principaliter,
Barbat. cons. 44. colum. 2. lib. 2. Soc. sen.
cons. 84. num. 4. lib. 3. Menoch. d. præ-
sumpt. 103. num. 38. & d. cons. 905. nu.
36 7. vbi ait quod verbum † illud (in per-
petuum) ostendit concessionem non
finiri morte eius, cui facta fuit, &
consequenter, quod ipsi loco facta di-
catur.
37 Sic pariter realis nũcupatur si cõces-
sa fuerit dignitas pro se, hæredibus,&
successoribus, Ias. cons. 217. volum. 2.
Decius cons. 262. Cranett. consil. 404.
volum. 3. Bursat. consil. 258. num. 15.
Molin. de Hispanor. primogen. libr. 1.
cap. 11. num. 24.
38 Pręterea realis erit, si à Principe cõ-
cedatur, cuius priuilegiũ potius rea-
le, quàm personale reputari debet, vt
post infinitos dixit Tiraquell. de nobil.
cap. 37. num. 59. Bursat. cons. 258. Me-

noch. d. præsumpt. 103. *num.* 31. *Dom. Carol. Tap. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 31. *de constit. Princip. Bonadill. lib.* 2. *Polit. cap.* 16. *num.* 6. eo magis quando ageretur de solo concedentis præiudicio secundum *Bellon. conf.* 20. *num.* 8.

39 Et deniquè † si in dubio res esset, vtique realem iudicari debere præsumendum erit, præsertim si non appareat tacitè, vel expresè personalem esse *ad text. in dict. l. fin. ff. de constitut. Princip. cap. de catero, de trāsmiss. Dec. conf.* 262. *num.* 5. *&* 6. *Soc. sen. conf.* 34. *volum.* 3. *Corn. conf.* 30. *vol.* 1. *Bursat. d. conf.* 281. *nu.* 32. *& conf.* 258. *num.* 34. *Menoch. d. præsumpt.* 503. *num.* 29. *Bellug. in Specul. rubr. vlt. num.* 9. *Molin. de primog. Hispan. d. cap.* 11. *num.* 10.

40 & maximè † si successores actus aliquos vti titulati fecissent, vel cum eis vti talibus Rex, vel eius Consiliarij tractassent, vt in seruitio, vel in sessionibus ad not. p *Riminald. iun. conf.* 18.

41 *num.* 46. *lib.* 1. vbi habetur quòd † concessio quæ personalis apparet, realis reputatur, & perpetua ex vsu ipsius concessionis, vt post *Decian. Roman. & alios* sequitur in specie *Bonadill. in loco citato num.* 6. *Melch. Palaes de Maiorat. part.* 4. *quæst.* 11. Hæc tamen

42 † quæstio in Regno vix poterit in dubium afferri ex verbis expressis in huiusmodi priuilegijs apponi consuetis, ibi, *ita quod præsentis tituli concessionis priuilegium sit & esse debeat omni futuro tempore stabile, reale, & firmum, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Dignitas regalis concessa pro se, haeredibus, & successoribus, an transeat ad haeredes extraneos, & nu.* 2. 3. 4. 5. *&* 9. *sed contra num.* 10. 11. *&* 12. *vsque ad finem, quæ secunda opinio est verior.*

2 *Ordo vbi est, ibi & gradus; & vbi gradus ibi prælatio.*

3 *Hæres in materia feudali tripliciter potest considerari.*

6 *Feuda regalia non transeunt in monasterium; sed tantum ad hæredes sanguinis, & nume.* 23. *& de ratione num.* 7.

8 *Princeps solus concedit dignitates regales, quis est thesaurus omnium illarū, & num.* 9.

11 *Terra si ad alios est transmissibilis, ratione connexitatis transmittitur etiam titulus etiam ad extraneos, & nume.* 12.

13 *Dignitas quoque status intelligitur vēdita, si Comitatus uendatur.*

14 *Nobilitas an et quando transeat in trāsuersales.*

15 *Concessio quando est realis per se suosq; hæredes, & successores, tunc etiam ad hæredes extraneos, & singularem successorem transit, & nu.* 16.

17 *Priuilegium concessum loco, dicitur esse reale, & si persona personale.*

18 *Rex si faceret Comitem in loco, ac suos hæredes, & successores, si ille vendat simpliciter statum, non efficit emptorem Comitem, nisi transferat cum titulo Comitali, & Rex exinde consentiat.*

19 *Assensus Regius in alienatione feudorum in Regno Siciliæ generalis est, etiam quod feuda sint titulata, quidquid sit in Regno Neapolis, & num.* 20.

20 *Assensus Regius in Regno Siciliæ in alienatione feudorum sub qua forma expediatur.*

21 *Dignitas regalis si personæ concedatur sine territorio, vel absque expressione tituli, & assensu Regio non transit ad hæredes extraneos, & vide nume.* 22.



ARGV-

ARGVMENTVM.

Conceſſio tituli pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, an tranſeat ad hæredes extraneos.

CAPVT XI.



X dictis in capite præcedenti nu. 37. cõclusum fuit, realem eſſe conceſſionem tituli, ſeu dignitatis Comitatus, & ſimil. factã pro ſe, hęredibus, & ſucceſſoribus, vi-
1 dendum nũc erit an dignitas hoc modo concepta tranſeat ad hæredes extraneos; Prima facie videbatur quod non poſſit verificari, niſi in hæredibus deſcẽdentibus ex ſanguine, ſecũdum
2 *Doctores in l. Gallus, §. & ſi parentes, ff. de liber. & poſth.* & † vbi ordo ibi gradus, vbi gradus, ibi pręlatio, *Bal. conſ. 293. vol. 2.* quæ non militant in ſucceſſore particulari, ſeu ſingulari, & ex-
3 traneo, in materia enim feudi † tripliciter conſiderari poteſt hæres, primo vt hæres ſanguinis *Bald. in l. cum virum, C. de fideicomm.* ſecundo vti hęres feudi, *c. 1. §. & ſi clientulus, de alie. feud.* tertio quando feudum eſt hæreditarium, vti hęres vniuerſalis, ad tex. *in l. ſciendum, & l. hereditas, de verb. ſignificat.* & quia ſumus in dignitatibus Regalibus, & Caſtro tali titulo
4 decoraro, debet † intelligi de hæredibus ſanguinis, *Bald. in c. 1. §. donare, qualit. olim feud. pot. alie.* etiam ſi fuiſ-
5 ſet dictum (pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, ordine ſucceſſiuo, ex pędictis; Hinc eſt quod † feuda cum tali-
6 bus dignitatibus non tranſeũt ad monaſterium, ſed ad hæredes ſanguinis tranſferuntur, vt dixit *gl. notab. in cap. ſcripſis nobis Theberga mulier, in verb. dignitate, 27. q. 2. quam ibi Archid. & cæteri ſcribentes* ſequuntur, *Bal. in cap. cum in magiſtrum, nu. 3. de elect. & in l. Deo nobis, §. hoc etiam, nu. 2. C. de epiſc. & cler. Dec. in c. in præſentia, num. 74. de offic. deleg. Laud. de primoge. lib. 3. q. 22. Ciſuentes in l. 40. Taur. q. 6. & ibi Palat. Run. num. 18. Anto. Gom. ibidem, n. 66. Greg. Lop. in l. 2. tit. 13. p. 2. verb. ſiendo hombre para ello, Moli. de primoge. Hyſpan. lib. 1. cap. 13. num. 81.* vbi
7 ait † rationem eſſe, quia monachus nõ poteſt per ſe hæc regere, neque adminiſtrare, *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. titu. de differ. inter feuda regalia, & alia nobilia, differ. 31.* eoque fortius cum iſtę
8 † regales ſint dignitates, & earum collationes non niſi à Principe fieri poſſunt, à quo tamquam Theſauro omnium dignitatum fluunt, & refluunt, ad text. *in d. c. 1. de feud. March. Andr. in d. c. 1. Qui feud. dar. poſſ. & alij* plu-
9 res aliàs relati, quod † ſi ad extraneas perſonas tranſferri permitteretur, id aliud non eſſet, niſi alteri quàm Regi concedere poteſtatem dignitates tales conferendi, vt dixit *Frec. in loco citato, nu. 8. fol. mihi 120. Soc. conſ. 67. col. 3. lib. 1.* quod eſt repetitum *in conſ. 165. col. 9.*

10 Contrariam tamen † opinionem tenendam eſſe arbitratus ſum, quandoquidem data pro vera concluſione ſuperius firmata, nimirum, quod dignitas eo modo cõceſſa ſit realis; nulli dubium eſt, quin ratione connexitatis ſi
11 † Terra ad alios eſt trãſmiſſibilis trãſmittitur etiam & titulus cum ipſa re *And. in c. 1. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Fider. & in d. c. 1. de feud. March. Molin. d. c. 11. nu. 19. Greg. Lop. in l. 6. tit. 26. p. 4. & in l. 12. titu. 2. p. 2. Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus, limit. 11. nu. 3. & in 1. dub. nu. 2. de*
12 *inoffic. teſtam.* & † hoc etiam ad extraneos ſucceſſores, vt dixit *idem And. in*

in cap.1. An agnatus, & in c.1.§.quid ergo, num.8. de inuestit.de re alien. fact. Rub. Alex.in cons.28.Thom.de Marin. de feud.ex pact.& prouid.nu.11. Bursat. cõs.258.nu.33.vol.3. & propterea ven
13 dito † Comitatu, intelligitur quoque vendita dignitas ipsius status, secundum *Tiraq. in tract. de nobil.c.17.in*
14 *prin.* quo loci differens† si nobilitas in transuersales transeat, dicit quòd nõ, nisi id ex quo insurgeret nobilitas, vt sunt Ducatus, Comitatus, & simil. transiret ad eos, vel ex feudorum constit. vel ex iuris communis dispositione, vel ex cosuetudine locorum, omissa feudi natura: hoc ipsum clarius dixit *tex.in l.in conuentionibus, ff.de ver. signific.* cuius authoritate, & aliorum quampluriũ, quos refert, determinat *Burs.d.cons.*258.*nu.*20.21.*&* 27.& melius num.31. vbi ait, quòd quãdo
15 concessio est realis, per se, suosque hæredes, & successores, tunc ea transit ẽt ad hæredes extraneos; & † in singula-
16 rem successorem, & sequutus est Frec. si benè consideretur, *in d. nu.*47. quo in loco agens de Comitis priuilegio
17 dicit, q † si sit concessum loco, est reale, & si personæ personale, verum si
18 Rex † faceret Comitẽ in loco, ac suos hæredes & successores, vendendo ille simpliciter statum, non efficeret emptorem Comitem, nisi diceret, quòd transferret cum titulo Comitali, & Rex, seu Vicarius habẽs ad hoc speciale mandatum prçstaret assensũ, per doctrinam *Andr.in c.1.§.si clientulus, de alienat. feud. Afflict. in prælud. constitut. Regni, quæst.*25.*in fine*, qui qui-
19 dem † assensus generalis est in Regno nostro Siciliæ, quidquid sit in Regno Neapolitano, de quo per Do. *de Pont. in cons.*1. nimirũ ex dispositione *cap. volentes*, sub Fiderico Rege, etiam in
20 alienatione feudorum Titulatorum, siquidem expediuntur tantummodo literæ in forma, circa relaxationẽ tertiæ partis decimæ & tareni, Regi competentis pro alienatione prædicta, cũ dispensatione *Capitulorum, Pragmaticarum, & aliarum constitutionum* in larghissima forma.

Nec ex aduerso deducta obstare videtur, ea enim rectè procedunt, vbi
21 concessio esset personalis sine territo-
22 rio, item † vbi concessio facta esset sine assensu Regio, & expressa ipsius tituli translatione, vt ex prædictis resolutum est; minus etiã dicta de monasterio his terminis adaptari possũt, nam vltra quod ea verissima est con-
23 clusio, attamen † in Regno etiam *ex cap. volentes* dispositione in illud transire prohibentur.

SVMMARIVM.

1 *Dignitate Comitatus, aut simili concessa cum Castro pro se, hæredibus, & successoribus, an in ea succedat tantũ primogenitus sicut in castro, & nu.2. & de ratione, num.6.& 7.ampl.n.8.*

3 *Dignitates regales, siue in feudum, siue libera à Principe concedantur, semper indiuidua esse dicuntur, & num.10.24.27.28.& 29.lim.nu.4. & de ratione nu.6.& 7.*

5 *Tex.in c.Imperialem, §.præterea Ducatus limitatur.*

7 *Dignitas regalis apud plures quodammodo vilescit.*

8 *Fæmina, deficientibus masculis, ad feuda regalia admittuntur.*

9 *Fæmina primogenita quando in feudo Regali succedat.*

10 *Feuda si sint Regalia, in eis viuitur iure Francorum. communis opinio in iudicando & consulendo amplecti debet sub nu.10.*

11 *Clausula iuris Francorum in feudis regalibus etiam quod non sit expressa in inuestitura, semper sub intelligitur, & cum sit de natura illorum, & nu.12.25.& 26.*

Feu-

13 *Feuda regalia ex sui natura primogenitis deferuntur, ac tamquam eorum legitima reputantur, & num. 14. 15. & 16.*

17 *Feuda deferri primogenitis p inuestiturā, aut lege, vel consuetudine idem sunt ampl. nu. 18.*

19 *Consuetudo attendi debet in successione feudorum regalium.*

20 *Feuda regalia apud vnum tantum perpetuò conseruari, Regis, & Reipublicæ interest propter seruitium militare, lim. nu. 21.*

23 *Filij Comitum, & Marchionum in Alemania, & Lombardia mortuo patre omnes vocantur Comites, & Marchiones, quod nunquam in Regnis vtriusque Siciliæ, vel Hispaniæ fuit obseruatum, & nu. 23.*

27 *Feuda quæ non sunt regalia possunt diuidi & separari, & num. 32. & 34.*

30 *Vnionis natura est res vnitas in eamdē essentiam reducere, & inseparabiles reddere, & nu. 31.*

33 *Marchia Motboica est, & ita causa honoris appellatur.*

35 *Filius primogenitus si velit integrum feudum regale cum alijs non regalibus vnire, debet cæteris fratribus legitimam assignare, sed quid hodie in Regno nostro Siciliæ, vide nume. 36.*

ARGVMENTVM.

Concessa dignitate Comitatus, & similis cum Castro pro hæredibus, & successoribus, an in ea succedat primogenitus, sicut in Castro.

CAPVT XII.



VÆSTIONEM hāc decidit text. *in c. Imperialem, §. præterea Ducatus, de phib. feud. alien. per Fider.* & proinde *And. ibi* infert, quòd
1 † maior natu succedit, idemque con-
firmat *in tit. de feud. March. nu. 4.* vbi
ita intelligi debere, ait, tex. *in d. §. præterea, & in c. 1. §. & si clientulus, in ver. Comitatus, de alienat. feud. Bart. in cōs. 72. incip. ex facto proponitur, Doctores in c. licet, per illum tex. de vot.* & præci-
2 puè Abb. qui † in omnibus alijs digni-
tatib. regalib⁹ extendit, subdēs esse ad-
hoc valde notandū *Bald. cōs. 275. lib. 2. Io. de Plat. in l. 2. C. vt dign. ord. seru. Rip. in l. ex facto, §. si quis rogatus, nu. 7. ff. ad Trebell. Tiraq. de primog. quæst. 4. num. 49. & quæst. 52. n. 2. Bonad. lib. 2. polit. c. 16. nu. 6. Molin. de primoge. Hispan. c. 11. lib. 1. nu. 26.* vbi ait, quòd
3 † huiusmodi dignitates, siue in feudū,
siue liberæ concessæ sint, semper indi-
uiduæ esse debent, allegat *Abb. & alios in loco citato, Pinell. de bon. mater. p. 3. nu. 17. Borel. de præstant. Reg. c. 46. nu.*
4 *290. Menoch. cons. 298. nu. 3.* nisi † ex-
presse Rex diuisionem permitteret, vt
dixit *And. in d. c. 1. de feud. March. pau-*
5 *lò ante finem*, subdens ita limitati † de-
bere *tex. in d. §. præterea*, idemque sen-
tit *Aluarot. ibi, colum. 2. Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus*, ad declarationē *l. de inoffic. testam. lim. 11. dubit. 2. n. 5.*
6 Cuius ratio † est tum propter eminē-
tiam dignitatis, secūdum *Doctores in d. §. præterea Luc. de Penn. in l. 2. C. de omn. agr. desert. lib. 11.* tum etiam quia,
cum feuda à principio fuissent amo-
uibilia, & postmodum ad vitam con-
cessa, inde per vsurpationē feuda hæc
regalia cęperunt transire ad posteros,
ad text. *in d. c. 1. Quæ dicatur March.*
& retinuerunt primęuam naturā, qđ
in

in feudis vnus succedat, quem dominus prælegisset, ad tex. *in c.1.§.cum verò Corradus, de his, qui feud. dar. poss.* eaque successio per vsurpationem limitata fuit ad vnum tantum, vt ipse solus habeat feudum, qui dicitur primogenitus, & hoc ad fauorem domi-
7 ni, ne † regalis dignitas apud plures quodammodo vilescat, secundum
8 *Frec. vbi supra, nu. 1. & 2.* quod † procedit etiam in fœminis, deficientibus masculis, quæ in talibus dignitatibus admittuntur, vt notat *Bal. in l. in mul. tis, ff. de stat. hom. Palat. Rou. in rub. de donat. inter vir. & vx. versi. lex etiam Regni, Tiraq. de primoge. q. 10. nu. 19. Baet. in tract. de non melior and dotib. c. 23. num. 5.* vbi ex hoc infert, quod stante
9 † dicta clausula, vel antiqua testatoris dispositione, Ducatus pertinet ad primogenitam fœminã, & in eo põt me-
10 liorari, intantum quod † ex natura ipsorum feudorum cum prædictis dignitatibus viuitur in eis iure Francorum, quia non diuiduntur, vt docuit *Andr. in constitu. vt de successionibus, in verb. specialiter iure Francorum, & in c. 1. §. item si duo, quibus modis feud. amittit.* quem ibi sequitur *Afflict. & in c. 1. §. præterea, col. 4. qua sit prim. cau. benefic. amm. in c. 2. Imperator Lotarius, & in constit. Comitibus, colum. 2. de com.* opinione *Barbat. cons. 66. num. 9. inter consil. Cort. sen. Loffred. cons. 1. nu. 39. Mandell. cons. 72. num. 22. Peru. col. 7. & in c. volentes, in verb. Comitatus, vbi etiam Ludou. Montal. & Cannet. in verb. sed opere pretium, num. 10. & per totum fol. mihi 63.* qui subdit ab ea non recedẽdum, neque in iudicando neq; in cõ-
11 sulendo, & ampliat † etiam quòd non sit annexa in inuestitura clausula iuris
12 Francorum, nam † tacitè intelligitur, ac si esset expressa, cum sit hoc de natura talium feudorum, quòd eo ipso quòd concedantur in feudum Ducatus, &c. statim cẽsentur inesse ea, quæ sunt naturalia, ad text. *in l. cum quid,*
13 *ff. si cert. petat.* cùm † Comitatus, & cæteræ regales dignitates deferantur primogenitis, & sortiantur talem naturam, vt dixerunt *Bald. Alciat. & cæteri in prælud. feud. in 4. diuisione, & ob id Camerar. in c. Imperialem fol. 98. & 110.* reprobat *Soc. in cons. 67. volu. 1. & cons. 165. vol. 2.* tenentem quod Comitatus possit diuidi, ideq; cum *Camer.* confirmat *Cumi. in prælud. cap. si aliquem n. 127.* quos refert & sequitur *Io. And. de Georg. alleg. 5. num. 11.* Et
14 propterea † feuda cum tali dignitate, dicuntur feuda primogenitorum, vt dixit *Andr. in d. §. præterea Ducatus, et in c. võs filij, si de feud. defunc. mil. fuer.*
15 *contr. inter dom. & agnat.* quinimo † & eorum legitima, *gl. & Doctores in c. licet, de vot. Andr. in constit. dignum, Tiraqu. de primoge. quæst. 5. & 52.* & licet
16 † eorũ successio deferatur hæredibus, hæredes tamen non erunt nisi primogeniti, vt optimè declarat *idem Andr. in d. c. 1. de feud. Marchi. Iac. de Sanct. Georg. in sua inuest. feud. in verb. Dux, Loffr. d. cons. 1. num. 39. post Card. & Abb. Dec. cons. 385. col. 2. & consil. 389.* qui allegat *Andr. in c. 1. §. sunt duo, qb.*
17 *mod. feud. amm.* vbi ait, † paria esse deferri feudum primogenitis, vel inuestitura, vel lege, vel cõsuetudine *Affl. in c. 1. nu. 10. An agnatus, &c.* quam opinionem sequuti fuerunt *Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus in 11. limit. de inoffic. testam. & in 1. dub. nu. 2. Molin. de primoge. Hispa. lib. 1. c. 11. nu. 15. &*
18 *16. vsque ad finem*, vbi hoc † tàm in feudis, quàm in maioratu procedere ait cõtra *Roder. Gomez. optimè in l. 40. Thaur. nu. 12. Gutd. Pap. dec. 476. Bonadill. lib. 2. polit. c. 16. nu. 6. Matthienf. in l. 11. tit. 7. lib. 5. recop. glos. 7. nu. 2. & 3. Velasc. de iur. emph. q. 40. nu. 25.* & fortius stante consuetudine, de qua *idem Molin. & Bonadill.* testantur, quæ
19 † in his dignitatibus regalibus seruãda

da erit, quantū ad formam succedendi, ad tex. *in cap. 1. de alienat. feud. in fine, Bald. in c. 1. de feud. March. num.*
20 4. subdens hoc esse notatu dignum, cum † expediat Principi, & bono publico hmōi dignitates ī vno perpetuo conseruari, qui ad seruitium Regium in bello deseruire teneatur, *Tiraq. de primog. q. 4. nu. 13.* vbi latissimè, nisi
21 † consuetudine aliud seruaretur, prout
22 in Lombardia, vel Alemania, † vbi omnes filij vocantur Comites, & Marchiones, vt dixit *Oldrad. consil. 237. Dec. in cap. prudentiam, de offic. deleg. Andr. in d. §. praeterea Ducatus, num. 35. Tiraq. post alios infinitos d. quaest. 4.*
23 *num. 37. cum sequ.* quae † consuetudo numquam fuit in Regnis vtriusque Siciliae obseruata, neque in Hyspania, vt dixit *Molin. vbi supra nu. 16. & 25.*
24 Et praedicta † tanto fortius procedunt in hoc Regno, vbi huiusmodi Tituli dignitatum, prout sunt Ducatus, Marchionatus, & similes ita incorporantur, & vniuntur cum statu, quod fiūt indiuisibiles, vt ex pluribus authoritatibus, & rationibus concludit *Cannet. ī loco relato à n. 8. cū plurib. seqq.* dū determinat, ꝙ natura feudorū
25 dignitatū est, ꝙ & si in inuestituris nō adsit clausula iuris Francorū, tñ tacitè inesse intelligatur, & adeò vnit cū statu, quòd illum verè transformat, & quodam ferè modo in aliam substan-
26 tiam redducit, & quemadmodum primitus † status, sine dignitate erat in forma larga, ita postmodum superueniente dignitate, status ille remanet in forma stricta, & cū clausula iuris Francorum, q̄ fuit opinio *Andreae ī locis citatis*, & praecipuè *ī d. §. praeterea Ducatus*, licet in contrariū sit relatus per *Roder. Suar. & Molin. vbi supra*, & pariter sentire videtur *Baez. ī tract. de melior. dot. c. 23. n. 6.* & quāuis subdat ibi (alij dicunt, quòd non sit maior natu, sed quod oēs filij sint heredes, & habeāt

Marchionatū pro indiuiso, in quo casu allegatus sit per *Roder. ī d. lim. 11. n. 4. & Molin. d. c. 11. n. 26.*) attamē vt benè admonet *Cannet. n. 10.* ex eo infertur, & apparet clarissimè quòd Andr. teneat primā opinionē, dum dixit, ꝙ
27 † consortes diuidire possunt feudū, excepto si sit Marchia, Ducatus, & Co-
28 mitatus, quae † nō diuiduntur, sed in eis maior natu succedit, sicuti quando viuitur iure Francorum iuxta doctrinam Decij post *gl. & Doctores quos* allegat *in c. 1. in fi. de const.* eoquē magis stantibus verbis, quae in huiusmodi dignitatū concessionibus apponi cōsueuerunt, ibi, *aggregationibus Titulorum,*
29 quae † quidem aggregatio in feudalibus, adeo vnit, & incorporat, ꝙ illud semel vnitum amplius diuidi, nec separari pōt, put notabiliter dixit *Paris. de Put. de reinteg. feud. fo. mihi 65. vers. an possit Baro burgensatica feudi, feudalia facere, Meno. cōs. 26. n. 26. lib.*
30 *1.* quo loci ait, ꝙ † vnionis est res vnitas ad eandē essentiā redducere, ita ꝙ vnū ab alio non possit separari, vel diuelli, & notat *Bonadill. in d. cap. 16. num. 6.*
31 subdens, quòd † ex vi vnionis tituli ammittit res aggregata primeuam naturam assumendo eam, cui aggregatur, & adducit multa exempla,
32 licet † hoc locum non habeat in alijs feudis, quae feudo cum tali titulo aggregaentur, vt dixit *Bald. in dict. §. praeterea, colum. 3. ad finem*, quia
33 † Marchia, (vt dicit ipse) metaphorica est, ad text. *in l. in agris, ff. de rerum diuis.* & licet nominetur Marchia, istud causa honoris est, secundum
34 eum, in tantum quòd † si alia feuda vnita libera essent, inter omnes filios diuidi possent, vt dixerunt *Laudens. de Princip. versicu. 462. incip. licet Regnum, Socyn. sen. consil. 69. Ruin. consil. 19. libr. primo, Tiraquell. de primogen. quaestio. quarta, nume. 48. Molin. in loco citato, numer. 28.* ad-

35 dens, quòd † si filius primogenitus velit integrum Ducatum, vel Marchionatum cum feudis vnitis, id efficere poterit, dummodo alijs fratribus de legitima non fraudetur, quam opinionem tenuerunt *Guid. Pap. decis. 476. num. 1. & 487. num. 2. Boer. dec. 204. num. 14. Tiraq. de primoge. q. 5. nu. 2. Loffred. cons. 1. nu. 181. cum seqq.*
36 quod in Regno † nostro prouisum est per constitutiones particulares, dum feuda primogenitis conferuntur, seruata Vita militia fratribus, & dotibus de paragio sororibus, de q bus plura diximus *in addict. ad Petr. ac Greg. in tract. de vit. milit. et de dot. de parag.* quæ iam in lucem prodierunt.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia & praeminentia Ducum, Marchionum, & Comitum quamplurima esse videntur.*

2 *Feuda Ducum, Marchionum, & Comitũ dicuntur regalia, & titulata, seu dignitatis, in quibus succeditur ex pacto & prouidentia.*

Feuda Ducum, Marchionum, & Comitum ratione dignitatis sunt indiuisibilia, sub nu. 2.

3 *Rex postquam concedit feuda regalia nõ potest illorum dignitatem amplius reuocare, neque supprimere, aut diminuere in praiudicium Ducum, Marchionum, & Comitum.*

4 *Titulati veluti Comites, Marchiones, & similes in causa ciuili, vel criminali non cauent de iudicio sisti, sed stãdum est sua iuratoria cautioni.*

Titulati non possunt conueniri nisi praecedente libello in scriptis, sub nu. 4.

5 *Titulati in delictis per eos commissis non possunt carcerari, nisi consulto Principe, seu Prorege, & interim custodiuntur militibus, donec causa Principi referatur. sed quid hodie seruetur, vide nu. 9. & 10.*

Titulati in delictis per eos commissis nõ possunt condemnari nisi à solo Principe, vel Prorege, sub nu. 5. sed quid hodie seruetur, vide nu. 9. & 10.

6 *Persona illustres sine licentia Domini Proregis, an possint citari in quacumque causa ciuili, vel criminali, sed quid hodie seruatur in Regno, vide nu. 9. & 10.*

7 *Titulati possunt in eorum causis in consulto Principe absolui, & liberari.*

8 *Titulati, quando euenit casus obtruncationis capitis, non in loco publico, sed intus carceres mori deberẽt, sed hoc in Regno non obseruatur, licet secus sit in Regno Neapolis.*

9 *Magna Regia Curia est Iudex competẽs contra Comes, & alios Titulatos, sed declara vt nu. 10.*

10 *Titulati hodie in delictis conueniuntur, prout alij Nobiles consulto tamen Principe.*

11 *Titulati non possunt recedere à Regno absque licentia Principis.*

12 *Episcopus vocatus ad Synodum non põt recedere sine licentia sui Episcopi suffraganei.*

13 *Titulati dicuntur Regij Consiliarij, & nu. 56. ampl. nu. 14.*

Barones vassallorum dicuntur Regij Cõsiliarij, sub num. 13. & 56.

15 *Titulati tenentur cõsilio suo Regem iuuare, & non hostibus fauire.*

16 *Titulatus quidã pro cõsilio & exhortatione per literas facta hosti feudo priuatus, ac perẽptus fuisse refertur.*

17 *Primogenitura regalis, & Titulatorũ à solo Principe supremo constitui potest.*

18 *Primogenitura regalis dignitas eẽ dicitur*

19 *Primogenitura Titulatorum quando regalis dicatur.*

20 *Maritus Dux, vel Marchio, aut similis facit vxorẽ Ducissam, vel Marchionissam etiam post mortem viri.*

21 *Mulier corruscat nobilitate, & dignitate viri. & nu. 25. vbi quid è contra, & nu. 37. & 43. 44. & 49.*

An-

22 *Augusta vtitur, ac splendet priuilegijs Augusti.*
23 *Rex facit vxorem Reginam etiam ipso mortuo.*
24 *Ducissa, vel Marchionissa, & similis nõ facit Maritum Ducem, vel Marchionem, & nu. 25. & 30. lim. nu. 46. sed contra nu. 39. & 42. & 45. prima opinio de iure est verior, sed hac secunda seruatur de consuetudine, nu. 41. & 42. 43. cum sequentib. limit. hanc secundam num. 47. & 48. cum seqq.*
26 *Mulier dicitur accessorium, maritus verò principale.*
27 *Maritus caput mulieris esse dicitur.*
28 *Accessorium non vestit principale, sed è conuersò.*
29 *Maritus ignobilis ducens vxorem nobilẽ non per hoc nobilitatur.*
30 *Maritus Reginæ qui non erat Rex habetur pro Rege, licet non dicatur verus Rex, & nu. 37.*
Maritus Ducissæ, vel Comitissæ, & similis, qui non erat Dux, vel Comes habetur pro Duce, vel Comite, licet non dicatur verus Dux, vel Comes, sub num. 30. lim. num. 46.
31 *Aliud est esse talem, & aliud haberi pro tali.*
32 *Iuramentum fidelitatis præstatur Reginæ, & non marito per ipsam facto Rege.*
33 *Regina licet nubat Marito non Regi tamen ipsa Regnum administrabit cum consilio viri.*
34 *Verba (Carolus, & Ioanna) vel (Ferdinandus, & Elisabeth.) quare in priuilegijs, & scripturis authenticis antiquitus ponebantur.*
35 *Vxor Comitissa, aut similis, licet nubat Marito non Comiti tamen ipsa statum administrabit cum consilio viri.*
36 *Marchionissa, aut similis quò ad iurisdictionem ab ipsa exercendam, & statum gubernandum æquiparatur Reginæ.*
38 *Rex vt quis vocetur quot modis efficiatur, vide remissiuè.*
40 *Regnum dicitur caput dignitatum, Ducatus verò & similes illius membra appellantur.*
41 *Membra non licet à capite separari.*
42 *Mariti non Titulati ducentes vxores mulieres Titulatas vtuntur dignitatibus, & alijs præeminentijs in sessionibus, & cæteris actibus prout essent veri Titulati.*
48 *Dignitas, & priuilegium si sit fundatũ in persona propria, non transfertur, sed morte finitur, & nu. 49.*
50 *Titulati duo respectu eiusdem rei eodem tempore esse non possunt.*
51 *Dux, vel Comes, & similis præcedit omnes consiliarios, limit. in Præsidibus Tribunalium, num. 52. sed quid Barcinonæ fuerit determinatum, vide nume. 53.*
54 *Gubernatores, seu Rectores alicuius magnæ Ciuitatis Metropolis, an præcedant Consiliarios Principis.*
55 *Titulatus si efficiatur Consiliarius cum administratione præcedit omnes Consiliarios antiquiores, & de ratione n. 57. & ita etiam seruatur in Regno Neapolis, nu. 58.*
59 *Consiliarius si efficiatur Titulatus præcedit omnes Consiliarios priores tempore, quod exemplifica, vt num. 65. & 66.*
60 *Duo vincula magis ligant quàm vnum.*
61 *Cardinalis Episcopus præfertur Cardinali non Episcopo.*
Cardinalis presbyter præfertur Cardinali Diacono, sub nu. 61.
62 *Titulatus minoris dignitatis veluti Comes prius assumptus in consilio præcedit Titulatum maioris dignitatis veluti Ducem postea assumptum, sed quid de consuetudine, vide nu. 63.*
63 *Consuetudo attenditur in præcedentia Titulatorum.*
64 *Priuilegiũ personale non extenditur de persona ad personam.*
65 *Consiliarius Titulatus coram Prorege*

non sedet in scanno, sed habet sedem, & nu.66.

Consiliarij non Titulati sedent in scanno coram Prorege, sub nu.65.

67 *Consiliarius Titulatus in votando, vel alijs actibus nullum habent praerogatiuam, sed seruatur, prout in caeteris Consiliarijs.*

68 *Titulati veluti Comites, Marchiones, & similis gaudent eorum priuilegijs, ac remanent Titulares etiam quod renuntiauerint filijs statum cum titulo, & nu.77.*

69 *Titulati à Summo Pontifice, post depositam administrationem, si quam habēt, dicuntur adhuc Titulati, & n. 70. vbi de ratione.*

71 *Titulati suam dignitatem regalem renuntiantes, vel ammittentes praeponuntur omnibus alijs Titulatis in actu Titulum possidentibus, & numer. 82.*

72 *Titulati si ex aliqua causa statum ammiserint remanent tamen Titulares, & num.77. & de ratione nu.73.*

73 *Dignitas regalis Titulatis concessa est affixa ossibus illorum, nec ab illis euelli potest.*

74 *Titulatus licet renuntiet, vel ammittat statum potest tamen sedere cum alijs Titulatis coram Prorege.*

75 *Legatus licet legationem compleuerit est tamen semper honorandus in memoriam pristina dignitatis.*

76 *Dignitas licet deficiat, eius tamen beneficium semper durat.*

78 *Titulatus licet statum amplius non possideat, adhuc tamen valent eius statuta.*

79 *Innafor Comitatus, &c. an & quando dicatur Comes, & num.80. & 81. cum seqq.*

80 *Dignitas eadem penes duos esse non potest.*

83 *Titulus in aliqua dignitate vnus esse debet, ac vnum locum tantum occupare.*

84 *Feudum regale veluti Comitatus, & simil. si ad Regem deuoluatur, & ab eo de nouo alicui concedatur, quando censetur concessum cum eodem Titulo, quem prius habebat antequam Regi fuisset apertum, & num. 85. cum plurib. seqq.*

85 *Feudum seruitutem demonstrat.*

86 *Res sua nemini seruit.*

89 *Ioan. Franc. de Pont. in tract. de potest. Proreg. titu. de assen. Reg. num.6. declaratur.*

90 *Baronia si deuoluatur ad Regem, & de nouo ab eo alicui cōcedatur si expresse dicit in titulum Baronia, erit Baronia, & de ratione nume. 91. intellige vt nu.92. ampl. nu.97. & 98.*

93 *Beneficium si alicui concedatur, cui sit annexa nobilitas, tunc etiam illa cōcessa videtur.*

94 *Comitatus, aut Ducatus, & simil. si ad Regem deuoluatur, de exinde vni cōcedat feuda illius Comitatus; alium verò inuestiat de Comitatu, cuius sit ille feudatarius, Regis, an Comitis.*

95 *Rex sibi ipsius non potest esse Comes respectu eiusdem rei.*

96 *Dignitas dicitur extincta durāte in corporatione penes Regem.*

98 *Feudum si concedatur cum suis pertinentijs dicitur transire cum sua dignitate.*

99 *Dignitates Regales eatenus concessa dicuntur, quatenus à Rege vti tales ex certa scientia nominantur.*

100 *Baro tunc quis dicitur quando Rex ex certa scientia Castrum, vel Baronia illi concesserit.*

101 *Rex si in suis literis vocat aliquam villam Ciuitatem, tunc Ciuitas illa dicitur si hoc faciat ex certa scientiā.*

102 *Rex si in suis literis per verba enuntiatiua aliquem Comitem, vel similem nominauerit non intelligitur Comitatum, aut similem dignitatem concedere, & nu. 104. lim. nu. 109.*

&

Ti-

150 Titulati, et persona illustres excusantur à tutela.

151 Titulati excusantur à muneribus Ciuitatis, & sic non possunt cogi ad acceptandum officia, & de ratione numer. 152.

153 Habitum Hierosolimitanum Bastardi assumere non possunt, lim. num. 154. cum seqq.

154 Habitum Hierosolimitanum, an filij spurij Titulatorum assumere possint, & nu. 155. cum seqq.

158 Titulati in Regno tenent latus sinistrum Domini Proregis, quando non adest Prator, quo casu tenent latus dexterum; & Prator sinistrum, et nu. 159. cum seq.

160 Prator Senatus Panormitani ex priuilegio, & antiqua consuetudine habet latus sinistrum Domini Proregis.

161 Dignitas est habere latus Proregis.

162 Titulati plures eiusdem dignitatis, si cum Prorege reperiantur, antiquior habet latus illius, & consequenter qui maiorem habet dignitatem ordine successiuo. Sed si locus reperiatur occupatus à Comite, vel Marchione etiam quod superueniat Princeps, vel Dux non potest amoueri, num. 164. In Regno autem Neapolis ab ipso Prorege nominantur, num. 163.

165 Titulati ex Regia pragmatica illustres nuncupantur.

166 Titulati cum pergunt ad Proregem ille illis aliquantulum assurgit.

167 Titulati sedent & habent sellam coram Principe.

168 Sedere in Palatio Principis maxima dignitatis est.

169 Titulati tecto capite cum Domino Prorege loquuntur ad differentiam Baronum & aliorum nobilium, et n. 170. vide etiam nu. 148. & de ratione numer. 171.

172 Principi omnia nostra bona patere, et deseruire debent.

173 Honor est orare, & revereri nudo capite.

174 Prasides Tribunalium in omnibus sessionibus, ac etiam coram Domino Prorege sedent cum sella, & capite tecto.

Consultor Regius in omnibus sessionibus, ac etiam coram Domino Prorege sedet cum sella & capite tecto, sub num. 174.

175 Consiliarij coram Domino Prorege sedent in scannis cooperto capite, sed causas referunt nudo capite.

175 Titulati possunt coronam adhibere corũ insignijs, quod non procedit in cateris de familia, & nu. 177.

178 Titulati insignia, & arma particularia, at diuersa ab alijs habent.

179 Insignijs Comitis, aut alijs Regalibus vtens cum non sit Titulatus, falsi crimine tenetur.

180 Titulati in eorum domibus possunt vti serica vmbella, seu Baldachino, vel Tusello, ampl. nu. 182.

Serica vmbella quid significet, sub num. 180.

181 Tusellum, seu Baldachinum regulariter soli Pontifici, & Regi competit.

183 Episcopi, & Archiepiscopi in Regno in eorũ Ecclesijs, etiam in prasentia Domini Proregis Tusello, seu Baldachino vtuntur.

184 Tusellum vnde dicatur.

185 Titulati citati debent expectari per decem dies.

Citatus ad comparendum expectari dẽt per tres dies, sub nu. 185.

186 Titulati dicuntur Regni, & Regis Capitanei, & nu. 188.

187 Valuasores maiores qui dicantur.

189 Rex quilibet in Regno suo Monarcha dicitur.

190 Titulati tamquam filij Regis, & Imperatoris habentur.

191 Dignitates omnes à Principe procreantur.

192 Tutoribus Regis non debetur decima de fructibus, & introitibus regalibus.

Tu-

193 *Tutoribus in Hispania an debeatur decima ex redditibus pupillorum priuatorum.*

194 *Titulatorum tutoribus, & coadiutoribus non debetur decima de fructibus & introitibus feudorum, & nu. 196. lim. nu. 195.*

197 *Titulati in Regno possunt portare arma, ampl. nu. 198.*

198 *Barones qui ad seruitium militare pro feudis tenentur, possunt portare arma.*

199 *Nobilis statim efficitur cum quis est effectus Titulatus, sed quid in filio spurio, vide ibi remissiuè.*

200 *Assensus Regius an requiratur in alienatione feudorum Titulatorum, vel sufficiat quòd Prorex tantum assentiat, & quid si repugnat natura concessionis, nu. 202. quid autem in Regno Neapolis, vide nu. 201.*

203 *Feuda titulata non veniunt in obligatione bonorum feudalium, nec in assensu praestito super dicta obligatione, & nu. 204.*

205 *Mulier ab omni officio, & iurisdictionis administratione repellitur, limita. num. 206.*

206 *Mulier Marchionissa, aut alio modo Titulata potest in feudis suis iudicandi munus, & iurisdictionem exercere.*

207 *Mulier Comitissa, aut similis potest constitui Procuratrix, seu vicaria.*

208 *Mulieri vidua Titulata idem honor est adhibendus sicut Regina vidua.*

209 *Titulati non possunt torqueri sine licentia Principis nisi in crimine lesae maiestatis, & num. 210. & hoc maxime in Regno.*

211 *Comitatus, Ducatus, & similes dicuntur esse legitima filiorum Titulatorum, quod secus est in alijs feudis, & num. 212.*

213 *Titulati non possunt contrahere matrimonium cum exteris sine licentia Regis, nec etiam possunt vxorem ducere absque confectione dotalium instrumentorum, & nu. 214.*

215 *Titulati non possunt mittere aliquem ad Regem pro suis negotijs absque licentia Preregis, & de ratione numero 216.*

217 *Titulati non possunt in aliquo loco congregari absque licentia Principis.*

218 *Titulati sub iurisdictione, & potestate Vicario Principis concessa non comprehenduntur.*

219 *Titulati statim acquisita regali dignitate, liberantur à patria potestate.*

220 *Titulati in publico hospitio sunt praferendi iam hospitatis.*

221 *Regibus Regnum gubernare non valentibus datur Curator, vel Coadiutor.*

222 *Titulatis statum suum gubernare nescientibus datur Curator, vel Coadiutor.*

223 *Titulati cum non sint, gerentes se pro Titulatis, committunt crimen lesae maiestatis, nisi tantum titulum vsurpauerint, tunc enim arbitrariè puniuntur, & num. 224.*

225 *Titulati respectu suorum subditorum, maiestatem habere dicuntur, ac omnibus priuilegijs Romano Imperio indultis ipsi gaudere videntur.*

226 *Barones non possunt visitari a Generali visitatore, sed a Rege.*

ARGVMENTVM.

De Prerogatiuis habentium Regalem dignitatem.

CAP. XIII.



VLTÆ sunt,†ac variæ Principum, Ducũ, Marchionum, & Comitũ præeminentiæ, ac prerogatiuæ: nos autem aliqua tantum magis necessaria, & practicabilia hoc

hoc in loco adducemus, quarum pri-
2 ma est, quod † eorum feuda regalia
nuncupantur, & titulata, seu dignita-
tis, cap. 1. de alien. feud. Afflict. in titu.
Quis dicatur Dux, nume. 6. Calefat.
de equest. dignit. n. 114. Surg. de Neap.
illustr. cap. 23. nu. 41. Baez. de non me-
liora. dot. cap. 23. sub n. 4. Zas. de feud.
par. 5. num. 25. Rosental. de feud. cap. 2.
Dom. de Pont. cons. 1. num. 7. in quibus
succeditur ex pacto, & prouidentia.
Petr. de Gregor. de concess. feud. par. 8.
quaest. 16. rubr. de iure conceden. licen.
num. 14. & ab eis dignitas non diuidi
tur, ad tex. ĩ cap. 1. §. praeterea ducatus,
de prohib. feud. alienan. per Fider. cum
alijs traditis in prox. quaest. preced. Me-
noch. cõs. 1133. vol. 12. nec potest Rex
3 † illam amplius reuocare, neque eam
supprimere, aut diminuere in praeiudi-
cium feudatarij possidentis, vt dixit,
Petr. de Greger. in loco citato, part. 1.
quaest. 10. nu. 16.
4 Secũda praerogatiua est, quòd † isti
Titulati conuenti ciuiliter, vel crimi-
naliter nõ cauent cum fideiussione de
iuditio sisti, sed suae committuntur iu-
ratoriae cautioni, & conueniri debent
precedente libello inscriptis redacto,
ad text. in l. quoties, C. de dignitat. lib.
12. Frece. in tit. Quis dicatur March.
nu. 9. & in tit. de differens. inter feud.
regal. & alia, differ. 25. Io. Anton. de
Nigr. in cap. Regni subditorum nu. 16.
Afflict. in constitut. humanitate, not. 3.
Surg. de Neapol. illustr. cap. 23. nu. 23.
& capit. 18. sub num. 2. Clar. in §. fin.
quaest. 46. num. 16.
5 Tertia est praerogatiua, quod † in
delictis per eos commissis nõ possunt
carcerari nisi consulto Principe, seu
Prorege, Capitul. de autho. Baro. ĩ prohe.
n. 15. & interim custodiunẽ militibus,
donec Rex, siue Prorex cognoscat cau
sam, ad text. in l. si grauius, C. de dign.
lib. 12. & in l. ĩ sacris, C. de praepos. sacr.
cubicul. eod. lib. & Principi crimen re-
fertur, & ab eo solo cõdemnantur, ad
tex. in l. si. & ibi glos. in verb. sine cingu-
lo, C. vt dign. ord. seru. lib. 12. et in l. quo-
ties, C. vbi Senat. vel Clariss. Frece. de
subfeud. tit. Quis dicatur March. nu. 9.
vbi testatur ita seruari in M. C. V. nã
6 † illustres personae non citantur, neq.
ciuiliter, neq. criminaliter pro delictis
sine licẽtia Domini Viceregis, ad tex.
in l. grauius, vbi Plat. C. de dign. lib. 12.
Bonad. lib. 2. polit. c. 16. nu. 60. & 226.
Frec. differ. 47. Surg. de Neapol. illustr.
d. c. 23. n. 3. & 25. subdens, quòd bene
7 possent absolui in consulto Principe,
& si in Regno illo, quando euenit ca-
8 sus † obtruncationis capitis, id nõ exe-
quitur in loco publico, sed intus car-
ceres, & multa alia cumulat ad hoc,
licet hodie contrariũ seruetur per Ma-
9 gnam Curiam, quae † competens est
contra Titulatos, vt in constit. nomẽ
10 & normã, quia de facto † pro delictis
carceranẽ in Castro, vbi Curia residet,
& nõ ĩ carcerib. publicis, & ꝯ eos ꝓce-
dit̃, ꝓut ꝯ alios Nobiles q̃uis, oĩa fiãt
Cõsulto Excellentissimo D. Prorege.
11 Quarta praerogatiua est, quod † Ti-
tulati non possunt recedere à Regno
absque licentia, vt dixit Petr. de Greg.
de concess. feud. par. 8. quaest. 7. vbi alios
allegat, & praecipuè cap. Regis Federici
incip. quia Comites sub num. 50. sicut si
adeant Curiam Principis ex publica,
vel priuata causa, non debeãt recedere
sine licẽtia ipsius Prĩcipis, ad tex. in l. si
quis decurio, el 1. C. de decurio. lib. 10. &
in l. fin. C. de dignitat. lib. 12. Frec. in
tit. quis dicatur, March. nu. 10. vbi sub-
12 dit ex Nicol. de Neapol. quòd † Episco-
pus vocatus ad Synodum non debet
recedere sine licẽtia sui Episcopi, alias
punitur.
13 Quinta praerogatiua est quod † isti
Titulati, & pariter Barones vassallo-
rum sunt Regij Consiliarij, ad notat.
per tex. in l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest.
Frec. in tit. Quis dicatur Comes, nu. 44.

La-

Lanar. consil. 72. num. 5. Fab. de Ann. consil. 122. num. 39. volum. 2. Bonadill. in Politic. libr. 2. capitu. 16. nume. 7. Surg. de Neapol. illustr. cap. 23. subnum. 7. & 34. & cap. 27. vbi allegat text. in cap. Imperialem, de prohibit. feud. alien. per Fideric. Monad. in constitut. Regni, in aliquibus, num. 44. qui ait, quòd
14 dicunrur † Consiliarij collarerales,
15 quia tenentur etiam consilio † Regem iuuare, non hostes regios, & ita fuisse iudicatum testatur, nam quidam
16 Titulatus † fuit feudo priuatus, & peremptus pro consilio, & exhortatione facta per literas ad Hostem.

17 Sexta prærogatiua est quòd † licet primogenitura Regalis solum à Prin-
18 cipe supremo constitui possit, cùm † sit dignitas, vt per Dec. cons. 1. num. 153. & seq. volum. 3. Gutier. pract. quæst.
19 canon. c. 14. lib. 2. ea tamē tunc † Regalis nuncupabitur, quando Rex in statu, in quo primogenitus succedere debet, eum Ducem nominasset, tunc enim illa primogenitura Regalis dignitas diceretur, ratione Regalis dignitatis sibi annexæ, vt dixit Molin. de primogen. Hispan. libr. 1. capit. 13. in princip. & sentit Decius in loco relato.

20 Septima prærogatiua est quòd † maritus Dux, vel Marchio facit vxorem Ducissam, vel Marchionissam, etiam
21 post mortem viri, quia † mulier coruscat nobilitate, & dignitate viri, ad tex. in l. fiscus, §. fin. ff. de iur. fisc. vbi
22 † priuilegijs Augusti vtitur, & coruscat Augusta, & tex. in §. non tantum permittitur, in Authent. de nupt. l. fæmina, ff. de Senat. cum simil. Calefat. de
23 equestr. dignit. num. 136. sicut † Rex facit vxorem Reginam etiam moruo viro, Corset. latè de potest. Reg. par. 3. num. 48. cum seq. Io. Lup. in Rubr. de donat. inter vir. & vx. quæst. 31. Capiblanc. de Baron. prag. 8. nu. 248. Fab. de Ann. cons. 108. num. 9. cum seq. vbi plures allegat, D. de Ponte cons. 31. nu. 7. & 8.

24 Sed † quid è contra? Aliqui tenent quod non, & sic quòd vxor Ducissa, vel Marchionissa non faciat maritum Ducem, vel Marchionē, ad tex. in d. l. fiscus, §. fin. & l. fœmina, ff. de
25 Senat. vbi habet, quòd † mulieres coruscant tadijs maritorum, non è contra, Bald. in cap. significauit, de rescrip. Signorol. de Homod. in l. Princeps, colu. 2. vers. quæro de ratione, ff. de leg. quæ repetitio est inter eius consilia, & seruari in Hyspania tradit Auil. in prohe. cap. Prætor. in princ. num. 11. ad tex. in Authent. de consul. §. fint autem, coll.
26 4. quia † cum mulier sit accessorium,
27 & maritus principale, & caput † mulieris, ad tex. in cap. cum caput, 33. q. 2. l. quod Principi, ff. de leg. 2. acces-
28 sorium † non vestit principale, l. si ex pupillari, ff. de vulg. & pupill. Io. de Plat. in l. mulieres, C. de dignit. lib. 12. in vers. quid autem, in tantū quòd vir
29 † ignobilis ducens vxorem nobilē, nō per hoc nobilitatur, ad tex. in l. vlt. C. de nupt. l. mulieri, C. de dign. lib. 12. Bal. in l. vlt. vbi Ias. C. de uerb. & rer. signif. Lup. in repet. Rubri. de donat. inter vir. & vx. §. 31. & §. 32. post alios Camill. de Curt. de feud. p. 1. vers. sed vnde digressi, num. 24. & sequen. fol. mihi 12. Marchio de Pont. in tracta. de potestat. Proreg. titu. de diuers. promis. §. 1. num.
30 18. cum sequen. vbi ait, quòd † maritus Reginæ, seu Ducissæ habetur pro Rege, & Duce, non tamen erit verus
31 Rex, vel Dux, & † aliud est esse talem, & haberi pro tali, ad text. in l. merces, la secunda, ff. de verb. signific. Paris. consil. 22. num. 19. volum. secundo,
32 & fidelitas † iuratur Reginæ, & non matito Regi, vt dixit Neuiz. consil.
33 40. numer. secundo, & † ipsa administrabit, licet de consilio viri, Gregor. Lopez. in l. tersia, titu. 15. part. sexta, Azeued. in l. prima, num. septimo,

F titu.

titu. tertio, libr. 2. nona collect. reg. & optimè *Guttier. de tutel. par. prima*, *capit. 18. num. 32.* vbi ait, quòd in Regnis illis recepta est cõsuetudo su-
34 pradicta, & † ideo ponebatur (Carolus, & Ioanna) & antea (Ferdinandus, & Elisabet) cum simil. & ampliat
35 † ad Marchionissam, Ducissam, & Co-
36 mitissam, nam quò † ad iurisdictionẽ exercendam æquiparantur Reginæ, Comitissa, & aliæ Dominæ temporales.

Contraria tamẽ opinio in casu proposito amplectitur idem *Bald. in d. c. significauit, colum. 1. versic. pone, de re-*
37 *script.* vbi ait, quòd † si Regina Apuleæ nubat cuidam simplici militi, is nominatur Rex, & hoc casu vir corruscat radijs vxoris, quia eius lateris Comitatus illustrat, *ad tex. in l. 1. C. de praeposit. Labor. lib. 12. et Montalb.* singulariter *in l. 9. tit. 1. p. 1.* vbi lex po-
38 nit † modos, quomodo quis vocetur Rex, ibi *la tercera razon es por casamiẽto, y esso es quando alguno casa con dueña, que es heredera del Reyno que muger non vẽga de linaye de Reyes, puedese llamar Rey despues que fuere casado con ella*, quam opinionem sequitur *Guttier. in loco relato, num. 40. contra Aniles, vbi supra*, & addit consuetudinem es-
39 se in contrarium, nempe, quòd † maritus vxoris Comitissæ, Marchionissę, vel Ducissæ, aliàs non Comes, Marchio, vel Dux, appelleẽ Comes, Dux, vel Marchio respectiuè, & hoc ad si-
40 militudinem Reginæ, nam † Regnũ (ait ipse) caput est dignitatum, Marchionatus autem, Ducatus, vel Comitatus sunt membra eiusdẽ Regni,
41 & proinde † non licet membra à capite discedere, ad text. *in c. cum non licet, de praescript. Anto. Picard. in l. 3. & 7. sub n. 51. C. de murileg. lib. 11. Burg. de Paz. in prohem. legum Taur. nu. 4. vsque ad nu. 15. Io. Garf. de nobil. glos. 1. §. 1.* & ita seruatur de consuetudine, licet prima opinio verior sit de iure cõi, & pro-
42 pterea † videmus de consuetudine maritos, vti Duces, Marchiones, & Comites vsos fuisse huiusmodi dignitatibus in sessionibus, & alijs actibus, ac si ipsi essent Duces, Marchiones, & Comites, ad quod facit Hostiens. in cap. Raynutius, *in verb. cleram, extr.*
43 *de testam.* vbi dixit, quòd † quandoque de facto, & consuetudine maritus radijs vxoris corruscat, & ponit
44 exemplum, † si miles duxit in vxorem Comitissam, ex quo concludere videtur id magis facti esse, & consuetudinis, quàm iuris, *Tiraq. de nobil. c. 18. nu. 40. D. de Pont. de potestat. Proreg. tit. de diuers. prouis. §. 1. nu. 21. Camill. de Curt. vbi supra, in fine*, subdens,
45 † in hac consuetudine stare maritos in Regno Neapolitano, & in hoc Regno ita vidi seruari in generalibus Parlamentis, in quibus absque aliquo Procuratorio mariti interueniũt, quod alias interuenire non possent,
46 licet meo iudicio, † si Comitatus, vel Marchionatus fuerit ab vxoribus Marchionissis, siue Comitissis dotatus maritis, nulli est dubium, quin mariti Marchiones, & Duces veri dicantur, vt dixerunt *Rainald. de nobilit. 16. q. principal. & Tiraq. in simil. tract. d. c. 18. nu. 40.*

47 Hæc tamen intelligenda † sunt in casu quo vxor sit domina Comitatꝰ, seu Marchionatus, non autem possetitrix tantum, ita notanter tradidit *D. de Pont. in d. §. 1. num. 19.*

48 Item † & pariter procedent viuente vxore, secus tamen ea mortua, quo casu priuilegium finitur, secundum *Bald. quem omnes sequuntur in l. secunda, C. de Episcop. & Cleric. Tiraquell. in tracta. cessant. caus. nume. 108. Boss. de Princip. num. 343. Barbos. in l. quia tale, nume. 23. & sequen. ff. solut. matrimo. Surd. cons. 397. num. 6. & consil. 495. nume. 11. volum. 3.*

D. de

D.de Pont.d.§.1.*num.*30. vbi ait, quòd dũ
50 † dignitas non fundatur in persona
propria, nec de vxore transfertur in
virum, sed gaudet vir tanquam illu-
stratus radijs vxoris, in cuius persona
dignitas residet, ea defuncta deficit pri
uilegium, etiam respectu aliorũ, aliàs
enim † esset dare duos eodem Titulo
decoratos eodem tempore, quod non
licet, ad tex. *in l.3.§.è contra, ff.de acq.
poss.Frecc. in titu. Quis dicatur Comes,
num.* 26.

51 Octaua prærogatiua est, quòd † Dux,
vel Comes præcedit omnes Consilia-
rios, vt fuisse iudicatum refert *Marc.
Anto. Surg. de Neapol. illustr. cap.* 27.
*nu.*18. *Minad.in constitu.in aliquibus,*
52 *num.*44. vbi † limitat in hijs, qui præ-
sunt Tribunalibus *Vinc. de Frãch.dec.*
138.*num.*6. & hoc in Regno nullam
53 habuit difficultatem, licet aliter fuerit
determinatũ Barcinonæ, vt dixit no-
uissimè *Fontanell.de pact. nuptial. clau.*
3.*glo.*1.*nu.*7. *& seq.* & de Rectoribus
54 alicuius magnæ Ciuitatis Metropo-
lis tradit *Bonad.lib.*3.*polit.c.*8.*nu.*20.
maxime in toto Consilio, seu Sena-
tu vnito ad tradita per *Gratian. discep.
foren.*111. quinimo apud nos Titula-
55 tus, si efficiatur † Consiliarius, hoc est
cum administratione, (cum sine ea,
vt diximus in 5. prærogatiua Barones
56 † omnes, & Titulati Regij Consiliarij
nuncupantur) præcedit omnes Con-
siliarios antiquiores, *Frecc. lib.*2.*de
suffend.titu.de differ.num.*18.*fol. mihi*
57 247. nam † cùm ratione tituli iam sint
Consiliarij, (vt diximus,) consequẽs
est, vt ratione administrationis adiũ-
ctæ præferantur, ad tex. *notab.in l.vni-
cuique, in prin. C.de prox.sacr.scrin.lib.*
12.*Io.de Plat.in l.*1.*nu.*12.*C.de consul.
eod.lib.Luc.de Pen.in l.*1.*C.vt dignita.
ord.seruetur, eodem lib.* & dixit *Fab. de
Ann.in cõs.* 122.*nu.*30.*volum.*2. & ita
58 † seruari de consuetudine in Regno
Neapolitano testantur *Io.Ant.Lanar.*
*cons.*72.*nu.*1.*&* 3. *Camil. de Curt.p.*1.
*diuers.iur. feud.c. videndum est modo,
nu.*5.*fol.mihi* 13.*Surg.de Neap. illustr.
d.c.*27.*num.*19.*& D.de Pont. in consil.*
14.*nu.*38.*cum seqq.& in dec.*8.*per to-
tum*, vbi refert ita iudicatum in colla-
terali Consilio, idemque seruandum
59 foret, † si dum esset Consiliarius crea-
retur Dux, Marchio, vel Comes, ra-
tione dignitatis annexæ, cum non sit
60 in hoc differentia, & duo † vincula ma
gis ligant, quàm vnum, ad text. *in* §.
sed hodie, in fine, instit.de adopt. vnde
61 † Cardinalis Episcopus Cardinali nõ
Episcopo præfertur, sicut & Cardi-
nalis presbyter Cardinali Diacono,
*Clem.*2.§.*irritum, de elect.c.Cleros,* 21.
*dist.c. oportebat, & c.si quis ex Episco-
pis,* 79.*dist.* & post alios diximus *in de-*
62 *cis.*130.*nu.*13. licet inter † eosdem ti-
tulatos attẽdatur prioritas temporis,
vt Comes prius assumptus in Consi-
lio præcedat Principem, vel Ducem,
postea assumptum, quod totũ proce-
63 dit † de consuetudine, quæ in hac ma
teria attenditur, secundum *Natt. in*
64 *cons.*637.*vol.*3. nec † extenditur de pѳ-
sona ad personam, vt dixit *Lanar. d.
cons.*72.*nu.*12.*& D.de Pont.d. d.dec.*8.
quidquid dixerit *Loffred. in c. omnes
filij si de feud.defunct.milit.* cõtra quẽ
fuit iudicatum, vt testantur *Surd. &
Ann.in locis* proximè citatis.

65 Et propterea † in Regno cum fuis-
set creatus Marchio Montis maioris
Don Marianus Migliaccio cõsangui-
neus meus, qui tunc tẽporis erat vnus
ex Magistris Rationalibus laicis Tri-
bunalis Regij Patrimonij, fuit ex p̃di-
ctis sibi data sedes cõpetens, vti Titu-
lato coram Prorege, licet alij Consi-
liarij antiquiores sederent in scanno,
& hoc ratione dignitatis Tituli; idẽ-
que etiam practicatum fuit in perso-
66 nã † Don Marij Gambacurta, (viri qui-
dem prudentissimi) etiam Magistri
Rationalis laici, qui ob mortem ge-

F 2 nitoris

nitoris sui successit in Marchionatu Motiæ, nam pariter habuit eũdem lo-
67 cum, quamuis in alijs † actibus, & in votando de consuetudine in Regno nostro nullam habeant prærogatiuã, sed tantũ prout cęteri Consiliarij, ad tex. in c. ad collationem, de appell. cum similibus traditis per Loffred. in c. omnes, si de feud. defunct. milit. fol. mihi 32. & faciunt tradita in dec. nostra 130. num. 5. lib. 2.

68 Nona est prerogatiua, quòd † Titulati, hoc est Principes, Duces, Marchiones, Comites, &c. gaudent eorũ priuilegijs, etiam post refutationẽ factam filijs de statu cum titulis, & sic retinebũt nomen tituli, quem habẽt, vt dixit Andr. in c. 1. de feud. March. vbi etiam Affl. qui, loquendo de titu-
69 latis † eligi solitis à Summo Pontifice in administrationẽ officij, vt in Marchione in Marchia Anchonitana, Duce in Ducato Spoletano, & similibus, de quibus supra c. 9. vers. secunda concessio, isti tales (subdunt ipsi) deposita administratione, post tempus officij vocantur Marchiones, Duces, & Comites, eo quòd remanet vocabulũ dignitate finita, quantum ad exercitium, ad tex. in l. 1. C. de primicer. lib. 12. vbi Luc. de Penn. & idem Andr. in tit. de Regal. in verb. potestas, num. 69. qui allegat adhoc Andr. de Barul. in l. iubemus, C. de prex. sacr. scrin. lib. 12. & voluit Rebuf. in l. 1. C. de præpos. sacr. cubicul. eod. lib. subdens rationem esse,
70 quia † datur successor in dignitate, & administratione, eamdemq; opinionem sequutus est nouissimè Illustrissimus, & magnus feudista Do. de Pont. in tract. de potest. Proreg. titu. de elect. offic. §. 1. num. 19. vbi ait, ita in Regno illo determinatũ fuisse in pluribus causis, & præcipuè in causa propria, dum vti Marchio Murchoni, Tertam ipsam cũ titulo refutauerit Ota-
71 tio eius filio, licet † posteriores remaneant omnibus alijs titulum possidentibus in actu, secundum Ioa. de
* Plat. Rebuff. & alios * communiter, in l. 1. C. de censol. lib. 12. & iterum D. de Pont. in eodem tract. titu. de diuers. prouis. §. 1. sub num. 26. subdens ita practicari.

72 Decima est prærogatiua, quòd † isti titulati, si Castrum, seu Terram titulo Ducatus, vel Marchionatus, aut alterius similis decoratam ex aliqua causa ammiserint, remaneant tamen titulares, eorumq; priuilegijs gaudebunt Bald. & Card. Alexand. in c. 1. Quis dicatur Dux, Comes, &c. Cassan. in Cathalog. glor. mund. p. 5. consid. 49. eiusq;
73 † ratio est, quòd dignitas hæc semel à Domino Rege collata, remanet semper ossibus affixa, ita quod euelli à persona concessionarij non potest, ad tex. in l. vnic. C. de Comit. qui prouinc. reg. lib. 12. l. eos, & l. eam quam, C. de excusat. mun. lib. 11. l. fi. ff. de decurio. cum simil. traditis per D. de Pont. in cons. 31. n. 10. & dixit Camill. de Curt. in diuers. iur. feudal. p. 1. c. sed vnde digressi, num. 6.
74 fol. mihi 11. subdẽs, quòd † talis dignitas in alio illam habenti non deseruit, nisi quòd cum alijs in eadem dignitate constitutis sedere valeat, prout in Regno illo cum alijs titularis in aula Titulatorum, ac in banco assistunt, & sedent in Palatio coram Excellentiss. Prorege, ad notat. per Speculat. in titulo delegat. §. finitur, in fine, num. 8. vbi
75 ait, quòd † ei, qui semel fuit Legatus, semper reuerentia debetur in memoriam pristinæ dignitatis, & est text. in l. maior dignitas, C. de dignitat. lib. 11.
76 quo loco † beneficium, per dignitatem quæsitum, durat etiam dignitate deficiente, Marc. Ant. Surg. de Neapol. illustr. c. 23. num. 47. Iacob. de Sãct. Georg. de feud. in verb. Comes, Capic. in inuest. feudal. in verb. feudatarij Barones, in fin. Frecc. de subfeud. lib. 2. tit. quis dicatur Comes, num. 20. addẽs, quòd

77 quòd † ille, qui est expulsus à Comitatu dicitur verè Comes, q̃ uis non possideat Comitatum, secũdum *Bald. & Cardin. supra relatos*, *Afflict. de feud. March. num.* 12. *Mozz. in tit. de his, qui*
78 *feud. dar. poss. num.* 15. in tantũ ꝙ † durãt statuta, & decreta per ipsum facta, *Alber. in l.* 2. §. *exactis*, *de orig. iur. Laud. in tract. de Princip. nu.* 64. & pro-
79 pterea † inuasor non dr̃ Comes, cum
80 dignitas eadẽ † non possit esse pœnes duos, ad text. *in l.* 3. §. *è contrario, ff. de acq. poss. Bald. in l.* 1. *ff. de offi. Consul. Doctores omnes in cap.* 1. §. *Ducatus, de prohib. feud. alien. per Feder. Frecc. vbi supra*, qui plura super hoc deducit, q̃
81 tamen minimè† procederent, dato Titulo in personam legitimi successoris, qui habebit locum & prærogatiuam Titulatorum, nisi dicamus, quòd ra-
82 tione† dignitatis annexæ posset ille titulatus, qui Comitatum ammiserat post omnes titulatos sedere, secundũ notata in præcedenti prærogatiua, cũ
83 vnius sit † titulus, & vnus debeat occupare locum, & non plures in præiudicium aliorum titulatorum, vt dixit *D. de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit. de diuers. promis.* §. 1. *nu.* 43.
84 Vndecima prærogatiua est, ꝙ † deuoluto Castro cum tali titulo ad Regem, si iterum simpliciter cõcedatur, censetur pariter cõcessus titulus, sicut prius erat antequam Regi fuisset apertum, habebitque effectum feudi titulati, vt dixit Andr. si benè aduertatur, *in c.* 1. *n.* 4. *vers. si vero, de feud. March.* vbi ponit exemplum de Comitę Prouintiæ, & Ducæ Calabriæ, *& in c.* 1. *nu.* 13. *de his, qui feud. dar. poss. in ver. & per distinctionem, & in c.* 1. *Quis dicatur Dux*, *quem* ad hoc refert, & sequitur *Pet. de Greg. in tract. de concess. feud. p.* 2. *quæst.* 3. *num.* 1. & latè *Frecc. qui Andr.* non allegat *de subfeud. libr.* 2. *tit. Quis dicatur Comes, num.* 47. se-
85 cus † autem si concessio tituli fuisset personalis, tunc enim deuoluto Castro nõ diceretur amplius titulatum, non quia vt Castrum, seu feudum, qđ
86 seruitutem demonstrat, & † res sua nemini seruit, secundum Andr. *in* §. *huius autem generis*, sed quia personalis concessa certo generi, seu genti, vel hę redibus, qui non sunt successibiles, & capere non possunt, quòd à defuncto est in vita deperditum, adeo quod eo ipso quod vadit ad Regem iam euanescit, & intercedit, cum fuerit limitata dignitas, personis certis concessa argum. tex. *in l. in agris, ff. de acqur.*
87 *rer. dom.* & propterea † Rex alteri concedendo, nisi de nouo det cum titulo Comitatus, vel alterius prout erat, possessor non erit Comes, cum non reperiatur dignitas tunc extare, ea-
88 † què extincta, nõ reuiuiscit amplius, nisi de nouo formetur, ad tex. *in l. qui res*, §. *aream, ff. de solut.* & in hoc casu
89 intelligendus † est, *D. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. de assens. Reg. num.* 6. dum simpliciter *ex dicto Frecc. libr.* 1. *titu. de orig. Baron. num.* 45. dixit,
90 quòd † si Baronia sit deuoluta ad Regem, & demum ab eo concedatur, qđ si non dicat in titulum Baroniæ, minime erit Baronia pęnes concessionarium, quia † illa dignitas est extincta
91 per incorporationem ad Regem, qñquidem eius dictum procederet in di-
92 gnitate personali, secus † autem si esset realis, vt ĩ casu proposito, quia tũc perpetua est dignitas, & numquam moritur, *c. si gratiosè, de rescript. in* 6. *Bart. in l.* 1. *num.* 96. *vers. quandoq; hoc non exprimitur*, *C. de dignitat. lib.* 12.
93 dum dixit, quòd † si alicui conceditur aliquod beneficium habens annexã nobilitatem, censetur etiam concessa ipsa nobilitas, quinimo pœnes quemcũque sit, semper viget, realis est, & sempiterna, secũdum *Bald. in titu. de pac. Constant. in verb. inuestituram recipietis*, vbi ponit quæstionem, si deuolu-

94 uoluto † Comitatu ad Regē, ipse alijs cōcedat feuda Comitatus, postea inuestit aliū de Comitatu, cuius hi erūt feudatarij? & dicit ipse, quòd erūt Comitis, & nō Regis, quia Rex videtur, vt Comes concessisse, eamdemq; opinionem tenent *Afflict. in præud. constit. Regni, q. 25. & in constit. post mortem*, & proinde (vt dixit *Frecc. vbi supra*,) durat authoritas, & dignitas Comitalis, si Rex concedendo in feudū gerit personam Comitis, & fingitur Comes viuere ex persona Regis, qui gubernat, & possidet Comitatū, aliàs enim vana esset quæstio, si pœnes Regem non esset Comitatus, vt Comi-
95 tatus, quia † Rex sibi ipsi non potest esse Comes, & Rex supremus, & inferior respectu rei suæ, cuius ipse est dominus vtiliter, & directò, idemque reassumendo dicta per *Frecc. vbi supra*, sequitur *Menoc. cons. 905. num. 15. cum seqq. volu.* 10. & respondet aliquibus obiectionibus, quæ fieri poterāt, Fab. de Ann. *cons. 44. num. 60. vol. 1. idem Do. de Pont. in tit. de his, qui feud. dar. poss. lect. 6. num. 49.* vbi ait, ex hoc distinctionem prædictam vtilissimam esse, & limitari notata per *Andr. in c. 1. de contron. feud. inter par. term.* nisi dicamus cum *Afflict. in loco citato, col. 2. vers. solutio*, & pariter admittit *idē*
96 *Menoch. num.* 23. quod † dignitas extincta dicatur, durante incorporatione pœnes Regem, secus si ab eo alteri concedatur.

97 Hanc conclusionem † amplia si in noua concessione dictum fuerit, cum omnibus priuilegijs, & iuribus ei competentibus, siquidem dignitas ex priuilegio competens concessa videtur, vt dixit *Afflict. in d. quæst. 25. colum.*
98 *2. vers. nec obstat dictum*; vbi † concesso feudo cum suis pertinentijs, transit dignitas ipsius Baroniæ, iam ipsi feudo annexa.

Duodecima prærogatiua est, quod
99 † dignitates prædictę eo ipso concessæ dicuntur, quatenus à Rege vti tales ex certa scientia nominantur, *Andr. in c. 1. §. similiter, nu. 22. de Capit. qui cur.*
100 *vend.* subdēs, quòd † si Rex concedat alicui Castrum, vel feudum in Baroroniam ex certa scientia id faciens, cōcessionatius ex eo erit Baro, idemque tradit *Bart. in extrauag. qui sunt rebell. in verb. Lombardia, num. 6. & in l. fin. sub nu. 5. ff. de colleg. illicit. & in l. 1. C. de Metr. Beri. num. 4. vbi Alex. in add.*
101 *& Ang. ibi*, dicēs quod † si Princeps in in suis literis vocat aliquā villam Ciuitatem, cēsetur eam facere Ciuitatē, licet hoc non exprimat, si tamē Princeps faciat ex certa scientia, vt intelligunt *Andr. supra* relatus *& Innoc. in c. cum ab Ecclesiarum, n. 2. vers. item hoc ipso, de offic. ord. quem ibi*, sequitur *Io. And. col. 3. ver. Principis autem, Ancha. in cap. statutum, §. nec audiatur, col. 2. vers. sed quid dices, de rescript. in 6. & in clement. si Summus Pontifex, col. 2. vers. sed Stefanus, de sent. excomm. vbi* etiam *Zabarel. in §. similiter in 3. oppos. Rebuf. in d. l. 1. C. de Metr. Beri. num. 3.* vbi ait requiri voluntatem Principis, *Anto. de Butr. & Fely. in prohe. decret. Surg. de Neap. illustr. c. 18. n. 17. Carol. Tap. in l. fi. p. 1. c. 1. n. 9. & seq. de cōst. Fab. de An. cōs. 44. n. 82. vol. 1. Cancer. variar. resol. lib. 3. c. 3. nu. 9. Pacian. de probat. c. 27. nu. 145. lib. 2. Pet. de Greg. Tholos. in instit. rei beneficiar. cap. 37. num. 7. Peregr. cons. 91. num. 52.* se-
102 cus † autem si per verba enuntiatiua quis à Principe Dux, vel Comes denominaretur, eo enim casu minime talis dignitas concessa videtur *ad text.*
103 *in cap. si Papa de Priuileg. in 6.* vbi † si Papa enuntiatiuè propter aliud dicat aliquam ecclesiam esse exemptā, non per hoc inducitur exemptio, nec probatur exempta, ibiq, tradidi, sunt *Canonistæ* omnes, ad idem *text. in clem. fin. §. similia, de sentent. excomm. vbi* etiam

etiam *Anchar. Zabarell. & cateri*, dũ
104 dicunt quòd † si Papa, vel Princeps in
suis literis nominaret aliquem sub ali
qua dignitate, vel nobilitate, non ex
hoc censetur nobilitare nominatum,
nec dignitatem illam ipsi conferre,
clement. literas, de Probat. l. optimam,
C. de contrah. & commict. stipulat. l. cũ
aliquis C. de iur. delib. Abb. in cap. cum
dilectus, num. 14. *de success. ab intest.*
Paul. Castr. cons. 125. *incip. dubitatur*
primo an comes, col. 4. *vers. quinto qua-*
ritur, vol. 2. *Cardinal. Alexand. in cap.*
per venerabilem, §. *vlt. vers. sed quid si*
Comes, extr. qui fil. sint legit. Aret. cõs.
105 23. *num.* 8. qui ait, quòd † si Summus
Pontifex cõferat alicui aliquam præ-
posituram tamquam pro dignitate,
non ex hoc in illa præpositura esse in-
ductam dignitatem, quem sequitur,
Carol. Tap. in loco supra relato, nu. 10.
Tiraquell. de nobilit. cap. 6. *num.* 24. vbi
106 non † censeri tacitè nobilitatum ait,
quem Princeps nobilem appellat, se-
quitur *Ann. cons.* 66. *num.* 52. idemque
notat *Osasc. Pedem. decis.* 139. *num.* 18.
107 dum dixit, quòd † ex sola nominatio-
ne Vicarij Imperij facta in inuestitu-
ra, nõ videtur Imperatorem in digni-
tate illum approbare voluisse, latissi-
mè *idem Fab. de Ann. d. cons.* 44. *nu.* 81.
cum seq. vbi plures allegat, optimè *Mo-*
lin. de primoge. Hispan. lib. 1. *c.* 11. *num.*
22. *D. de Pont. de potesta. Proreg. titu. de*
assens. Reg. in princ. nu. 10. *Io. Anto. La-*
nar. consil. 72. *num.* 11. vbi resoluit, ꝙ
108 † si Princeps tractat aliquem pro exi-
stente in aliqua dignitate, non ob id
dicitur approbare, refert, & sequitur
eleganter *Cancer. vbi supra, qui nu.* 13.
109 subdit secus † esse si verba principali-
ter, & de per se prolata fuissent, etiam
si essent enuntiatiua, vt quia ad illum
tantum finem proferrerentur, vt enun-
tient id, quod proferũt, ad notata per
Doctores in l. ex his verbis, C. de testam.
milit. eo quod certum est disponere,
ad tex. in l. ex hac scriptura ff. de donat.
110 Item † quãdo verba enuntiatiua pro-
lata fuissent in modum causæ, ita vt
super eis Principis intentio fundetur,
cum sint fundamentum priuilegij, &
concessionis, *ad tex. in clem. literis, de*
111 *probat.* quod tamen † ita demum ad-
mictitur secundum *Cancer. in d. loco,*
si enuntiatio respiciat factum narran-
tis, ita vt ignorare Principem ipsum,
non possit prætendi, & quòd super
dicta assertione, siue enuntiatione,
Principis intentio in concessione pri-
uilegij versetur, secundum *glos. in d.*
cap. si Papa, versic. asserat, & latius de-
clarat *D. Tap. in d. cap.* 1. *num.* 15. *cum*
112 *multis seqq.* quòd † si verba Principis
essent super eo, qđ verisimiliter Prin-
ceps ignorare, licet super eis fundare-
tur intẽtio Principis, neque induceret
dispositionem, neque enũtiata pro-
barent vt post *alios* dixit *Mascard. de*
probat. conclus. 1227. *num.* 100. *Fab. de*
113 *Ann. d. cons.* 44. *num.* 82. subdens † idẽ
esse si iudicialiter, & ex causa, & ani-
mo probandi prolata fuissent, secun-
dùm *Zabarell. in d. clement. si Summus*
Pontifex, col. 2. *in* 3. *opposit.* & ita intel-
ligunt doctrinam *Bart. in locis citatis;*
114 vel † quando Princeps pluries sic re-
scriberet, & etiam in actis suæ Curiæ
sic appellauerit, *Bart. in l. cum scimus,*
circa finem, C. de agric. & censit. lib. 11.
Roman. in d. l. ex hac scriptura, num. 7.
& cons. 65. *Vital. in tractat. de clausul.*
tit. de verbis enuntiatiuis nu. 7. refert,
& sequitur *Ann. dict. cons.* 44. *num.* 84.
Decian. respons. 7. *nu.* 27. *vol.* 3. & post
omnes Bouadill. in polit. lib. 2. *cap.* 16.
115 *nu.* 6. vel † aliàs ex certa scientia con-
staret, quæ in Principe ex sola ve-
risimilitudine probata dicitur, secun-
dum *Bart. in l.* 2. *C. si seruus vel libert.*
ad decurio. asp. lib. 10. cum sit de nego-
tio ad eum pertinente *Aretin. in* §. *fin.*
instit. de adopt. de quo tñ vide *Alban.*
cons. 64. *num.* 40. *Crauett. cons.* 958. *nu.*
20.

20. Riminal. iun. conf. 640. num. 35. &
116 seq. vel † quia essemus in antiquis, vt
latissimè deduxit Decian. d. cons. 7. vol.
117 3. num. 28. & seq. Hodie † tamen, vt
dixi supra c. 2. in fine, omissis antiquis
sollemnitatibus in creatione hmōi
dignitatū expeditur particulare priui-
legium secūdum Molin. Frecc. & alios
ibi relatos.

Decimatertia est prerogatiua, quòd
118 † tales dignitates licèt secundum ali-
quos constitui debeant super aliquo
magno statu, vt de Comitatu dixit
Frec. in tit. quis dicatur Com. n. 24. vbi
territorium plurium villarum, vel ca-
strorum vocat, secundum Bal. in cap.
1. de proh. feud. alien. per Fideric. Socc.
cons. 165. in fine vol. 2. & facit tex. cum
glos. in verb. Comite, in cap. prouintia,
119 99. distinct. qui dicit, † Comitatum
esse districtum alicuius Ciuitatis, in
qua est Episcopus, vnde infert Frecc.
vbi supra, quod in eo loco designari
debet Comitatus dignitas, in quo est
Episcopus, & sic ī Ciuitatibus, in q̄b.
multitudo esset populotū, & castro-
rum, sicut si esset caput vnius prouin-
120 tiæ, vt in Francia, † vbi nō est Comes
qui non habet sub se decem Barones,
121 & nō in villis, & oppidis; & † de Du-
catu dixit idem Frecc. in tit. Quis dica-
tur Dux, num. 8. Mozz. de his qui feud.
dar. poss. sub num. 15. vers. vnde autem
dicatur Dux, Petr. de Gregor. Tholos. de
122 Republic. lib. 6. cap. 7. num. 5. & † de Ba-
ronia, Andr. in cap. 1. Qualit. vass. iur.
deb. fidel. Afflict. decis. 267. & Frecc.
d. tit. Quis dicat. Com. num. 25. & ī tit.
de differ. inter feud. regal. & titul. dif-
123 fer. 1. prope nu. 5. in fine, subdēs, † quòd
non nisi super aliqua celebri Ciuitate
124 deputari debeant; Attamen hoc † ar-
bitrio Principis remictitur, secūdum
Andr. in cap. 1. num. 22. de cap. qui cur.
vend. Loffr. cons. 36. nu. 6. Fab. de Ann.
cons. 44. num. 7. & cons. 66. num. 3. vn-
125 de Rex † poterit etiam villam erigere
in dignitatem Ducatus, vel Principa-
tus, & ille Dux, & Princeps erit, quia
sic Rex iubet, & disponit, in tantum
126 † quòd circa præeminentias, & præ-
rogatiuas, Vassallorum copia nō exi-
gitur ad tex. in §. non exigitur, in Au-
127 thent. de defens. ciuit. in princ. sed † ma-
ior dignitas sufficit, l. 1. in fine, C. de
consul. lib. 12. Frecc. in tit. quis dicatur
Dux, & in titul. Quis dicatur Comes,
128 ista † enim secundum relatos sunt
ad placitum Regis, & eius destinatio-
ne conceduntur, & ob id scribit Poli-
dor. Virgil. lib. 19. & 23. histor. Angl.
129 apud † Anglos morē fuisse, vt Duca-
tus, & Comitatꝰ tituli arbitratu Prin
cipis dentur, etiam sine possessione
locorum, è quibus tituli petantur, &
& solear Rex his, qui in eo Comitatu
nihil habēt, ex suis vectigalibus dare
quotannis pecuniæ summam posses-
sionis loco, vt refert, & sequitur Greg.
130 Tholos. d. cap. 7. in fine, & † ita practi-
catum vidimus in Regno, nam etiam
super oppidis huiusmodi dignitates
concessæ fuerunt.

Decimaquarta prærogatiua est,
131 quòd † citati in iudicio comparere de-
bent per procuratorem sub pęna am-
missionis causæ, ad tex. in l. pen. C. de
procurat. & text. in Authent. vt ab Il-
lustr. coll. 5. & si voluntariè personali-
ter comparere admictantur, vt dixit
Marcus Anton. Surg. de Neap. illustr.
132 cap. 23. num. 1. il. 2. vbi redit † rationē
prohibitionis adductā ex eisdem met
iuribus, ne cogantur aut sedere cum
iudicibus, cum iudicant, aut stare in-
ferius tanquam litigantes, quod in
maximū dignitatis regalis detrimen-
133 tum succederet, cum nemini † liceat
sedere coram iudicibus cum iudicāt,
ad tex. ī l. 1. in verb. honorati, C. de offi.
134 ciuil. iud. sed contrarium † in huius-
modi titulatis receptum est, quia ius
habent sedendi, etiam si propriā cau-
sam defendant, ad tex. in l. fi. §. sedem,
&

& ibi Bal.C.vbi senat.vel claris.Frecc.
de subf.tit.de diff.inter feud.reg.diffe.
135 13.& 48.Surg.d.c.23.n.21.vbi id† ex-
tendit ēt in causa criminali, qđ idē in
praxi receptum est, cū in contestanda
lite ipsos examinari cōtigisset vt reos
coram iudicibus,& fisci patrono, etiā
136 in loco vbi sedent, quod † alijs nobi-
libus concessum non est : hi etenim
detecto capite, & stantes examinan-
137 tur ; quamuis † vbi ageretur de irro-
ganda tortura aliud apud nos serua-
tum fuisset, ad notat. per Salicet. in l.
reos,C.de accusat. Felin. in cap. cum te,
col.3. de re iudicat. Cassan. in cathal.
glor. mund. par.7. consid.2. & propte-
138 rea de cōsuetudine apud omnia Tri-
bunalia, quando causæ ciuiles titula-
torum disputantur, siue sint Actores,
siue Rei, vltimum cum sella locum
habēt post Regios consiliarios, iuxta
tex. in d.l.1.& ibi gl.C.de cōsul.lib.12.
139 Decimaquinta prærogatiua est,
quòd † filij primogeniti istorum Ti-
latorum viuente patre dicũtur etiam
Duces, Marchiones, vel Comites, se-
cūdū gl.in c.fi.24.q.1.& l.in suis,ff.de
liber.& posth. And.in c.1. Quis dicatur
Dux.ī c.1.de feud.March.in præl.feud.
q.2.& in cōst. prosequētes, licet impro-
priè secundum eum, Abb. in cap. sāta,
qui filij sint legit. Bal.in d. l. in suis, ff.
de lib. & posth. Afflict. in d. cap.1 nu.
6. quis dicatur Dux, Decian. respons.
19.nu.230.volum.3.Corsett. de potest.
140 Reg. quæst.25. in princ. maximè † in-
feudo, vbi sola administratio desit,
141 ita quod patre † moriente non dicun-
tur capere feudum, Bald. in cap.1. An
mut. vel surd. Frecc. in tit. de differ.
inter feud. regal.& al.nob. num.7. Ia-
cob. de Sanct. Georg. de feud. in verb.
142 Dux, quinimo † secundum Landens.
de princip.notab.6.non ex omni culpa
feudo priuātur, sequitur, Frecc.vbi su-
pra differ.11.& in tit. quis dicatur Co-
mes n.14.Bonad.lib.2.polit.c.16.n.6.in
143 fi.subdēs hoc† ibi nō practicari, prout
144 neq. in hoc Regno, in tantū ꝙ † priui-
legio patris gaudēt, Andr. in d.c.1.n.
22.de cap.qui cur.vend.& in d.constit.
145 prosequentes,& † citari debent in causa
graui, vbi pater ad iudicium citatur,
Oldrad.cōs.114. nā consideratur filius
vti filius,& nō vti hæres, Bal.cōs.361.
vol.1.Affl.in d.const. prosequentes, q.8.
146 & vti tales † cogniti Dño Regi præsu-
muntur, vt dixit And.in c.1.col.8. Quo
147 tēp.mil. eosque† diuerso ordine quàm
alios nobiles tractare cōsueuit, secūdū
148 Frecc.vbi supra nu.10. hinc† in Regno
ex speciali priuilegio, & mādato Ca-
tholicæ Maiestatis tecto capite cū D.
Prorege loquūt prout patres, titulūq.
149 † habēt spectabilis, & alia huiusmodi.
150 Decimasexta prorogatiua est, † ꝙ
Duces, Comites, & Marchiones excu
santur à tutela, sicut dicitur de perso-
nis illustribus, ad tex. ī l. spadonē, §. sci-
re, ff. de excusat. tutor.& l. iurisperitos,
in princ. eod. tit. Cassan. in cat. gl. mund.
par.7. cōsid.3. vers. addo aliū effectum,
Frecc. de subfeud. lib.2. tit. de differ. in-
ter. feud. regal. differ.52.
Decimaseptima prerogatiua est, ꝙ
151 Duces, Comites, & similes excusātur
à muneribus Ciuitatis ad tex. in l. eos
& l. fi. C. de excusat. muner. lib.10. l. vni
uersos, C. de decur. eo. lib.& l. municeps,
ff. ad municipal. & sic nō possunt cogi
ad acceptādū officia, vt dixit Surg.
de Neapol. illust. c.23. nu.16. Minad. in
cōstit. ī aliquibus, n.49. cū seqq. & ratio
152 † esse potest, ꝙ maioribus honoribus
functi, regalemq; dignitatem adepti
ad minores non sunt euocandi l. hono-
res, §. hi qui, ff. de decurio. & facit no-
tabilis decisio Guid. Pap. 385. de quo
dixi supra cap.30. num.99. lib.1.
Decimaoctaua prærogatiua est, ꝙ
135 † licèt ad assumendum habitum Hye-
rosolimitanū nō admictātur spurij, ēt
ꝙ ex vtraq. parte nobilitatē probarēt,
id tū † speciale est in spurijs titulatorū

qui indifferenter admittuntur ad habitum prædictum etiam absque legitimatione, vt dixit *Surgens in d. cap. 23. num.* 14. & extabat expresse prouisum *ex statuto in titul. de recept. fratr.* in capitulo generali detempto tempore fratris Hughi Reuel, Magni Ma
155 gistri, licet † in alio *capitulo* tempore fratris Io. de Valletta fuerit id limitatum, dummodo quod pater, auus, &
156 proauus fuerint titulati; inde † in alio consilio tempore fratris Claudij de la Sengle ad naturales tantum fuerit ex-
157 tensum, quæ tamen † omnia in vltimo capitulo generali detempto de anno 1610. à Magno Magistro Fratre Alophio de Vignancurt fuerint sublata; quamuis de facili consueuerit huiusmodi personis gratia concedi.

Decimanona prærogatiua est, quod
158 † isti titulati in Regno latus sinistrum Excellentissimi Proregis tenent, nisi
159 † cum ipso pariter incederet illustris
160 Prætor Senatus Panormitani, qui † ex priuilegio particulari, & antiquissima consuetudine habet latus sinistrum, & eo casu Titulati habent latus dex-
161 terum, quod † quidem dignitatem affert, *ad text. in c. solita, & ibi Abb. de maiorit. & obedient.* vbi etiam *Felin. in Rubr. Bald. in l. decernimus, C. de*
162 *sacr. sanct. Eccles.* quod intelligo † de antiquiori ex dictis Titulatis, qui præsens reperiatur inter plures Principes, Duces, Marchiones, vel Comites or-
163 dine successiuo, licet † in Regno Neapolitano ab ipso Prorege nominetur,
164 est benè verum, quòd † si locus reperiatur occupatus, vtputa à Comite, seu Marchione, etiam quòd superueniat Princeps, vel Dux, non potest amoueri, vt alias fuit determinatum.
165 Vigesima prerogatiua est, quod † ex forma Regiæ Pragmaticæ huiusmodi Titulatis datur titulus illustris, quibus consonant tradita *supra in capit.* 5. 6. & 7. quo etiam titulo enunciantur à Dom. Rege in epistolis, alijsque scripturis, vt dixit *Surg. in d. cap. 23. num.* 43.

Vigesimaprima prærogatiua est,
166 quod † ipsis aduenientib⁹ Princeps assurgit aliquantulum, *ad text. in l. 1. iuncta glos. in verb. processisset, C. de sent. pass. Felyn. in Rubr. de maiorit. & obedient. col. 4. Purpur. in l. 1. nu. 162. ff. de offic. eius, Cassan. in catal. glor. mund. par. 7. consid. 3. versi. decimus, Surg. de Neapol. illustr. cap. 23. num. 17. in fine vbi etiam add. fol. mihi* 416.
167 Vigesima secunda prærogatiua est, quòd † habent sellam coram Principe, & in omnibus alijs Regni Tribu-
168 nalibus, vt dixi *supra cap. 6. in fine,* quæ † in Prætorio Principis maximæ est dignitatis, ad tex. *in Authent. vt ab illustr. §. 2.*

Vigesimatertia prærogatiua est, quod
169 Titulati † loquuntur cum D. Prorege capite tecto ad differentiam aliorum
170 nobilium, † & Baronum, qui non nisi nudo capite alloquuntur tamquam supremo Principe Regiam personam in Regno representante, vt infra dicemus lib. 5. cap. 3.
171 Cuius † ratio affertur per *Surg. de Neapol. illustr. c. 23. num. 29.* vbi post *Plutarc. & Cassan. per eum* citatos ait,
172 quòd † omnia nostra bona illi parere, & parere debent, subditque ho-
173 norem † esse orare nudo capite, & superiores reuereri, & habetur *1. ad Corint. 2. omnis orans velato capite de-*
174 *turpat caput suum,* quod † idem seruatur in Regno ab Illustribus Præsidibus, & Consultore Regio, quibus pariter datur sella in omnibus sessionibus publicis, & priuatis coram eodem Excellentiss. Prorege, & capite cooperto sedent, & loquuntur coram eodem, qui honor etiam magnus est, ex traditis per *Gramm. dec. 1. nu.* 42.
175 quãuis Regij alij † Consiliarij sellam non habeant, sed in scannis cooperto capite

capite ſedeant ex mandato Regio vi-
gore literarum exequ. Panor. die 10.
Aprilis 1589. & ſi nudo capite loquā-
tur, cauſaſque referant in cauſis Fiſca-
libus, & Patrimonialibus.
176 Vigeſimaquarta prærogatiua eſt,
quòd † Coronam adhibent eorum in-
ſignis, de qua dixi *ſupra in capit.* 5.
vbi etiam de Coronarum varietate
inter Duces, Marchiones, & Comi-
tes, *Lancel. Corrad. in templ. ind. cap.* 4.
Decian. reſp. 19. *num.* 34. *&* 158. *volu.*
177 3. quod † quidem minime conueniet
reliquis de familia, ſecundum *Surg.*
178 *de Neap. illuſt. c.* 23. ſicuti † & inſignia,
ac arma particularia & diuerſa ab alijs
habent, ſecundum *Bart. in tract. de in-
ſign. et arm.* optimè *D. de Pont. in tract.
de poteſt. Proreg. titu. de diuerſ. prouiſ.
rubr. de inſign. & arm. fol. mihi* 509.
179 in tantum quòd † eis vtens, cum Dux,
vel Comes non ſit, incurrit in crimen
falſi, ad tex. *& ibi gloſ. in cap. ad Apo-
ſtolica, in verb. dignitatum, de priuileg.
in* 6. *c. cum ſit, de authorit. & vſu pall.
l. eos,* §. *fin. ff. de falſ. Decian. d. reſpõſ.*
19. *num.* 159. *&* 241. *vol.* 3. *Honded.
conſ.* 100. *num.* 17. *vol.* 2. latiſſimè *Fa-
rinaz. de falſ. quæſt.* 150. *nu.* 80. *& Ca-
ball. reſol. crim. reſol.* 126.
Vigeſima quinta prærogatiua eſt,
180 quòd huiuſmodi Titulari domi vtun-
tur ſerica vmbella (quā Baldachinū,
ſiue Tuſellum vulgo dicimus) eaque
maximam tribuit dignitatē, cum Re-
181 gale tantum ornamentū ſit poſt Pon-
tifices, licet conſueuit hodie per eoſ-
182 dem Titulatos † eodem ornamēto vti
in eorum ſtatu, dū in eccleſijs, alijſque
publicis locis interueniunt, eademq;
183 dignitate in Regno hodie vtuntur Ar
chiepiſcopi, & Epiſcopi in eorū Ec-
cleſijs, fueritq; idem ampliatū ēt in
præſentia Illuſtriſs. Do. Proregis ſtā-
tibus literis ſuæ Catholicæ Maieſtatis
ſub die 16. Aprilis 1579. exequuto-
riatis die 29. Nouembris eiuſdem an-
184 ni. Vnde † autem dicatur Toſellum,
vide *Surg. de Neap. illuſt. cap.* 27. *num.*
44. *&* 45.
185 Vigeſima ſexta prærogatiua eſt, † q̃
Titulati criminaliter citati debent ex-
pectari per decē dies, licet in alijs ter-
minus ſit dierum trium, ita expreſsè
prouiſum eſt in Regno per *capit.* 11.
ſub Imperatore Carolo.
Vigeſima ſeptima prærogatiua eſt,
186 quòd † Titulati dicuntur propriè Re-
gni, & Regis Capitanei, quaſi capita
digna habentes reſpectu aliorum, cū
ſint in dignitate, vt dixit *Andr. in c.* 1.
de his, qui feud. dar. poſſ. num. 6. in tan-
187 tum quod † qui feudum ab eis acci-
piunt dicūtur maiores Valuaſores, ſe-
cundum eum, & ſequuti ſunt *Frece.
de ſubfeud. lib.* 1. *in cap. incip. fuit dubi-
tatum, num.* 10. *Dom. Marchio de Ponte
in repet. eiuſdem tituli, lect.* 6. *num.* 29.
188 vbi † ampliat in quocumque Rege,
189 nā quilibet † eſt Monarcha in Regno
ſuo; quinimo & tamquam filij Regis,
190 † ſiue Imperato-is habentur, à quibus
191 vti patribus omnes † dignitates pro-
creantur, *Decian. reſponſ.* 19. *nu.* 185.
volum. 3.
Vigeſima octaua prærogatiua eſt,
192 quòd † ſicut Regis tutoribus non de-
betur decima de fructibus, & redditi-
bus regalibus, quemadmodum ex le-
193 gibus Hiſpaniarum † priuatorum tu-
toribus competit, vt latiſſimè dedu-
xit *Baez. de decim. præſtand. cap.* 9. *nu.*
194 9. *cum ſeqq.* ita † & pariter dicēdū eſt
in tutoribus Ducum, Marchionum,
& ſimil. vt dixit *idem Baez. num.* 31.
195 niſi † ſecundum eū, redditus dictorū
Marchionatuū maximam ſummam
196 non excederent, idemque † in coad-
iutore Ducis tradidit *in cap.* 19. *num.*
8. *cum ſeqq.*
Vigeſima nona prærogatiua eſt, 9
197 hmōi Titulati in Regno poſſunt por-
tare arma, *ex Cap.* Regis Fiderici 16.
198 quod pariter † cōpetit Baronibus, qui

ad seruitium militare pro feudis tenẽtur; & propterea in nouissima armorum prohibitione facta in Regno excepti fuerunt omnes Titulati, & Barones.

Trigesima prærogatiua est, quòd
199 †ex acquisitione talis dignitatis regalis statim in ea electus efficitur nobilis, vt dixit *Bart. in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. in princ. quem* sequitur *ibi Io. de Plat. Cepoll. in tract. de Imperat. milit. vers. ratione dignitatis, Tiraquell. de nobilit. cap. 6. Vinc. de Franch. decis. 62. num. 3. & 4. Minad. in constitut. in aliquibus, num. 49.* Sed quid in filio spurio, vide *Guttier. in repetit. §. fin. de hared. qualit. & differ. nu. 190.*

Trigesima prima prærogatiua est,
200 quòd † in venditionibus feudorũ Titulatorum requiritur assensus expressus Regis, & non sufficit quòd Prorex assentiat, vt ex dispositione Regiæ
201 Pragmaticæ de nouem Capitibus statutum † est in Regno Neapolitano, de qua infra dicemus; licet aliud in Regno nostro sit dispositum *ex capit. vo-*
202 *lentes, in verb. Comitum*, nisi repugnet natura concessionis feudi, vt dixit *Petr. de Gregor. de concess. feud. part. 8. q. 16. rubr. de iur. conceden. licen. n. 14.*

Trigesima secũda prærogatiua est,
203 quòd † feuda Titulata non veniunt in obligatione bonorum feudalium, nec † in assensu præstito super dicta obli-
204 gatione, vt per *Afflict. decis. 265. in 3. fall.* & declarat optimè *Minad. in constitut. Regni in aliquibus, num. 35. cũ seqq. Frec. lib. 2. de subf. differ. 14. Paris. cons. 141. nu. 21. lib. 4. Scrad. cons. 1. num. 568.*

Trigesimatertia prærogatiua est,
205 quod † licèt mulier ab omni officio, & iurisdictionis administratione repellatur, *ad tex. in l. fæmina, ff. de reg. iur. cum alijs supra* traditis *cap. 4. lib. 2.* at-
206 tamen † si Marchionatum, siue aliam similem Regalẽ dignitatem habeat, potest in eius cõsequentiam iudicandi munus, & iurisdictionem exercere, secundùm *Innoc. & alios in cap. dilecti de arbitr. Dec. & Cagnol. in d. l. Faminæ num. 3. Capibl. in Prohem. tractat. de antiq. Baro. nu. 32. & 33.* vbi ait quod
207 † possunt constitui procuratrices, & vicariæ, quod est plus, *D. de Pont. cons. 36. num. 54. Molin. de Primog. Hispan. lib. 1. cap. 13. num. 14. & seq.* qui pluribus exornat authoritatibus, & argumentis, *Bonads. lib. 2. Polit. cap. 16. nu. 65. ampl. 17. & num. 223.* addẽs quod
208 † titulatis viduis idem honor adhibẽdus est, sicut Reginæ viduæ, *per glo. fi. in cap. ex parte de for. compet. Didac. Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. ordin. col. 96.*

209 Trigesimaquarta prærogatiua est, quòd † Comites, & similes non possunt torqueri nisi pro crimine læsæ maiestatis, secundum *Andr. Cassan. et alios*, citatos *per Frecc. tit. de different. inter feud. regal. differ. 54. Surg. d. cap. 23. num. 6. vbi Mut. in annot. fol. mihi*
210 *373. in fi.* ait quod † ad subijciendum quæstionibus personas in dignitate cõstitutas, opus est dispẽsatione Principis *ad tex. in l. nullus C. ad l. Iul. Maiest.* a contrario sensu, *& ibi Bal. Resta. de Imperatore quæst. 110. num. 79.* quæ in Regno fieri non potest absq. iustissimis causis in atrocioribus ex Capit. Regni sub Carol. Imper. 193.

Trigesimaquinta prærogatiua est,
211 quòd † Principatus, Ducatus, & Comitatus feudum, censetur totum legitima primogeniti *Canonistæ in cap. licet, de vot.* vbi etiam *glos. Andr. in con-*
212 *stit. dignam*, in alijs autem † feudis nõ ita seruatur, secundum *Tiraq. de primog. q. 5. & 52.*

Trigesima sexta prærogatiua est,
213 quòd † huiusmodi Titulati non possunt contrahere matrimonium cũ exteris inscio Rege, *ex Constitutio. cum hereditariã*, & dixerunt expressè *Hieron. Fim. Ferdin. Boniorn. & Dom. Ma-*

rius

rius Muta nu. 67. *c.* 22. Regis Iacobi *per d. tex. in verb. habitatores*, quod inde fuit confirmatum *per c.* 17. sub Cathol. Philip. II. feliciſſimę memoriæ *Petr. de Greg. de conceſs. feud. p.* 8. *q.* 7. *nu.* 7. *cum ſeq. Mut. Surg. in annot. Neapol. illuſtr. cap.* 23. *fol.* 374. *Frec. de ſubfeud. lib.* 2. *diſſe.* 28. *D. Carol. Tap. ſuper d. conſtit. cum hæreditatem, & cap. ſeq.* vbi multa cumulat in materia, *Caſſa. in cathalog. glor. mund. par.* 7. *conſid.* 3.
214 qui ait, quòd † neque poſſunt ducere vxorem ſine cōfectione dotalium inſtrumentorum, ad tex. *in* §. *quia vero il* 1. *coll.* 8. *in authen. vt lic. matr. & au. Purpur. in l.* 1. *nu.* 45. *ff. de off. eius.*

Trigeſima ſeptima prerogatiua eſt,
215 quòd † huiuſmodi Titulati non poſſunt mittere ad Regem pro eorum negotijs inconſulto Prorege, nā illud qđ
216 † per ipſum expediri poteſt, non eſt à Rege petendum per nuntium, ſiue legatum, ad tex. expreſſum *in l.* 3. *& fin. C. de leg. lib.* 10. *Surg. de Neap. illuſt. c.* 25. *nu.* 21. *Capibl. prag.* 10. *nu.* 60. *Minad. in conſtitut. in aliquibus, nu.* 55. *&*
217 56. vbi ſubdit quòd † nec etiam poſſunt congregari in aliquo loco abſq; Principis licentia, ſequitur *Surg. c.* 23. *ſub nu.* 50. *& c.* 25. *nu.* 22.

Trigeſima octaua prærogatiua eſt,
218 quòd † ſub iuriſdictione data Vicario non cōprehenduntur Titulati, ad tex. *in c. Inquiſitores, de hæretic. lib.* 6. *vbi* etiam *gloſ. Caſſan. d. conſider.* 3. *verſ. quintus eſt, Surg. d. c.* 23. *ſub nu.* 2. *Purpurat. & Dec. in l.* 1. *ff. de offic. eius.*

Trigeſima nona prærogatiua eſt,
219 quòd † Titulati ob dignitatem hanc regalem, quam habent, liberātur à patria poteſtate, §. *ſumma, inſtitu. quib. mod. ius patr. poteſt. ſol. Iaſ. in l. qui ſe patris, C. und. liber.*

Quadrageſima prærogatiua eſt, ꝙ
220 in publico hoſpitio ſunt prę ferendi ĕt iam hoſpitatis, *Laud. in tract. de legat. Princip. c.* 2. *Caſſan. in d. conſid.* 3. *verſ. ſed ad vltimum, Surg. d. c.* 23. *num.* 26. vbi optime declarat.

Quadrageſima prima prrogatiua, eſt
221 ꝙ † ſicut Regib⁹ adminiſtrare neſcięti-
222 bus daī Coadiutor, ſiue Curator, ita † & Ducib⁹, & alijs Titulatis, ad tex. *ſe. grandis, de ſupplen. neglig. prælat. Auil. in prohem. c. Prætor. glo. Regimento, nu.* 12. *Bouad. lib.* 2. *polit. c.* 16. *nu.* 61.

Quadrageſima ſecunda prærogatiua eſt,
223 quòd † gerentes ſe pro Comitibus, Marchionibus, ſeu Ducibus cū non ſint, committunt crimen leſę maieſtatis, ad tex. *in l.* 3. *ad fi. ff. ad l. Iul. maieſt. Boſſ. de crim. leſæ maieſt. nu.* 39. *Menoch. de arbit. caſ.* 320. *num.* 15. *Farinac. de crim. leſ. maieſ. q.* 114. *inſpect.*
224 1. *num.* 10. vbi hoc intelligit † quando ſimul cū occupatione dignitatis, ſibi pariter vſurparet iuriſdictionem, ſecus ex ſola verbali falſa nuncupatione Tituli, quo caſu arbitrariam eſſe penam tradunt *Menoch. vbi ſupra*, & in ſpecie *Honded. conſ.* 100. *num.* 17. *&* 77. *libr.* 2.

Quadrageſima tertia prærogatiua
225 eſt, quòd † reſpectu ſubditorum ſuorum maieſtatem habere dicuntur, & omnibus priuilegijs Romano Imperio indultis fruuntur, vt poſt infinitos tradit *Scrad. de feud. p.* 10. *ſect.* 1. *n.* 33.

Quadrageſim aquarta prærogati-
226 ua eſt, † quòd Barones, & ſi ſint Cōſiliarij, & Regis officiales, vt infra dicā cap. 15. non poſſunt tamen à Viſitatore Generali viſitari, vt fuiſſe declaratum perſuam Catholicam maieſtatem refert *D. de Pont. in tract. de poteſt. Prorege. tit. de elect. official.* §. 1. *nu.* 62. ſubdens id ad Regem ſpectare, vt ibi *nume.* 59.

SVMMARIVM.

1 *Cōſuetudo attēdi debet in materia præcedentia, & ſeſſionis locorum.*
2 *Conſuetudo in materia præcedentia, & ſeſ-*

Titu-

ARGVMENTVM.

De iure prærogatiuæ inter Titulatos.

CAPVT XIV.

DICTVM est, quę sint dignitates regales, & de eorum præeminentijs, nunc videndum qualiter vnus alterum præcedat, & Primo aduertē-
1 dum est, quòd † in materia sessionis locorum, & pręcedentię consuetudo attendi debet, *Bald. in c. cum olim, per illum tex. de consuetud. & in l. obseruare, §. antequam verò, ff. de offic. Procons. c. 1. col. pen. ver. extra quaero, q feud. dar. poss. Auend. de exeq. mand. p. 1. cap. 19. num. 16. Frec. in titu. quis dicatur Com. & Natt. cons. 62. num. 7. cum alijs* per me relatis *in dec. 130. num. 16.* vbi etiā
2 posui quanto † tempore huiusmodi
3 consuetudo inducatur, & † quando non adest consuetudo assignantur loca secūdum qualitatem personarum, vt dixit *idem Bald. in d. l. obseruare, §. antequam, Fab. de Ann. cons. 122. num.*
4 *1.* & secundum † quasi possessionem in similibus causis præcedentiæ iudicandū est, *Zabar. cons. 62. Corn. cons. 193. num.*

num. 11. *lib.* 2. *Menoch. conf.* 51. *nu.* 40. *& conf.* 126. *num.* 6. *Bursat. conf.* 344. *num.* 76. *lib.* 4. *idem Fab. de Ann. conf.* 40. *num.* 10. *& conf.* 135. *nu.* 11. vbi ait,
5 quòd † in istis melior est conditio possidentis, *Auend. in d. num.* 16. *ver. &*
6 *vbi*, qui subdit, quòd † primus occupator loci in sessionibus est tuendus.

Secundo est aduertendum, quòd
7 † Principes tamquam magis Regali dignitati proximi præcedunt Duces, & cæteros Titulatos, & consequenter
8 Dux † præcedit Marchiones, & alios,
9 Marchio verò † præcedit Comites,
10 Comes autem præcedit † Vicecomites, & Barones, & tandem Vicecomes
11 præcedit † Barones omnes, quæ omnia sufficienter iudicio meo fundata fuerunt *supra in c.* 2. *cum sequentibus*, tum
12 ratione † ordinis scripturæ, tum etiam ratione dignitatis, iuxta tex. *in cap.* 1. *Quis sit March. & in c.* 1. *de his, q. feud. dar. poss. & vbique feudistæ oës, Vinc. de Franc. dec.* 365.

Tertio aduertendum est, quòd in-
13 ter † plures Principes, Duces, Marchiones, & Comites ille præcedit, qui prius altero fuit creatus, & electus, ad tex. *in c. solita, in ver. nec autem, vbi Doctores * omnes, de maior. & obed. Bald. in l. decernimus, in* 2. *notab. C. de sacros. eccl. Soc. conf.* 47. *col.* 2. *vol.* 3. *Decia. respons.* 19. *nu.* 185. *vol.* 3. q. refert, quòd
14 † iter eos, vti filios Imperatoris, à quo creantur, seruatur ius primogenituræ, vt qui primo creatus est, ille præferatur secundo loco creato, & appellať
15 ordo naturæ, quia † pater regulariter plus diligit primogenitũ, quàm alios, secundum *Alber. in prohe. ff. in* §. *discipuli*; hinc *Bertach. in tract. de Episc. p.* 1. *lib.* 4. *quæst.* 12. *sub nu.* 15. dixit, quòd
16 † cum Saluatori nostro inter cæteros, duo adhæserint discipuli, ambo nomine Iacobi nuncupati, qui primo Saluatori adhæsit, Iacobus maior est appellatus, alter verò minor dictus, quã quã maior esset ætate, refert, & sequitur *Cardin. Iacobat. in tract. de concilio, lib.* 1. *c.* 57. *col.* 1. *in fi.* & ratio est
17 clarissima, nam † quo longiori tempore Titulatus ille præstitit seruitia, & officia fidelitatis Regi, à quo Tituli dignitatem obtinuit, eo magis promeruit, & consequenter præferendus, ad tex. *in l. prouidendum, in princ.* ibi, *aut*
* *maritum nobilissimos fecerit, aut vetustas, C. de postuland. cum similibus*, traditis per *Decia. in loco citato, n.* 188.

Quarto aduertendum est, quòd
18 † Princeps, vel Dux, &c. præcedit alios post se electos, etiã si illi habeant maiorem statum, ad tex. *in c. legimus,* 93.
19 *dist.* vbi † Episcopatus non dicitur altero dignior ex hoc tantum, quod maiorẽ habeat Diœcesim, potẽtia enim
20 diuitiarũ, vel paupertatis humilitas, nec sublimiorem, nec inferiorem Episcopum facit, Innoc. *in c. statutum, de maiorit. & obed. Dec. conf.* 161. *num.* 2. & facit etiam text. notabilis *in c. pen.* 96. *dist.* quo loci expressè habetur,
21 quod † Ciuitas magna, vel parua prærogatiuam Regni non mutat, idemq; tradit *Bart. in l.* 1. *C. de dignit. libr.* 12. *Fab. de Ann. conf.* 122. *nu.* 41. *volum.* 2. *Decia. resp.* 19. *num.* 209. *volum.* 3. sub-
22 dens, quòd † eamdem habet dignitatem defensor magnæ Ciuitatis, & æqualem, quam habet defensor paruæ, §. *quæ igitur, Authen. de defens. Ciuit.* additq; exemplum Hyerosolimæ
23 Ciuitatis, † quæ licet dignior sit alijs ob Saluatoris nostri vitã, & mortẽ, q̃ in ea & degit, & passus est, attamen
24 † Patriarcha Hyerosolimitanus postponitur alijs tempore prioribus, vt tradit *Card. Iacoba. in d. tract. de concilio, cap.* 23. idemque pariter dicendum
25 erit si duplicem dignitatem Marchionatus scilicet, & Comitatus habeat, secundum *Innoc. in d. c. solita, l. quæritur, ff. de stat. homin.* eo quia † nulla
26 de per se sufficit ad præcedẽdum Ducem,

cem, seu Principem, vt noranter tradit *Roman. in cons. 333. incip. quò ad primum, num. 7. vers. quò ad secundùm,*
27 vbi ait, quòd † licenriarus in decretis, & magister in artibus, non potest vti prælatione contra Doctorem decre-
28 torum, cum † mulriplicatio plurium iurium in eiusdem persona, quorum nullum de perse sufficiens est ad conseruationem prærogatiuæ, concessionem eiusdem inducere nō censearur, & est casus *in l. spadonem, §. qui iura multa, ff. de excusat. tutor. Felyn. in Rubr. de maiorit. & obedient. post nu. 2. & cap. cleries,* vbi etiam *Dec. col. 2. vers. ille q habet plures gradus, extra de iudicijs, Dec. in l. eum quid, in 1. lectur. num. 17. ff. si cert. pet. Boer. in tractat. de authorit. mag. consil. ante num. 97. Mandos. ad Roman. in loco citato,* vbi
* hāc esse communem * opinionem testantur, *Rub. cons. 86. incip. circa præmissa num. 2. Rebuff. in tractat. de nominat. quæst. 21. post num. 44. vers. intellige quòd Doctor, Tiraquell. de legib.*
29 *connub. glos. 2. num. 2.* maior † enim dignitas attendirur, *Bonadill. lib. 2. polit. cap. 16. num. 25. Ias. in l. Imperium col. 3. ff. de iurisd. omu. iud. Decian. respon. 19. num. 226. volum. 3.* & à maiori, & digniori fit denominario, *ad tex. in d. l. quæritur, ff. de stat. hom. l. cum ex aliqua, ff. de acquir. rer. dom. Bart. in l. 1. in fine ff. de obseq. à libert. patr. præst. Vinc. de Franch. decis. 365. num. 5.* licèt
30 data † paritate temporis ille præferatur, qui dupplicē haber dignitatem, *Bald. in l. sed milites, ff. de excusat. tuto. Doctores in l. eum quid, ff. si cert. pet. cap. clerici, de iudicijs,* & sic quòd
31 † Comes & Marchio præferatur simplici Marchioni, *ad tex. ī l. vnicuique, in princ. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. & l. 1. C. de consul. eod. tit. Menoch. & cæteri relati in d. decis. 130. num. 19. & 20. Vincen. de Franch. d. decis. 365.* vbi refert ita iudicatum fuisse in collate-
32 rali Consilio, nam † tempore creationis ille, qui aliam habet dignitatē, iam sedet, & Titulatorum honoribus gaudet, quæ in casibus prædictis considerãda sunt, vt post mulra tradiderunt Illustrissimus D. de Pont. *in cōs. 14. nu. 42. vol. 1. & Cyrus Mastrillus,* consanguineus meus *cons. 137. inter cons. Fab. de Ann. nu. 6. cum seqq.*

Quinto aduertendum est, quòd
33 † inrer Duces, & similes, licet secundum aliquos ille præcedere debeat in sessionibus, & honoribus, qui nobilioribus dominetur subditis, vt per *Frecc. in tit. quis dicatur Dux, num. 8. & 43. Decian. resp. 19. num. 190. vol. 3.*
34 attamen † de consuetudine aliter seruatur, maximè ī Regno, nā qui altero Duce prius possessionem est adeptus,
35 ille præfertur, cùm † in dignitaribus, qui prior est in tempore, porior sit in iure, ad rex. *in l. 1. ff. de alb. scrib. & l. 1. C. de consul. lib. 12. Dec. cons. 160.* nec
36 sufficit † quòd prius sit electus, sed requirit priuilegium, & possessio, ad rex. *in l. si eo. tit. de consul. vbi glos.* ibi, *præsentatis literis, & §. filius familias, insti tut. quib. mod. ius patr. pot. sol. Rebuff. de mandat. Apostol. in concord. §. 1. in ver. literas, Cassier. alleg. 3. num. 7. Natt. d. cons. 637. nu. 46. cum seqq. Frecc. de subfeud. in tit. Quis dicatur Com. num. 34. & 35. Surg. de Neap. illustr. c. 27. n. 38.*
37 tūc † enim dr̄ verè Dux, vel Comes, aut similis dignitaris, eiusq. priuilegijs gaudebit, vt dixit *Andr. in const. prosequētes, Laud. de dignit. nu. 46. Cassa. in cathal. glor. mund. p. 1. consid. 48. & 78.*
38 sicur † abusiua inuestitura nullum tribuit ius in re, secundū *Bald. in c. 2. de non. form. fidel. quem* sequitur *Ias. in l. quoties, col. 4. C. de reiuendic.* & ideo di-
39 xerunt relati Doctores, qđ † cautus sit electus in Comitem, vr capiat primo possessionem per assignationē loci factam à Principe, vel alia media, nam
40 † si secundo electus, possessionē digni-

H tatis,

tatis,seu quasi apprehenderet,ipsum
præcederet per supradicta,ibiq; ponit
41 †quando dicitur possessionem cepisse,
42 & hæc opinio † seruatur in Regno de
consuetudine, licet de iure communi
43 contraria † opinio sit verior,quod sci-
licet attendatur tempus electionis fa-
ctæ à Rege,& sic à die datæ eiusdē pri-
uilegij, ad tex. in cap. Capitulum Sāctæ
Crucis, de rescript. cap. eum cui, de præ-
bend. in 6. Luc. de Penn. in l. 1. C. de præ-
fect. Præt. sine vrb. & mag. mil. statim
44 † enim quòd gratia fit,est perfecta, se-
cundum Bal. in l. humanum, in fine, C.
de leg. Fely. in cap. Rodulfus, nu. 26. de
rescrip. Vinc. de Franch. in dec. 62. n. 2.
vbi loquitur in terminis proprijs Ti-
tulatorum, & testatur ita fuisse iudi-
catum pro Marchione Lauri, qui pri-
mò obtinuerat priuilegium Marchio-
natus, licet fuerit exequutioni māda-
tum in exequutorijs Regni post priui-
legium Marchionis Orioli,postea ele-
cti, Bellug. in spec. Princip. in rubr. de pu
45 bl. form. nu. 6. hæc † enim dignitas,cū
sit sine administratione, ex electione,
& concessione dicitur acquisita,nullo
alio actu necessario, neque facti mini-
sterio, vt per Bartol. in l. 1. C. de di-
46 gnit. lib. 12. quòd † non est in dignita-
te, quæ cōceditur ex officio, & ex ad-
ministratione annexa requiritur pos-
sessio, Bartol. & Franc. in locis rela-
tis, Oldrad. cons. 180. incip. quæstio est,
col. 3. vers. ad secundam,& Marc. Anto.
Surg. de Neap. illust. c. 18. et c. 27. n. 38.
47 & 39. sed (vt dixi)consuetudo † in Re
gno nostro est in cōtrarium, quia per
exequutorias priuilegij acquiritur pos
sessio, ad not. per Cald. Pter. in cons. 8.
num. 9. & 10.
48 Sexto aduertendum est, † quòd
prior nominatus à Rege inter plures ī
eodem priuilegio cæteros pręcedit,ita
dixit glos. in c. benè quidem, 96. dist. in
ver. Mediolani, & in c. quorumdum, in
ver. prædicatorum, de elect. in 6. Frecc.
in tit. quis dicatur Com. tit. 35. Fab. de
Ann. cons. 135. num. 3. & 5. Cyrus Ma-
strill. inter eiusdem consilia resp. 136. n.
42. Vinc. de Franch. decis. 138. vel qui
49 † meliori creatus est sanguine,secundū
Bart. in l. 1. C. vt dignit. ord. in fi. lib. 12.
Bal. in l. nemini, in fi. C. de aduoc. diuers.
iud. Natt. cons. 637. num. 7. & 9. vel q
erat Comes, vt dixi in dec. 130. n. 23.
Septimo aduertendum est, quòd
50 † Titulati exteri, vt putà creati à Sū-
mo Pontifice, vel Imperatore,gaudēt
omnibus pręeminentijs, & prærogā-
tiuis circa sessiones, prout alij Regni
Titulati, si in eodem Regno in aliquo
consilio à Rege nostro fuerint admis-
si, ita latissimè consuluit Collegium
Perusinum inter Consilia Thobiæ Nonij
consil. 72. contra consil. Lanar. 84. &
fuisse iudicatum per literas Regis Ca
tholici testatur Camill. de Curt. in 1. p.
diuers. iur. feud. in cap. incip. videndum
est modo, num. 3. & in fi. vbi transcri-
bit tenorem literarum, idque summa
51 cum ratione, nam † qui similem di-
gnitatem habet à Summo Pontifice,
præualet similē habenti ab Imperato-
re c. per tuas, de maior. & obed. cap. quia
sæpe, c. si cum, cap. si quis, cap. si à sede, de
præbend. in 6. c. Dominus noster, dist. 93.
cap. cum in distribuendis, et ibi gl. de tem
por. ordinand. l. restituenda, & ibi gl. in
ver. consequenti, C. de aduoc. diuers. iud.
§. eos autem, in fine, in Authent. vt iud.
52 sin. quoq. suffr. & † qui à maiore domi-
no dignitatem cōsequutus est,is prius
in albo scribitur, & cæteris præfertur,
ad tex. in l. fi. ff. de alb. scrib. vbi glos.
53 dicit,quòd † maius,& efficacius donū
est, quod à maiore habetur, Specul. in
tit. de cit. §. iam de citatione, et §. porro si
sunt plures, Laud. in tract. de dignitat.
54 concl. 32. qui hoc † extendit etiā si crea
tus à maiore, dignitatem posterius cō
sequutus fuerit, Natt. cons. 637. nu. 14.
& 41. Decian. cons. 19. nu. 214. & 219.
55 vol. 3. subdens,quòd † id procedit etiā
in

in eo, qui dignitatem consequutus fue
56 rit in Vrbe Romana, † quæ est dignior & illustrior omnibus alijs Ciuitatib.*, vt notatur *in l. Roma, ff. ad Municipal. Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. & in l. properandũ, C. de iudicijs, Borell. de præstant. Reg. Cathol. c. 47. num. 41. & 42. cum pluribus seqq. & cap. 48. num. 16.* vbi plura congerit ad propositum, &
57 propterea † huiusmodi Titulati vbiq; Titulati erunt, & sic vocabuntur etiã extra suam iurisdictionem, vt dixerũt *Io. Anton. Lanar. cons. 72. nu. 8. Decia. resp. 19. nu. 214. vol. 3. & resp. 84. n. 22. vol. 5. Surg. de Neap. illustr. c. 12. n. 54.* & fuisse iudicatum ĩ supremo Italico consilio testatur *Camill. de Curt. in diuers. iur. feud. n. 3. & in fi. fol. mihi 13.* qui inferit literas Regias.

Octauo aduertendum est, quòd in-
58 ter † Titulatos ille, qui præsentialiter obtinuit Titulum, præfertur absenti illum acquirenti per rescriptum, ita dixit *Io. de Platea in l. omnes, C. vt dignit. ord. seru. lib. 12. Boer. de ord. grad. p. 2. n. 44. & 46. vers. ex quibus infertur, Cassan. in Cathal. glor. mund. consid. 3. p. 6.* vbi hoc ampliat ad omnes magistratus, id enim operatur præsentia Principis, qui actum extollit argum. *Lominium, C. de testament. l. 1. C. de silentia. libr. 12.*

Nonò aduertendum est, quòd Dux
59 filius † Ducis præfertur Duci non nato à Duce, *Decia. resp. 19. nu. 229. vol. 3.*
60 sicut dicitur † in Doctore filio Doctoris, qui præfertur alteri Doctori antiquiori, ad tex. *in l. nemini, C. de Aduoc. diuers. iud. glos. notab. in l. iubemus, in verb. sumptibus, eod. tit. cum alijs cumulatis per D. Cyrum Mastril. in conf. 136. num. 57. inter consil. Fab. de Ann. vol. 2.*

61 Decimo aduertendum est, † quòd Rex potest commutare titulos de vna Terra in aliam cum eorum antiquitate *Io. de Plat. in l. vnicuique, per illum tex. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. Frãc. Marc. dec. 806. & 808. Anil. in cap. 44. præl. ante num. 2. Fab. de Ann. conf. 135. num. 9. D. de Ponte in tractat. de potest. Prореg. tit. de prouision. fier. folit. nu. 8. & seq.* subdens ita practicatum fuisse
62 in Regno illo, maximè † si fieret permutatio, in qua fit subrogatio in locũ alterius, & res subrogata sortitur primeuam naturam, & sic iste Titulatus locum suum a principio acquisitum semper retinebit.

Vndecimo aduertendum est, quòd
63 † cognitio super hoc iure prærogatiuæ inter laicos spectat ad Principem, *Molin. de Primog. Hispan. lib. 1. cap. 24. Cancer. variar. resolut. lib. 3. cap. 10. nu.*
64 *115.* vbi † etiam ponunt de locis assignandis in ecclesia..

SVMMARIVM.

1 *Barones dicũtur Regij officiales, & Magistratus ac eorum appellatione continentur, & de ratione nu. 2. & nu. 5.*
3 *Barones dicuntur perpetui iudices ordinarij suorum vassallorum, & num. 7. & 9.*
4 *Barones in eorum Baronijs æquiparãtur Præsidibus Prouintiarum.*
5 *Barones omnes possunt appellari vicarij Regum.*
6 *Barones tenentur iudicare secundum leges, & constitutiones Regni, & ibi de ratione.*
8 *Baronibus non conueniunt iura de annali, vel biennali officio.*
9 *Barones in quo differant ab alijs iudicibus.*
10 *Barones tenentur præstare iuramentum prout alij iudices, & officiales.*
11 *Barones non minus quàm Princeps tenentur vassallis iustitiam administrare.*
12 *Barones in materia regendi, & gubernandi vassallos, continentur appellatione Principis.*
Principis appellatione in materia regen-

di, & gubernandi subditos, veniunt omnes Regitores, & Gubernatores, sub num. 12.

13 *Barones dicuntur esse in culpa si eorum vassalli opprimantur, & male gubernentur à suis ministris.*
Vassalli, & subditi si malè tractentur, & gubernentur à ministris, gubernatoribus, & superioribus est imputandum sub num. 13.

14 *Barones cum suum cōmodum procurant, illo postposito vassallorum, signum mali regiminis cum ruina illorum esse videtur.*

15 *Barones vt dicantur verè officiales debent, postposito eorum commodo, attendere communi vtilitati vassallorū.*

16 *Principes in terris à Deo sunt constituti, non vt propria lucra quærant, sed vt populorum cōmune bonum procurent.*

17 *Barones tanquam Regij officiales excluduntur à beneficio indulti, & gratia generalis excipientis officiales in genere.*

18 *Barones offendentes, cum sint Regij officiales, tenentur crimine læsæ Maiestatis, nec gaudent gratia indulti generalis, & num.* 21.

19 *Barones vassallorum dicuntur Regij cōsiliarij, et de consilio Regis, consiliumque præstare tenentur, & num.* 20. *&* 22.

23 *Baro si delinquendo fiat contumax priuatur iudicatura, & administratione iurisdictionis, & creatur Gubernator in Baronia per Regiam Curiā, & num.* 25. *& de ratione num.* 24.

24 *Baro si delinquendo fiat contumax, efficitur infamis infamia facti.*
Infames non possunt esse officiales, sub num. 24.

26 *Barones dicuntur habere iurisdictionem suam priuatiuè respectu superioris.*

27 *Barones si videt vassallos suos litigare coram alio iudice, potest illos prohibere.*

28 *Barones debent super subditos esse vigilantissimi plusquam alij Magistratus ordinarij.*

29 *Baro non potest esse Iudex in causa vertente inter se, & vassallos, amplia etiam in eius officialibus, & ab ipso dependentibus, num.* 30. *limit. n.* 32.

31 *Baro si litem habet cum suis vassallis, coram iudice ordinario est litigandum, lim. n.* 32. *sed quid in Regno Neapolis, vide num.* 33.

ARGVMENTVM.

Barones an dicantur Magistratus.

CAPVT XV.

1 BARONES † Regij officiales, ac Magistrarus dicuntur, eorumque appellatione continentur, vt post *Soc. sen. cōs.* 272. *sub nu.* 11. *vol.* 2. dixit *Pet. de Gregorio* proauus meus *in tract. de concess. feudi, p.* 1. *q.* 10. *n.* 14. *Vinc. de Franch. dec.* 211. *nu.* 7. *& dec.* 274. *num.* 3. *Pirr. Alfan. in l.* 1. *nu.* 6. *& seq. ff. de offic. eius.* vbi eos in numero, & gradu magistraruum adnumerat,
2 & hoc ratione † iurisdictionis in dominium, quā habent in eorum Baronia, siue feudo, vt dixi *supra lib.* 2. *Lanar.*
3 *cons.* 5. *nu.* 3. Quinimo iudices † ordinarij dicuntur suorum vassallorum, vt tradidit *Andr. in constitut. officiorū periculosa, in constitut. post mortem, & in c.* 1. *§. hæreditatem, num.* 12. *de pac. tenend. Afflict. in c. vnic. in verb. potestas creandi magistratum, in prin. de Regal. & in constit. Regni, Capitaneorum, nu.* 9. *vers. aduerte quod tunc temporis, & ibidem Foller. num.* 146. *& in constit. de quæstionibus, sub num.* 2. *Frecc. de subfeud. author.* 9. *Innoc. Abb. & alij, in c.*

cate-

caterum de iud. Thesau.dec.268. nu.3.
Ant. Sola super decre. Subaud.tit.de Ca-
ftell.§.praterea Capibl.de Baron.prag.
5.nu.81. Vinc.de Franc.dec.211.nu.7.
& dec.274. n.3. & D.de Pont.in tract.
de potest.Proreg.tit. de diuers prouis.§.
4 1.nu.1. & æquiparâtur † Præſidi Pro-
nintiarum, vt dixit Rebuff. in l.2.C.de
5 Primicer.col.2.lib.12. imò† Vicarij Re
gum, & Magiſtratus perpetui nuncu-
pantur, ſecundum gl. in auth. de qua-
ſtor. Auenda. c.7. Prator.nu.1.cum ſeq.
Montalb.in l.1. verb.eſto.tit.8.lib.1.fo-
ri. Azeued.in rub.tit.7.lib.3.recop.n.6.
& in rub. tit.25.num.4.& 5.lib.4. Bo-
uad.lib.2.polit.c.16.n.19. vbi ſubdit,
6 quòd † tenentur iudicare iuxta leges,
& conſtitutiones Regni, vt alij Magi-
ſtratuus Regis, quia dicuntur ſuſce-
piſſe neceſſitatẽ iuriſdictionis, ad tex.
in l.1. vbi Bart.Bal.& alij, ff. de iuriſd.
7 omn. iud. ideoq; † poſſunt per ſe ipſos
perpetuò ius dicere, Anton. Theſaur.
dec.268. ſicut poſſet ipſe Princeps, ſi
iuſtitiæ miniſtrandæ vacare poſſet, &
ſequitur Surd. conſ.261. num.8. quia
8 iura † de annuali officio, ſiue biennali
non procedunt in Baronibus inueſti-
tis cum iuriſdictione, vt ibi per eum,
& tradit à Sola ſuper conſtit. Pedemont.
1.decret.gloſ.2.nu.3. verſ. quibus tamẽ
obſtantibus, Alciat.conſ.249. & Gaſp.
Theſaur.in reſpon.poſt dec.132. ſui ge-
9 nitoris, vbi ait † Baronem inueſtitum
cum iuriſdictione dici Iudicem ordi-
narium perpetuum ſuorum vaſſallo-
rum, nihilq; differre ab alijs iudicibus,
niſi quod ipſi habent iuriſdictionem
dominiũ, & trãſmiſſibilẽ ad ſuos, alios
tamen iudices, & Magiſtratus habere
reuocabilem, & ad tempus, Cancer.va
ria.reſol.lib.3.c.3.dec.331. ex hoc in-
10 ferens quod † tenentur iurare, prout
alij iudices antequam admittantur à
11 vaſſallis, vt ibi per eum, nec † minus
quã Princeps tenentur ſubditis iuſti-
12 tiam miniſtrare, cum in † regendi ma-
teria appellatione Principis veniunt
omnes ſubordinati ad reggendum, vt
tradit Vaſq. in præfect. cõtrou. Illuſt.
13 nu.107. quinimo † in maxima culpa
ſint, ſi ſubditi opprimãtur, & male gu
bernentur à ſuis miniſtris per doctr.
Andr. aliàs relatam in c. Imperialẽ, §.
praterea, nu.80. de prohib.feud.alie.per
Feder. Capibl.in prohem. de auth. Baro.
num.59. vbi multa alia congerit in ꝓ-
poſito notatu digna circa Dominos,
qui potius ad ſua commoda, & augen
dos introitus, non autem ad pauperũ
vaſſallorum neceſſitates reſpiciunt, ſi-
14 gnum † peſſimum mali regiminis, &
depauperationis vaſſallorum, quan-
doquidem ſi verè magiſtratus perpe-
15 tui dici velint, † vtilitatem ſubditorũ,
ſic intueri debent, vt quæcumq. agunt
ad eam referant, ſuorum obliti com-
modorum, & totum corpus vaſſallo-
rum curent, ne dum partem aliquam
tueantur, reliquas deſerant, vt docent
Cicer. 2.offi. loquẽs de magiſtratibus,
Ariſtot. 1. Ethicor. libr. 4. Cermen. in
Rapſod. c.20. & poſt alios Bouad.lib.2.
polit.c.1.num.1. & 2. vnde Plat.in lib.
1.ciuil. vir inquit Sapiens, bonuſq. gu-
bernabit ſemper, ita ad ſubditorum ſalu-
tem reſpiciens, vt ad nautarum, nauiſq.
ſalutem reſpicit gubernator; & ob id di-
cebat D. Thom. in opuſc.21. ad Duciſſã
16 Barbantia, quod † Principes terrarum
ſunt à Deo inſtituti non quidem, vt
propria lucra quærant, ſed vt cõmu-
nem populi vtilitatem procurent, in
tantum quod, vt aliàs dixi in Commẽt.
17 ad Indult.c.26. & 40. tanquam † Re-
gij officiales excluduntur à beneficio
indulti, & gratiæ generalis, excipien-
tis officiales in genere, & pariter exclu
18 duntur hij † qui eos offendunt, tanquã
offendentes officiales Regios, maxi-
19 mè quia in Regno Barones vaſſallorũ
dicuntur Regij Conſiliarij, qui tenen-
20 tur † præſtare conſilium, nec ſine iuſta
cauſa recuſare poſſunt, quinimo per
ſupe-

ſuperiorem cogi poſſent, ſecundum
*Afflict.in c.1.notab.12. nu.54. de pro-
hib.feud.alie.per Fed.Burſat.conſ.*256.
21 *volum.*3. in tantum quòd † eos offen-
dentes incidere vidētur in crimen læ-
ſæ maieſtatis, vt per *Salic. in l. quiſ-
quis, C. ad leg. iul. maieſt. Roland. cōſ.*
88.*num.*2.*lib.*2.*Peregr. de iur. fiſc. lib.*
4.*tit.*5.*num.*27.*Clar.in* §.*læſa maieſta-
tis,*§. *dubium tamen, Scrader. de feud.
par.* 10.*ſectio.*1.*num.*35. & poſt *alios
Farinac. in tractat. de crimin. læſa ma-
ieſt.quæſt.*112.*inſpect.*5.*nu.*174.*cum
ſeqq. Bonadill. lib.*2. *polit. cap.* 16.*nu.*
177.*& alij* plures per *eos* relati, licet
nō deſint, qui contrariū tenent, quo-
rum opinio non videtur procedere in
22 Regno vbi Barones † ſunt de conſilio
Regis, vt dictū eſt loco ſuo, & ꝓpterea
23 ſeruatur in Regno quod † ſi Barones
delinquendo fiant cōtumaces, ſtatim
priuantur iudicatura, & adminiſtra-
tione iuriſdictionis, & creatur à Prin-
cipe, ſeu Prorege Gubernator in Ba-
ronia, ne interim eorum vaſſalli pro-
pter defectum iuſtitiæ malè gubernen
tur, nec habeant ad quem recurrere,
vt dixit *And.in conſtit. clementia, idem
Pet.de Greg. in loco citato, num.*13. *& p.*
24 4.*q.*7.*nu.*50. nam † per contumaciam
incurrunt infamiam facti, & non poſ-
ſunt Magiſtratum, ſeu iuriſdictionem
exercere, ſecūdum *And.in d.cōſtit.cle-
mentia, & in c.*1.§.1.*An ille, qui inter-
fe.frat.domi.Frec.de ſubfeud.lib.*2.*au-
thor.*29.*n.*11. vbi ſubdit, quòd ex hoc
dicto And. cępit in illo Regno ſimilis
Practica, quòd vbi feudatarius, vel Ba
25 ro eſt cōtumax pro delicto capitali, fit
ſequeſtrū iuriſdictionis, & Curia inte
rim detinet, & iuriſdictionem exercet,
licet eo comparente recuperet iuriſdi-
ctionem, ſecundum eos, idque confir-
mãt *Capic. dec.* 131. *Liparul. ad And.
in cap.*1.*de milit.vaſſal. & alij* relati *in
Commēt. ad indult. c.*22.*num.*21.*cum
ſequen.* & nouiſſimè tradit *Do.de Pont.
in loco citato, nu.* 2. *cum ſequent.* & ob
26 id † Baro vti perpetuus magiſtratus
& immediatus priuatiuè exercet iuriſ-
dictionem quo ad alios ſuperiores, vt
27 aliàs diximus *in loco ſupra citato,* & † ſi
videt vaſſallum ſuum coram alio iu-
dice litigare, poterit eū prohibere, vt
28 *infra loco ſuo* diſcutiemus, vnde † vigi-
lantiſſimus eſſe debet ſuper ſubditos
pluſquā officialis, ſeu magiſtratus or-
dinarius, vt dixit *And.in cap. Imperia-
lem* §. *firmiter num.*40.*de prohib. feud.
29 aliena. per Fid.* licet † non poſſint iu-
dicare in cauſis ſubditorum, & ſuis,
Capic. deciſio. 214. *Auendan. de exe-
que. mand. libr.*2.*cap.*10. *&* 11.*num.*
4.§.*ſi vero iudex, Brun. conſil.* 118.*in
princip. & conſ.* 146.*per totum volu.*2.
*Cancer.varia. reſol. lib.*3.*cap.*13.*num.*
187.*Anton.Gomez.l.*40.*Taur.num.*10.
in fin. Capibl. de anthen. Baro. pragm.
30 16.*num.* 56. vbi † ampliant etiam ad
ſuos officiales, vti ſubordinatos, & de-
pendentes à Domino *ad text. in l. ita*
31 §.*geſſiſſe ff.de adminiſt.tut.* tunc † enim
ordinarius eſt adeundus *tot. titul. ne-
quis vic. ſuas Andr. & cæteri in cap.*1.
§.*ſi inter, de prohib.feud.alien.qui Fed.
& c.*1. *vbi omnes, de contro.feud.apud
par. termin. Cancer. lib.*3. *Variar. cap.*
13.*num.*187.*cum ſeq. Bonadill. lib.*2.
*Politic. cap.*16.*num.*164. niſi ageretur
32 † de rebus liquidis, & notorijs, iuxta
doctrinam *Bald. in l.* 1. *C. unde vi, in
repet.* quam ſic intelligunt *Vrſill. ad
Afflict. deciſ.*265.*num.*32. *Boer. deciſ.*
55.*& Franc.Marc.dec.*200.*par.*2. vt-
putà in exactione introituum, in qui-
bus dominus eſt in poſſeſſione, ſecun-
dum *Bald. in d. l.*1. *Ludouic. Sacc. conſ.*
66.*num.*12. *Auend.d.cap.*11. & poſt eū
Bonadill. in loco citato in fi. vel pro ſer-
uitijs ſibi debitis *Luc. de Penn. in l. bi
penes C. de agri. & cenſi. lib.* 11. *Brun.
conſ.*144.*&* 145.*Boer.deciſ.*55.*Specul.
in tit. de feud.*§.*quoniam præpoſ.in præ-
lud. num.*80. *Doct. in l. qui iuriſdictio-
ni,*

ni, ff. de iurisdict. omn. iud. Iacob. de sanct. Georg. de feud. in verb. & promiserunt in fin. & in tract. de Homag. nu.
33 3. optimè *Boer. in d. decis.* 55. & † propterea in Regno Neapolitano prohiberi consueuit Baronibus, ne ipsi iurisdictionem exerceant, nec in primis causis se interponãt, sed eam demandare suis officialibus debeant, vt dixit *D. Vinc. de Franc. decis.* 511. *Capibl. de Baro. prag.* 3. *num.* 106. *& prag.* 8. *n.* 46. & *infra* dicam *cap.* 17.

SVMMARIVM.

1 *Barones non aliam iurisdictionem habẽt, nisi illam, quæ à Rege in priuilegio, & concessione Castri, vel feudi eis data fuerit.*

Feudum, seu Castrum si concedatur Baroni cum territorio, tunc iurisdictio simplex tantum concessa videtur, sub nu. 1. *ampl. nu.* 2.

3 *Feudum si concedatur Baroni, cum clausula (cum iuribus, & pertinentijs suis) tunc sola iurisdictio concessa dicitur.*

4 *Feudum si sit concessum cum vassallis, tunc Baro censetur constitutus iudex ordinarius illorum.*

5 *Feudi concessio cum clausula (cum iure Baiulationis) quid operetur, & quibus talis clausula concedatur, & nume.* 6.

7 *Feudi concessio cum Castro, vel Villa, aut Casale, quã tribuat iurisdictionẽ.*

8 *Feudum concessum cum integro statu, quam iurisdictionem Baroni afferat.*

9 *Feudi concessio quando nullam Baroni tribuat iurisdictionem.*

10 *Feudo, seu Castro concesso cum territorio, ac iuribus, & pertinentijs suis, quæ iurisdictio Baroni cõcessa videatur, & num.* 11. *vsque ad nu.* 16.

14 *Imperium merum, & mixtum, non ita de facili antiquitus concedebatur.*

15 *Barones hodie in Regno, ac etiam Ciuitates Demaniales ex priuilegio habẽt merum, & mixtum Imperium.*

16 *Feudo, seu Castro concesso cum iurisdictionibus suis, quam iurisdictionẽ Baro consequatur.*

17 *Feudi concessio cum omni iurisdictione, quid operetur.*

18 *Appellatione omnis iurisdictionis non venit merum, & mixtum Imperium, & num.* 19.

20 *Imperium merum, & mixtum dicitur specialissimum, abstractum, & separatum à natura generis, ac ius Regiũ nuncupatur.*

21 *Princeps in concessione feudi aliqua meri Imperij sibi reseruando, reliqua illius concedere videtur.*

22 *Feudum, seu Castrum, quod ab ipso Principe administrabatur, nec alicui Ciuitati subderat, si alicui concedatur quam iurisdictionem illi tribuat.*

23 *Feudum concessum ab eo, qui tantum in illo merum, & mixtum Imperium habebat, quam iurisdictionem afferat.*

24 *Feudo, vel castro concesso cum iurisdictione alta, & bassa, quæ potestas feudatario concessa videtur.*

25 *Feudi, vel Castri concessio, cum clausula (quod nullus se intromittere valeat) quid operetur.*

26 *Imperium merum, & mixtum intelligitur concessum, quando concedi solitum est.*

27 *Imperium merum, & mixtum motu proprio non conceditur, sed ad postulationem partium, & de ratione n.* 28.

29 *Imperio mero, & mixto concesso, veniunt pœna pecuniaria, illisque Baro vassallos mulctare potest.*

30 *Barones non habentes merum, & mixtum Imperium non possunt mulctare vltra vntias quatuor, nec in criminalibus punire, nisi à relegatione infra; & in ciuilibus cognoscere vsque ad certam summam, nisi aliter sit de consuetudine & nu.* 31.

31 *Baro si vendat Castrum, tunc censetur ven-*

107 Barones non tenentur residere in eorum Terris, nec in vno magis loco quàm in alio.

108 Barones possunt causas vassallorum cognoscere, & sententias exequi etiam in Terris Demanialibus, sed hodie requiritur licentia Domini Proregis, ac domini loci, vbi iurisdictionẽ exercent, & nu. 9. & 10. vsque ad nu. 117. quod idem seruatur in Regno Neapolis, vt num. 114.

Text. in l. extra territorium, ff. de iurisdict. omn. iudi. limitatur sub nume. 108.

117 Barones, melius est, habitare in Terris suis, ibique vassallis iustitiam administrare, & de ratione num. 118. 119. & 120.

119 Vassallorũ maximè interest habere dominos suos præsentes.

120 Barones non debent extrahere suos vassallos carceratos in Terris suis, nisi hoc faciant, ex magna causa, & nume. 121.

122 Barones possunt Terras suas, vel eorum iurisdictionem alijs locare.

123 Barones habentes merum, & mixtum Imperium possunt in Terris suis in causis criminalibus delegatos destinare, & de ratione num. 124. quod intellige vt num. 125.

126 Barones habentes merum, & mixtum imperium an possint in eorum Terris constituere vicarios.

127 Barones habentes merum, & mixtum imperium possunt tempore belli in eorum Terris constituere armorum Capitaneum ad eas custodiendas, quod intellige vt num. 128. & quid hodie seruetur, num. 129.

130 Belli tempore si sit adhibenda custodia castro, & duo reperiantur domini ad quem illorum pertinebit.

131 Barones possunt arma prohibere in eorum Terris.

132 Vassalli Baronum etiam reperti in vrbe Panormi debent remitti ad Barones habentes merũ, & mixtum imperiũ.

133 Panormi vrbs ex antiquissima consuetudine habet priuilegium vt omnes in ea reperti possint ibi conueniri, sed tamen ad suos iudices, & Barones remittuntur, non obstante dicta consuetudine.

134 Barones ratione iurisdictionis, quam habent possunt cogere vniuersitates eorum Terrarum ad reddendum computum administrationis pecuniarum publicarum, & num. 137. limit. nu. 135. sed quid hodie in Regno seruetur, vide num. 136.

138 Princeps an possit liberare vniuersitates a redditione computorum publicarum pecuniarum, vide remissiuè.

139 Barones possunt in eorum Terris consulatum constituere.

Consulatus non potest per Principem in Terris Baronum eis inuitis cõstitui, sub num. 139.

140 Officiales Regij in locis Baronum non possunt literas exequi, nisi fuerint præsentata illis petentibus, si tamen hoc habuerint priuilegiũ, vel saltem illis notificare.

141 Barones habentes merum, & mixtum imperium possunt ex aliqua iusta causa interdicere forensibus, ne territorium feudale ingrediantur.

142 Barones possunt in locis publicis suarum Terrarum depingi facere eorum arma, & quid si habeant criminales causas tantum, vide num. 143. remissiuè.

144 Barones habentes castrum iure pignoris possũt merum, & mixtum imperium in illo administrare.

145 Barones habent remedia possessoria pro impositionibus percipiendis.

146 Barones habentes merum, & mixtum imperium possunt cognoscere de delictis, etiam in via publica commissis in eorum territorio, & num. 151. & quid seruetur in Catalonia, nu. 149. limit. num. 150.

te, quod habeat marum, & mixtum Imperium, sed intellige vt ibi. remissiuè.

233 *Prĩceps poteſt cognoſcere cauſas viduarum ad ſe auocatas non obſtante iuriſdictione Baronis.*

234 *Vaſſalli Baronis eligentes forum Principis, an poſſint variare, & iterum eligere curiam Baronis.*

235 *Cauſa vaſſallorum Baronis auocata ad curiam Principis, cenſetur auocata tam quò ad pœnam corporalem, quàm bonorum confiſcationem limit. num. 236.*

237 *Princeps, quando in terris Baronum pauperes à diuitibus opprimuntur, poteſt illorum cauſas cognoſcere, non obſtante mero, & mixto imperio ipſorum.*

238 *Barones ſi malè tractarent ſuos vaſſallos, poteſt Princeps ſe intromictere in eorum iuriſdictione, ac etiam illos iuriſdictione priuare, ſed intellige vt num. 239.*

240 *Princeps an, & quando per legem generalem poſſit ſe intromictere in iuriſdictione Baronum, & illam moderare, vide vſque ad num. 250.*

241 *Legum poteſtas omnis eſt in pectore Principis.*

246 *Princeps poteſt moderare iuriſdictionem ſuorum iudicum, licet per indirectum præiudicet tertio.*

247 *Tex. in l. qui agros C. de omn. agr. deſert. lib. 11. declaratur.*

250 *Barones non poſſunt amplius fori remiſſionem petere, poſtquam eius vaſſalli à Principe fuerint condemnati, vel forindicati.*

251 *Princeps an in cauſis arduis, & grauioribus delictis propter publicam vtilitatem poſſit ſe intromictere in iuriſdictione Baronum non obſtante eorũ mero, & mixto imperio.*

252 *Princeps poteſt ſe intromictere in iuriſdictione Baronum, & ſimilium quando officiales Regij per eorum vaſſallos offenderentur in exercitio ſui officij.*

253 *Princeps poteſt in Terris Baronum citari facere vaſſallos ad peribendum teſtimonium in cauſis agitatis corã eo, & eius Magiſtratibus.*

254 *Vaſſalli Baronum delinquentes in curia Principis poſſunt ab illo cognoſci non obſtante mero, & mixto imperio illorum.*

255 *Princeps per viam gratiæ poteſt ſe intromictere cum vaſſallis Baronum, illis gratiam concedendo.*

256 *Barones etiam quòd habeant merum, & mixtum imperium non poſſunt cognoſcere de exceſſibus, & delictis officialium Regiorum delinquentium in eorum Terris, quod intellige ſi delinquant ratione officij, alias ſecus, & num. 257.*

258 *Princeps poteſt ſe intromictere in iuriſdictione Baronis quando vaſſallus delinquens eſt domeſticus ipſius, vel aliqua vrgeret cauſa ſuſpitio, ex qua præſumendum eſſet quod Baro, ad quem remiſſio facienda foret, eum non puniret.*

259 *Princeps ſi reperiatur in Terris Baronũ poteſt in illis iuriſdictionẽ exercere per viam præuentionis.*

260 *Princeps poteſt cognoſcere cauſas vaſſallorum Baronis via grauaminis non obſtante quacumque illius iuriſdictione.*

261 *Princeps ſolus in cauſis portulania poteſt cognoſcere in Terris Baronum, niſi expreſſe aliter in eorum priuilegijs concedatur.*

262 *Princeps an, & quando poſſit viſitatorem mictere ad Terras Baronum, ad feudorum loca reuidendum, & cognoſcendum de delictis illorum, & nu. 263. 264. & 265.*

266 *Princeps poſt ſe intromictere in cauſis vaſſallorum Baronum cum tractatur de ſaluaguardia ab ipſo illis conceſſa.*

Prin-

267 *Princeps potest cognoscere vassallos Baronis delinquentes extra eius territorium, & sibi limita.*

268 *Princeps potest se intromittere in causis vassallorum Baronis, cum tractatur de concedenda sepultura cadaueribus punitorum, ampl. num. 269.*

270 *Princeps cognoscit causas vassallorum Baronis in crimine falsa moneta.*

271 *Princeps potest se intromittere in causis vassallorum Baronis, vbi ageretur de concedendo actum impunitatis delinquentibus, vt casum in claro ponant, vel ad effectum capiendi bannitos.*

272 *Barones non possunt concedere actum impunitatis delinquentibus, nisi hoc expresse in eorum priuilegijs sit concessum.*

273 *Princeps solus potest concedere dilationes, seu moratorias debitoribus.*

Barones non possunt concedere dilationes, seu moratorias debitoribus etiam concurrentibus creditoribus, sub nu. 273. nisi consuetudo esset in contrariam, nu. 274.

275 *Baro non potest reuocare sententiam per eum latam, etiam quod de innocentia condemnati sibi constaret.*

276 *Barones etiam quod habeant merum, & mixtum Imperium non possunt vassallis collectam imponere, & nu. 278. lim. nu. 279. & 280.*

277 *Princeps solus potest collectam imponere, quia est de regalibus.*

Collecta impositio est de regalibus, & Principi reseruatis, sub nu. 277.

281 *Princeps potest se intromittere in causis vassallorum Baronis, quando iniustè sunt vexati ab eius officialibus, nec in processu reperiuntur esse delinquentes, quod declara, vt ibi.*

282 *Princeps potest se intromittere in iurisdictione Baronis, si tractatur de iniurijs, & alijs similibus excessibus factis ipsi Baroni, vel eius officialibus, limit. & declara vt numer. 283.*

284 *Princeps solus potest condemnatum ad famam restituere.*

Barones non possunt condemnatum ad famam restituere, sub nu. 284.

285 *Princeps solus potest insuffiare spiritum instantia in causis vassallorum Baronis.*

Barones non possunt insufflare spiritum instantia in causis suorum vassallorum, sub nu. 285.

286 *Princeps solus potest emancipare vassallos Baronum.*

Barones non possunt emancipare suos vassallos, sub nu. 286.

ARGVMENTVM.

De Baronum iurisdictione.

CAPVT XVI.



DIXIMVS de Baronum, Comitū, Marchionum, Ducum, & Principū dignitate, eorumque prærogatiuis, consequens est, videre iurisdictionē, quā habēt erga sub
1 ditos; super quo † breuiter respondendo, non aliam habere dicuntur, nisi eam, quæ à Rege in concessione Castri, seu feudi ex priuilegio concessa fuerit, nimirum si concessio Castri, cum territorio per Regem Baroni facta reperiatur, iurisdictio simplex tantum comprehenditur, tum ex dispositione iuris communis, secundum *Bartol. in l. prima, in fine, ff. de iurisdict. omn. iudi. & in l. inter reos, ff. de acquirend. rer. domin. Bald. in l. final. ff. de constitutio. Princip.* tum etiam de iure Regni, *ex Afflict. in capit.*

cap. primo, §. iudices, de pac. iuram.
* firm. & in hoc omnes * consentiunt,
vt dixit Capic. in sua inuestitur. in
verb. feudorum accessoria, versic. con-
cesso Castro, vel territorio, Cancer. var.
resol. lib. 2. tit. 2. num. 60. cum seq. & n.
185. Capibl. de Baron. Pragm. 8. nu. 20.
cum seq. D. de Pont. dec. 2. nu. 15. & seq.
2 Eo fortius † si aliàs Castrum conces-
sum sub iuridictione fuisset, nam & iu
risdictio ipsi Castro annexa pertine-
ret, Andr. in tit. Quid sit inuestit. in
princ. Afflict. ĩ constit. dilationes, n. 4.
Barto. in l. si quando, C. de bon. vacant.
lib. 11. Bald. in c. 1. de Cap. qui cur. vẽd.
col. 3. & vlt. in l. cum multa, C. de bon.
qua liber. & in l. 1. §. cum vrbem, vbi ẽt
Bart. & cæteri, ff. de offic. Præfect. vrb.
Roder. Suar. alleg. 7. colu. 3. & 4. Curt.
iun. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. Frecc.
de subfeud. lib. 2. author. 10. Paris. cons.
* 9. nu. 16. libr. 1. de communi * opinione
testantur Couarru. pract. quæst. c. 1. nu.
10. Roland. cons. 42. num. 30. vol. 2. Me-
noch. lib. 3. præsump. 97. n. 14. cum seqq.
Decian. resp. 93. num. 1. lib. 3. Rosental.
de feud. c. 5. concl. 6. Natt. cons. 405. Cã-
cer. variar. resol. lib. 3. c. 13. nu. 31. cum
seqq. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. gl.
3 11. nu. 11. maximè † si adesset clausula
(cum iuribus, & pertinentijs suis) ad
notat. per Natt. in cons. 405. & tradit
eleganter D. Castill. dec. 12. nu. 9. & 10.
4 cum similib. Vel † concessio facta esset
cum vassallis, Petr. de Gregor. de con-
cess. feud. par. 7. quæst. 4. num. 10. tũc
enim cẽsetur etiam constitutus Iudex
illorum ordinarius, secundum Andr.
in cap. Imperialẽ, §. præterea inter duos,
colum. pen. de prohib. feud. alien. per Fi-
der. & in cap. 1. §. si quis alium, de pace
tenend. Bart. & Alex. in l. 1. circa finẽ,
ff. de iurisd. omn. iud. Afflict. in prælud.
constit. Regni, q. 6. nu. 6. & in constitu.
Iustiarij in 22. notab. num. 37. & in con-
5 stitut. officiorum, num. 11. Vel † si di-
ctum fuisset (cum iure baiulationis)
quæ clausula vigore capitulorum
Regni, Baronibus habentibus feuda
plana conceditur, & importat simpli-
6 cem † iurisdictionem, ciuilem, & cri-
minalem, vbi imponenda venit pœna
à relegatione infra, Andr. & Afflict.
in constitut. locorum Baiuli, Capic. in in-
uestit. feud. in vers. feudorum clausula,
7 verb. Baiulatione, & hæc † importare
videntur nomina illa (Castrum, Vil-
la, Casalia) cum iurisdictionem ipsam
in se contineant, Innocent. ĩ cap. in li-
teris, de iure patron. Specul. ĩ titu. de iu-
risd. omn. iud. §. 1. vers. sed an mari, &
ibi Ioa. Andr. Decia. consil. 40. num. 22.
8 volu. 4. Vel dictum fuerit (cum inte-
gro statu) ad tex. in l. 2. C. de bon. va-
cant. lib. 10. Vultc. de feud. cap. 5. nu. 5.
§. huc etiam nonnulli, versic. An igitur
* etiam Imperium, lib. 1. vbi * communẽ
dixit Scrad. de feud. p. 3. cap. 4. nu. 22.
& seqq. eoque magis in concessione
facta a Principe, vt dixerunt Bald. Al-
uarot. Præposit. Afflict. & cæteri in d. c.
1. de Cap. qui cur. vend. Bart. in l. 1. nu.
16. ff. de iurisd. omn. iud. quem ibi om-
nes sequuntur, Iacob. de Sanct. Georgor.
in verb. de Castro, Natt. dict. consil.
405. nu. 1.
9 Hæc † autem intelligas non proce-
dere, si in illo Castro non consueuisset
aliqua exerceri iurisdictio, & Imperiũ,
vt latè ostendit Menoch. post alios per
eum relatos in d. præsumpt. 97. num. 1.
cum seqq.
10 Sed non modica † fuit apud Do-
ctores controuersia, si sub ista Castri
concessione veniat mærum Impe-
rium, nam de iure communi plurium
fuit opinio negatiua, tamquam spe-
ciali nota dignum, Bald. in cap. quã-
to, numc. 5. in fine, de iudic. cum alijs
relatis per Menoch. dict. præsumpt. 97.
Contraria tamen opinio secundum
* alios est verior, & communior, * vt
ne dum simplex iurisdictio, sed etiam
mærum comprehendatur Imperium,
se-

ſecundum *Bart.* & poſt *ipſum* communiter * *omnes in d. l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. & in d. l. inter reos, & l. fin. ff. ſolut. matrim. Alex. in l. 3. ff. de acq. poſſeſſ. Afflict. Præpoſit. & Aluarot. in dict. cap. 1. de Cap. qui curr. vend. idem Afflict. dec. 122. Rolan. d. conſ. 42. nu. 7. volum. 2. Natt. d. conſ. 405. & 435. D. Tapp.* latiſſimè *in l. fin. cap. 2. num. 27. par. 1. ff. de conſtit. Princip. Cancer. variar. reſolut. lib. 3. cap. 13. num. 24. Gail. lib. 2. obſeruat. 62. num. 8.* vbi ex pluribus eam limitant, & declarant, *D. de*
11 *Pont d. deciſ. 2. nu. 16.* Cęterum † quidquid ſit de iure communi in Regno contrarium dicendum eſt, vt conceſſo Caſtro cum territorio, & pertinentijs, ac cum omnibus iuribus, non veniat merum imperium *Andr. in cap. 1. §. ſi quis alium, de pac. tenend.* eſtque ſpecialiter diſpoſitum per *Conſtitut. Regni incip. ea qua ad decus*, vbi idem *Andr. & Afflict.* expreſsè, *Petr. de Gregor. de conceſſ. feud. par. 7. quaſt. 2. nu. 4. 5. & ſequ. Capic. in verb. feudorum acceſſiones, in verb. conceſſo caſtro, in fine, Vinc. de Franch. deciſ. 116. num. 3. D. Tapp. in loco citato num. 35. Afflict. deciſ. 122. & in prælud. conſtit. Regni,*
12 *quaſt. 6. num. 7.* qui † vlterius extendit, non tantum in conceſſione facta per Principem, ſiue Regem; ſed etiam ſi alius habens in caſtro merum imperium, illud alteri ſimpliciter cedat non facta expreſſa mentione, & ſpeciali meri, & mixti imperij, tunc. n. il-
13 lud nō cōprehenditur, niſi † ille cedēs nō haberet niſi merū, & mixtum imperium in caſtro, quia tunc vt diſpoſitio aliquid operetur, cenſebitur ceſſiſſe ius quod habet, ex regula *text. in*
14 *cap. ſi Papa, de priuileg. in 6.* nam † huiuſmodi conceſſio mæri, & mixti Imperij nō ita de facili antiquitus fiebat, maximè ante Reges Aragoneos, vt dixit *Frec. de ſubfeud. author. 2. poſt numer. 21. Capibl. de Baro. d. prag. 8. nu. 41. & ſeq. Vinc. de Franc. dec. 510.* In tantum, quod à Ferdinando Rege, & Carolo Quinto Imperatore in Generali Colloquio Regni non ſemel pro huiuſmodi conceſſione requiſitis, id minime obtineri potuit, prout *in capitu. 126.* ſub Ferdinando, *& capit. 20.* ſub Carolo, & alibi pluries contine-
15 tur, hodie † autem in Regno paſſim Barones omnes, & Ciuitates demaniales habent mærum, & mixtum Imperium, vel ex priuilegio, vel ex venditione, quæ ex ſpeciali ordine Regio ſub die 13. Septembr. 1610. permiſſa eſt, & de Regno Neapolitano teſtatur poſt *Afflict. Vincent. de Franch. deciſio. 170.*
16 Idem † erit de conceſſione Caſtri fortè facta cum iuriſdictionibus ſuis, ſub qua pariter ſimplex iuriſdictio cōtinebitur, neque veniet mæriū, & mixtum Imperium, ex traditis per *Angel. in l. Imperium, colum. 2. verſi. expeditus, ff. de iuriſd. omn. iud. vbi alij, quos* refert *Petr. de Gregor. in d. tracta. p. 7. q. 3. nu. 1. cum ſeqq. Menoch. præſump. 97. nu. 24. & 25. Do. Tapp. in loco citato, num.*
17 *42. in fine.* Quod † ampliatur etiam ſi dictum fuiſſet (cum omni iuriſdictione) *Bald. in d. cap. quanto, colu. 2. verſicu. pone Epiſcopus, de iudic.* vbi
18 expreſsè voluit, quòd † appellatione omnis iuriſdictionis, non comprehēditur mærum, & mixtum Imperium, eo quod expreſſam requirit conceſſionem, cum ſit de ſupremis regalibus, vt dixi *ſupra lib. 1. c. 14. & lib. 3. c. 10. ver. 28. ius regale eſt*, & ob id ſi Princeps
19 † daret omnem iuriſdictionem Caſtri, non videtur donaſſe mærum, & mix-
20 tum Imperium, quod † ſpecialiſſimū eſt, abſtractum, & ſeparatum à natura generis, *vt ibi per Bald. Petr. de Grego. vbi ſupra n. 4.* & eo magis ius Regium *Albe. in l. 1. nu. 34. ff. de offic. eius Luc. de Penn. in l. 2. num. 7. C. de veteran. lib. 12. Surd. conſ. 127. num. 61. & 311. nu. 49.*

num. 49. de Pont. dec. 2.
Attamen glossa in element. 1. in
verb. omnimodam, de for. competen. te-
nuit contrarium, & post Ias. in dict. l.
Imperium, num. 12. Felyn. in capit. quò
ad sedem, num. 3. de offic. ordin. Curt.
iun. in dict. l. 1. num. 50. ff. de offic. eius,
Rosental. de feud. capit. 5. conclus. 7. nu.
3. Vulte. in simili tracta. cap. 5. num. 5.
versic. imò verò alij, lib. 1. fol. mihi 86.
* vbi ait esse * communiorem, Decian.
respon. 43. num. 5. lib. 3. Dom. Tapp. vbi
supra, num. 43. Cancer. variar. resolut.
lib. 3. cap. 13. & 153. & sequen. Cefal.
consil. 370. num. 100. volum. 3. Panci-
rol. consil. 85. Alciat. consil. 659. num.
9. Beret. cons. 9. num. 7. Fontanell. de
pact. nupt. clausu. 4. glos. 14. num. 6. &
post Couarru. & alios, Menoch. d. præ-
sumpt. 97. num. 34. vbi subdit idem
21 esse si aliqua mæri Imperij † sibi Prin-
ceps reseruasset, quo casu reliqua,
quæ mæri Imperij sunt, censentur cō-
cessa, Paris. consil. 8. num. 7. & consil.
9. num. 11. lib. 1. Rosental. dict. conclus.
22 7. num. 4. lit. D. Vel † si Castrum ip-
sum concessum à solo Principe ad-
ministrabat, nec alicui Ciuitati sub-
derat, secundum Ioa. Andr. in addict.
ad Specul. titu. de iurisdict. omn. iudic.
in princip. Oldrad. consil. 252. Velasc.
in dict. l. Imperium, nume. 35. de com-
* muni * opinione Alciat. in cap. quò ad
sedem, num. 27. de offic. ordin. & de-
clarat idem Menoch. dict. præsumpt. 97.
23 nume. 39. Vel † si concedens solum
mærum, & mixtum Imperium habe-
ret in Castro, Afflict. in d. constitut. ea
quæ ad decus, num. 27. Claud. in Specul.
tit. de his, qui feud. dar. poss. in 7. limit.
24 Vel † si concessio facta fuisset cum iu-
risdictione alta, & bassa, vt post alios,
notat Vrsill. ad Afflict. decis. 122. nu. 8.
subdens ita iudicatum fuisse in Regia
Camera, sequitur D. Tapp. d. cap. 2. nu.
25 45. Vel † si fuerit apposita clausula (qđ
nullus se intromittere valeat,) nā ope
ratur abdicationem iurisdictionis in
alijs Tribunalibus concedentis, etiam
vassallis consentientibus, & eorum iu-
risdictionem protogantibus, Capic. in
ver. feudorum clausula, ver. ita quod de
26 illis. Vel † si męrum, & mixtum Impe-
rium concedi consueuisset, Roma. cōs.
59. n. 3. vbi Add. Ias. in l. certi conditio,
§. si nūmos, n. 19. ff. si cert. pet. D. de Pōt.
d. dec. 2. nu. 18. vbi allegat Affl. Camer.
27 & alios, licet in Regno męrū, & mixtū
Imperium motu proprio non conce-
datur, sed ad postulationem partium,
secundū Pet. de Greg. de concessio. feud.
28 p. 7. q. 2. nu. 6. cum per huiusmodi mę-
ri, & mixti Imperij concessiones, (vt
ipse subdit) derogetur publicæ vtili-
tati in præiudicium iurium regalium.
29 Est bene verum, quòd † sub tali cō-
cessione venient pœnæ pecuniariæ, vt
in his Baro possit mulctare vassallos
suos, vt per Bald. in l. 1. ff. de offi. præ-
fect. vigil. & in d. l. Imperium, vbi etiā
Ias. & hoc tamquā ipsius iurisdictio-
nis fructus, Rolan. cons. 42. vol. 2. Pere-
gr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. n. 42. & 43. D.
30 Tapp. in d. c. 2. n. 48. quāuis † in Baro-
nibus non habētibus mærū, & mixtū
Imperiū, hmōi pęna in Regno nō ex-
dat summā vnciarum quatuor, neq;
31 † cognoscere posśit causas criminales
nisi à relegatione infra, & ciuiles vsq;
ad certam summā, nisi aliter fuerit de
consuetudine legitimè præscripta re-
ceptum, ad notat. per Petr. de Greg. in
d. quæst. 2. num. 50. vbi refert Capitu-
la, & Regni Pragmaticas de his dispo-
nentes.
32 Quod † si vassallus vendat Castrū,
& non Princeps, tunc censetur vendi-
ta iurisdictio, quę ipsi Castro cohęret,
ad tex. in l. testator, §. 1. ff. de leg. 1. Bar.
in d. l. inter eos, Velasc. ī d. l. Imperiū, n.
55. Roma. in l. 3. in prin. n. 9. vers. secun-
do casu, ff. de acquirend. posses. post alios
Couarr. in d. cap. 1. nu. 10. Menoc. d. præ-
33 sump. 97. nu. 46. vbi ait, quòd † in du-

bio præsumitur iurisdictionem Castro
cohærere, *Bartol. in d. l. inter eos, Boer.*
34 *dec.* 50. *num.* 11. ibique † ampliat ea,
quæ de castro dicta sunt, procedere et
in cõcessione curiæ, cuius nomen vni-
uersale est, compræhẽdens iurisdictio-
nem, vt dixerunt *Aret. cons.* 15. *colu.* 1.
vers. circa quod Curt. iun. cons. 158. *nu.*
28. *Passeri. cons.* 14. *num.* 1. *Cesal. cons.*
418. *nu.* 22. *&* 38. *lib.* 3. *Rosental d. c.* 5.
concl. 8. *&* 9.

35 Si verò † in priuilegio Baronis repe
riatur expresse cõcessum merũ, & mix-
tum Imperiũ, cũ oĩmoda iurisdictio-
ne, vel illud ex consuetudine, aut præ-
scriptione acquisitum fuisset, vt alias
dixi *supra lib.* 1. *c.* 19. *n.* 40. eo casu Ba-
ro ipse cognoscere habebit de causis
vassallorum suorum, & non Rex, cũ
36 † habeat iura vtilia cum vtilitate & ef-
fectu, ideoque præfertur Regi in co-
gnitione causæ, *Bald. in l. fi. n.* 31. *ver.*
43. *quaero, ff. de rer. diuis. Curt. iun. cõs.*
2. *incip. vassallus, nu.* 1. *Pet. de Greg. d.*
q. 2. *num.* 8. vbi post *Io. Fabr. & alios,*
37 *quos ipse* allegat dixit, quòd † non
posset Rex, seu dominus directus in
Terris Comitis, vel Baronis iurisdi-
ctionem aliquã in primis causis exer-
38 cere, nisi † in casibus exceptis, idem-
que tradiderunt *Vincent. de Ann. alle-*
gat. 52. *num.* 1. *& sequen. Couarru. dict.*
cap. 1. *Gregor. Lopez. l.* 68. *titu.* 18. *part.*
3. *verb. tal Villa, Dom. Tapp. in d. cap.*
2. *n.* 28. *cum seqq. Pancirol. consil.* 185.
39 *Cesal. cons.* 414. vel † resultãtibus ex su
prema iurisdictione, I quibus etiã q̃d
Rex promisisisset non se intromittere,
nõ teneretur promissionẽ seruare, quia
tenderet in læsionem supremæ autho-
ritatis, & alti dominij, vt concludit
Natt. consil. 614. *num.* 12. *&* 17. eo-
40 que † maximè si in priuilegio adesset
clausula abdicatiua (tu solus, & ne-
mo alius) *Capic. decisio.* 9. *per totam,*
Mandos. ad Roman. consil. 393. *sub nu-*
me. 4. *Menoch. lib.* 2. *præsumpt.* 18. *nu-*
me. 13. *& sequen.* vbi testatur hanc es-
se veram & receptam * opinionem,
Ioseph Ludouic. latè decisio. 20. & dixi
supra libr. 3. *capitul.* 2. Hinc inoleuit
41 practica † in Regno, quòd quan-
do vassallus Baronis conuenitur, vel
accusatur in Magna Curia huius Re-
gni, consueuit Baro vendicare vassal-
lum suum, & petere illum ad se re-
mitti, & ita constito per priuilegium
de huiusmodi mæro, & mixto Impe-
rio, & quod causa non sit de exceptis
in ipso priuilegio, solet per Magnam
Curiam fieri remissio seruata forma
Capitu. Regni, ad not. per *Grammat.*
decision. 30. *colum. penult. in princip.*
Osasc. decis. 34. *Roland. cons.* 48. *volum.*
42 2. nisi † vassallus esset contumax, nam
vsq; quo sit carceratus nõ concedere-
tur remissio *Capiblanc. de Baron. pra-*
gmat. 8. *numt.* 229. *Carauit. Rit.* 205.
nume. 4.

43 Amplia primo † conclusionem pro-
ximè firmatam, vt nec possit Rex cõ-
stituere iudicem, seu officialem in
Terra Baronis habentis mærum, &
mixtum Imperium, qui cognoscat de
primis causis vassallorum in præiudi-
cium suæ omnimodæ iurisdictionis,
vt latissimè concludit *Luc. de Penn. in*
l. prædia, num. 54. *C. de locat. præd. ci-*
uil. lib. 11. *Capiblanc. de Baron. pragma.*
8. *num.* 77. *Lanar. consil.* 54. cum il-
44 lud † concedendo, omnia, quę propter
id spectabant ad eum, concessisse vi-
deatur, ad text. *in l. fundi, & l. hij qui-*
bus, & l. quicumque, C. de fund. pa-
trimon. lib. 11. & quidquid in conces-
sione reseruatum expressè non fuit,
tamquam omissum pro translato ha-
beri debet, ad text. *in l. quidquid, ff.*
45 *de verbor. obligat.* maximè † in Rege,
cuius concessiones esse debent omnis
diminutionis extraneæ, *Moz. in rubr.*
de orig. feud. nume. 17. *Capic. in verb.*
concesso Castro, & in Rubri. feudorum
clausula, verb. cognitione, Osasc. decis.
Peda-

*Pedamont.65.nu.20.& dec.29.nu.8. Natt.cōſ.*408.*n.*7.*Theſ.dec.*177.*nu.*1.
47 Earum enim † deciſio ſpectat ad ipsũ Baronẽ,ſeu officialẽ ab eo Deputatũ, ex doctrina *Bald. in l.*1.*q.*43.*ff. de rer. diuiſ.cum alijs ſupra* relatis ,in tantum
47 q̃d ſi † Rex nõ haberet,niſi mærũ Imperium, nõ poſſet tenere officialẽ in loco Baronis habẽtis mixtũ, ſeu ſimplicẽ iuriſdictionẽ,niſi cũ euenerit caſus exercitij iuriſdictionis prędictę,*ad tex. in c.*1.*de offi.ordinar.in* 6.*Michael Ferrer. in* 3.*p. obſeruat.c.*59.*Capic.dec.*27.*nu.*34.*Cancer.variar.reſol. lib.*2.*tit.*2.*nu.*290.*& lib.*3.*c.*9.*num.*17. vbi refert ita iudicatum,& pariter iudicatũ extitiſſe teſtaẽ *D.de Pont.in tract.de poteſt. Proreg.tit.de elect.official.*§.1.*n.*54.*&*
48 57.licet† aliud ſeruari aſſerat ĩ aliq̃bus Terris Baronalibus illius Regni, illis non cõtradicentibus circa reſidentias Regiæ audientiæ,quę eiſdem Baronibus vtiles redduntur.
49 Amplia ſecundo, † vt nec poterit mandare officiali Baronis,quod cũ voto alicuius cauſam expediat,cũ ex hoc libera ſibi cauſæ cognitio auferreret, ad notat. per *Abb.in c.non pōt, in fi. de dcre iudic. Bald.in c.*1.*col.*1. *Qui feud.*
50 *dar.poſſ.*vbi ait, q̃ † ille ſolus & in ſolidum plenã hẽt adminiſtrationem,nec tenetur requirere alterius opinionẽ, ſecundum *gl.in l.Titium,& Maniũ*, §.1. *ff.de adminiſtr.tut.& facit text.in l. q. dam decẽdens*,§.*Papinianus*,*& d.l. Ti-*
51 *tium, eo.tit.* vbi q̃ † inhabilis eſt ad officium non põt inſtitui Conſultor, &
52 ſic † mulier ſicut non põt officiũ tutelę gerere, ad tex. *in l.fin.ff.de tutel.l.*1.*C. quand.muli.tutel.offi. fung.nõ pot. cum*
53 *ſimil.* ſic† nõ põt à teſtatore mandari, vt eius conſilio tutela adminiſtretur,
54 & ſicut† Prior,ſeu Cuſtos fratrum minorùm nõ põt relinqui executor teſtamenti etiã ad pias cauſas, *Clement. exiui*, §. *cum prædicta, de verb. obligat.*
55 eodem modo † nõ poterit conſultor à teſtatore deputari executori, ita q̃d teneatur executor eius conſiliũ req-
56 rere & ſequi, ne† quod directo fieri nequit, per indirectum cõſequatur,vt dixerũt *Cyn.& Bart.in d.l. quidam decedens*, ſic in propoſito, † cum Princeps
57 non poſſit in loco Baronis cõſtituere officialẽ, eo quod id ad Baronẽ pertineat,qui etiã conſtituit, ſequiẽ vt eidẽ
58 † Princeps mandare nõ poſſit, vt alterius cõſilium ſequatur, vt in ſpecie reſoluit *Curt.iun.in cõſ.*2.*Cancer.varia.reſolut.lib.*3.*c.*13.*n.*307.*Emil.Verard. dec.*297.*verb.electio, nu.*6. *Surd.conſil.* 210.*num.*3. & multa alia cumulando *Natt.ĩ d. conſ.*408.*nu.*4.*& ſeq.*quo lo-
59 ci † limitat, quando id mandaret Rex ſuo officiali, à quo põt cauſam ad ſui libitum auocare, eamq. per ſe ipſum cognoſcere,vel alteri delegare, *l. iudicium ſoluitur, ff.de iudicijs*, *Bal. in c.* 1. *Quis dicat. Dux; vel Com.* quod ſe-
60 cus eſt † in Barone habente vtile dominiũ, q̃ in iuriſdictione exercẽda pręfertur Regi habenti directum dominium, *l. procuratore in rem ſuam, ff. de procurat.*
61 Amplia tertio, † vt vaſſalli Baronũ habentiũ męrum,& mixtum Imperiũ non poſſint ẽt de cõi conſenſu litigare coram nõ ſuo dño, *ad tex.in c. ex trãſmiſſa,& c.ex tenore, de for.cõpet.*& q̃dquid fieret nulliter actũ eſſet, *l.non dubitatur,C.de leg. c. Imperialẽ*, §. *præterea ſi inter, de prohib. feud. alienat. per*
62 *Feder.* imò† dñs rectè auocare poterit, ſecundum *gloſ.in d.*§. *præterea, Iacob. de S. Georg. de feud.in verb.& dictis vaſſallis pro dictis rebus, nu.*31. *Fab. Ann. conſ.*107.*nu.*10.*vol.*2.*Gail.lib.*1.*obſer.* 40. *nu.*6.*Duaren. de feud.c.*20.*nu.vlt. Sonsbece.de feud.p.*14.*nu.*36. & de cõmuni † opinione teſtatur *Ianbel. in cõpend. feud.p.*11.*verb.prorogare*,*Capibl. prag.*8.*nu.*78.*Vinc.de Frãc. dec.*529. *Oſaſc. dec.*78.*nu.*12. *Cancer. lib.*2.*va-*
63 *riar.reſolut. c.*2.*nu.*192. vbi † aliqua

circa iurisdictionis prorogationem in
materia criminali adducit, quinimo
64 † possent in casu prædicto à Barone
inhiberi,& prohiberi ne in derogatio-
nem iurisdictionis eiusq; priuilegiorũ
65 adeant Regis Curiã, eo quod † in iu-
risdictionalibus seruatur ordo, vt gra-
datim procedatur à iudice inferiori ad
superiorẽ, vt tradit Michael Ferrer. 3.
66 p.obseruat.c.144.in fi. & † non pñt per
saltum vassalli venire ad Principẽ pro
iustiria consequenda, vt docuit Luc.
de Penn.ĩ d.l.pradia, Bal. in l.sicut pra-
ponis,col.3. vers. si verò, C. quomod. &
quand. iud. quem sequitur Franc. in
cap.delicto, quaſt.27.de appellat. Paris.
de Put. de sindicat.tit. de excess. Baron.
titul.41. vers.excedunt, Capic.decis.9.
limit.1. & decis.130. num.10. Petr. de
Gregor. de concess. feud.par.1.quaſt.2.
num.12.& part.8.quaſt.16.num.111.
Frece. de subfeud. lib.2. author. 10.&
13. Capibl. de Baron.prag.3.num.126.
& seq. Dom.Carol.Tapp.lib.3.iur.Reg.
tit. de sentent.nu.3. vbi ita seruari per
Collaterale Consilium,& alia Tribu-
nalia illius Regni testatur, Ant.singul.
568. Vinc. de Franch. decis.412. Fab.
Ann.cons.107.Bursat.cons.397.nu.19.
lib.4.Cancer.d.c.2.nu.93.& lib.3.c.13.
nu.394.& c.10.nu.30.cum seqq. Foll.
in pract.crim.in rub. audiantur excusa-
tores,qui id Baronibus licere ex multis
cõfirmat, Amad.à Pont.tit. quis sit iud.
in caus.feud.n.19.Osasc.dec.Pedem.78.
67 n.12.& seq.Surd.cons.47.& cons.210.
nu.10.& dec.147.nu.1.quod † intelli-
ge si Baro haberet mærum,& mixtum
Imperium,secus si simplicem tantũ iu
risdictionẽ habeat, quo casu minime
prohibere posset vassallis ne adeãt Cu
riam Regis,vt dixit Petr. de Greg. in d.
q.2.nu.14. Bonad.lib.2.polit.c.16.n.81.
Foller.de censib. ver. An clericus, Vinc.
de Ann.in sing.incip. Baro prohibet Boer.
68 dec.114. idq. † maximè procederet, si
impedirẽtur adire superiorem, ad quæ
relandum cõtra dominũ,& post mul-
tos consuluit Houde.cons.105.vol.1.
69 sicut † è contra nec posset Baro renun-
tiare huiusmodi priuilegio, sine subdi
ti consensu saltim in particulari, quia
ad paria iudicantur, ad text. in cap.1.
qual.dom.feud.prop.priu.Vinc.de Frãc.
70 dec.541.nu.7. quinimò † si Baro tãquã
Iudex suorũ vassallorum recusaret vti
munere iniuncto, petẽte vassallo pos-
set cogi,vt dixit And.post gl.in d.§.pra-
terea inter duos,nu.9.Curt.de feud.p.7.
nu.14.Capic.dec.162.nu.1.cũ seqq.nec
71 † posset inuito vassallo eius causam al
teri renunciare,vel delegare, Bal. in cõ-
sil.327.incip.pridie consului,vol.1.Rip.
resp.10.num.4. & 6.incip.id in effectu
quaritur in titu.de diuers.rescript.aliàs
respon.25.lib.2.Vinc.de Frãc.dec.541.
72 Amplia quarto † quòd Rex, seu
Princeps non potest dare tutorem in
Terra Baronis, vt dixit Io.Fab. insti-
tut. de authorit. tutor.in prĩc.col.4.Cur.
iun.cons.2.nu.1. & seq. Petr. de Greg.
de concess.feud.p.7.q.2.nu.8. Laud. de
Princip.concl.138.Surd.cons.210.n.2.
& 4. Maccabr.cons.13.num.115.Hipp.
Rim.cons.715.per totum Natt.cõs.580.
73 Amplia quinto † in Regno vbi Ba-
rores, siue mærum habeant & mixtũ
Imperium, siue simplicẽ iurisdictionẽ
ex cap.457. sub Alfonso Rege, habẽt
74 primas appellationes,nisi † Magna Cu
ria fuerit in loco,refert Pet. de Greg. in
75 d.q.2.nu.19. Et propterea † ipsi eligũt
iudicem appellationis, vel dant iudicẽ
76 in secundo iudicio partibus non suspe
ctum, id quod fieri dẽt in loco in feu-
dato & non extra, ad latè tradita per
Capibl. de Baron.prag.3.nu.136.Ann.
sing.560. vel ĩ loco primario Baronis,
secundum eum, Frece.de subfeud.auth.
28.Vinc.de Franch.dec.526.sub nu.10.
verb. & similiter Fab. de Anna consil.
70.vers.1. licet de iure communi se-
77 cundum veriorem opinionem † ex cõ-
cessione mæri, & mixti Imperij appel-
latio-

lationum causę non comprehendanť, vt dixit *Ang. in l.1.§.qui mandatā, in fi. ff. de offic. eius, Curt. in tract. de feud. p. 7. ver. duodecimo quaro, sub tit. si vassal. tunc est de mar. & mixt. Imper. Iacob. de S. Georg. in verb. & dictis vassallis pro dictis rebus, col. 12. vers. vnum semper, & in vers. cum maro & mixto Imperio*, de
* communi *Berrett. cõs. 13. nu. 1. Capic. ĩ verb. feudorum accessoria, vers. appellationum causa, Natt. cons. 98. nu. 1. vol. 1. & cons. 309. num. 1. vol. 2. Surd. d. cõs. 210. n. 39. & cons. 580. nu. 22. vol. 3. Roland. cons. 29. vol. 2. Cancer. var. resol. lib. 3. c. 13. nu. 244. cum seq.* idq; serua-
78 ri† in Regno Neapolitano testatur *D. Tapp. in l. fi. c. 2. p. 1. n. 47.* & pariter in
79 † Catalonia dixit *Cancer. lib. 3. c. 3. nu.*
80 254. & contraria † opinio forte procederet vbi in concessione diceretur, q̃ possit Baro causas liberè terminare, & expedire, quo casu intelligeretur facta cõcessio (appellatione remota) secundum *Fel. & alios in c. irrefragabili, col. 1. de offic. ind. Io. Vinc. de Ann. alleg. 52. nu. 40. & alij*, qui ex aduerso allegari
81 possint. Sed quid † si fieret concessio per viam restõnis stante primæua cõcessione speciali de secundis causis, seu appellationibus, an in ea comprendātur? & vt aliàs diximus *in add. ad Petr. de Greg. ĩ loco citato*, illas venire cõclusũ fuit, moti authoritate *Andrea in c. 1. de vassall. decrep. atat. Loffred. latè in c. 1. §. filij, si de feud. defunct. milit.*
82 maxime † si adesset clausula (pro ut tui prædecessores tenuerũt, & possederũt) *idem Andr. in c. 1. aliàs sciendum, vers. in hoc Regno Sicilia, quib. mod. feud. cõst. poss. Oldrad. cõs. 121. ĩ 2. q. Vinc. de Anna d. alleg. 52.* & fuit iudicatũ in sacro Cõsilio Neapolitano, vt *ibi* dixi; hinc
83 est quòd† aliàs in Regno ante concessionem d. capit. grauiter puniebantur Barones, qui impediebant vassallos appellare ad Magnã Curiam, ad tradita per *Rebuff. de euocat. quaest. 6. nu.*

60. Luc. de Penn. in l. vnica in fin. C. vt nemo suscip. rustic. ad suum patroc. lib. 11. Petr. de Gregor. in loco citato, & facit *Bouadill. in d. cap. 16. nu. 81. & 107.* nisi ageretur in causis nundinarum, vel de rebus non dependentibus a iurisdictione Baronis vt exemplificat *Capibl. de Baro. prag. 8. nu. 88. cum seq.* vbi ponit alios similes casus. Quan-
84 do autem † competat Baronibus appellatio à sententijs contra eos latis pes iudices ab ipsis assignatos, vide *Cancer. lib. 3. variar. cap. 18. num. 49. Bouadill. d. cap. 16. num. 77. & 79. cum seqq.* & quid in causa criminali, *Vinc. de Franc. dec. 510. num. 16.*
85 Amplia sexto † vt pariter in Regno Comites, & Barones habeant reuisionem in causis valoris vnciarum decẽ,
86 & infra, & † lata sententia per Baronem in causa reuisionis, potest ꝑ partem grauatã haberi recursus ad Magnam Curiam, ex dispositione *capit.*
87 493. sub Rege Alfonso, licèt aliàs † remedium hoc tanquam extraordinarium, quod ex benignitate, & gratiâ Principis procedit, sub conc[illegible]ne meri, & mixti Imperij non compræhenderetur, secundum *Abb. in cap. ex literis in 5. notab. de in integr. restit. Marant. par. 6. tit. de appellat. nu. 18. Ias. in Auth. qua supplicatio, C. de precib. Imperator. offerend. Caraccs. Rit. 260. num. 6.* & dixi latius *in decis. 158. & 196.*
88 Amplia septimo † vt ex hac concessione meri, & mixti imperij veniant confiscationes bonorum, pęnæ, mulctæ, & omnes introitus causarum ciuilium, & criminalium, cum sint fructus iurisdictionis, *Andr. in cap. 1. §. hareditatem, & in §. quicumque, & §. post natale, & ibi cateri de pac. tenend. idem Andr. in constit. Regni post mortem, & in constit. cum satis, Bart. & alij* communiter * *in l. fi. ff. solut. matrim. Luc. de Penn. in l. 1. num. 19. C. de priuil.*

priuileg. scholar. lib. 12. & ex glos. in l. 1. C. ne fin. iuss. princip. Oldrad. cons. 17. nu. 10. Boss. de pan. num. 25. Capibl. prag. 8. num. 106. 109. & 127. cum seq. Rosantel. de feud. c. 5. conclus. 4. Ioseph. Sese decis. Aragon. 77. num. 6. Roland. cons. 29. vol. 1. & cons. 42. vol. 3. & cõs.
89 *73. & 78. vol. 2.* vbi ait, quòd † Baro dicitur procurator fisci in rem suam, idem *Roland. cons. 4. vol. 3. Socc. iun. cons. 76. num. 20. vol. 4. Thesaur. decis. 250. Anton. de Ball. lib. 4. quaest. 2. nu. 1. Beretti cons. 47. nu. 4. Natt. cons. 212. in fine. & cons. 659. Farinaz. de delict. quaest. 25. num. 103. Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 25. nu. 20. & 21. Bonadill. lib. 2. politic. cap. 16. num. 110. in fin. D. Tapp. in loco supra citato, nu. 48.*
90 subdens, quòd venient † etiam condemnationes factae antè cõcessionem
91 vt dixit *Bald. cons. 419. lib. 4.* siue † cõdẽnationes sint factae pro delicto cõmisso in territorio Castri, siue extra territorium, vt distinguit *idem Bald. cons. 306. lib. 4.* & dixi *in dec. 145. p. 2.*
92 Sed[illegible]n competant confiscationes, & p[illegible], quae veniunt ex ędicto Principis post concessionem dicti priuilegij faciente de non delicto delictum, late scripsi *in d. dec. 145.* sed adde omnino post haec scripta visum Doctiss. *Dom. de Pont. in tractat. de potest. Proreg. titu. de prouision. fier. solit. §. 3. nu. 26. cum seqq.* cuius doctrina synodalis est, & celeberrima, *Capiblanc. d. prag. 8. nu. 111. & 114.*

93 Amplia octauo † vt veniat potestas legis condendae, vt dixi *supra lib. 3. c. 3. num. 46.* & dicam *infra hoc eodem lib. c. 18.*

94 Amplia nono, † vt veniat potestas cognoscendi de ponderibus, & mensuris, vt dixit *Guid. Pap. dec. 490. Ann. singul. 388. Cassan. super consuet. Burgund. Rubr. 1. nu. 97. D. Tapp. in loco ci-*
95 *tato, nu. 50.* vbi limitat in Regno Neapolitano, in quo particulare Tribunal est erectum circa cognitionem praedictam põderum, & mensurarũ, *Capibl. de Baron. prag. 8. nu. 152.* & pariter
96 † in Regno nostro, in quo licet non sit tale Tribunal, attamen adest deputatus officialis à Curia Regia circa huiusmodi pondera, & mensuras.

97 Amplia decimo, † vt tales Barones possint parte cedente remittere, & cõponere delinquentes pro delictis pro quibus veniebat imponenda poena mutilationis membri, vel publicationis bonorum, easq. commutare, & sibi ipsis eorumq. vtilitati applicare, ex-
98 ceptis † quibusdam, vt dispositum est *in cap. 490.* sub Alfonso Rege. Quod de iure communi non liceret, secundum *Andr. quae sint regal. verb. & bona committentiũ, Osasc. dec. 101. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 8. nu. 14.* idemq. statutum est in Regno Neapolitano, vbi
99 vt plurimum merũ, & mixtũ Imperiũ conceditur cum quatuor literis arbitrarijs, quarũ prima est quod possint commutare pęnas, cũ alijs, de quibus per *Parid. de Put. de Sind. in verb. com-*
100 *positio*, licet † hoc non cõpetat post sententiã latam, ad notat. per *Vincent. de Frãch. dec. 370.* & dixi *super Indult. c. 2. nu. 1. & 13. cum seq. D. de Pont. de potest. Proreg. tit. de elect. official. §. 1. num. 11. Capibl. de Baron. pragm. 6.* vbi multa.

101 Amplia vndecimo, † vt sub eadem concessione veniant bona vacantia, vt dixit *Iacob. de S. Georg. in verb. cum mero, & mixto Imperio, n. 17. Boer. dec. 50. nu. 14. Frec. de subfeud. lib. 2. auth. 14. Bonad. lib. 2. polit. c. 16. n. 216. Surd. cõs. 138. vol. 1.* & dixi *supra c. 10. lib. 3. vers. vigesimumquintum ius Regale.*

102 Amplia duodecimo, † vt Baro cũ clausula pdicta inuestitus possit foriudicare, *Afflict. in constit. poenam eorũ, notab. 2. num. 15. & 17.* quia in eius
103 Terra dicitur etiam Iustitiarius, idem *Afflict. in const. incip. Magna Curia nostra,*

ſtra,notab.5.& in conſt.honorē,Capibl.
de author.Baro.prag.6.D.Tapp. in loco
citato, num.52. & faciunt tradita per
104 *Grām.conſ.95.in ciuil.* Id tamē †in Re-
gno per Barones,& alios habētes me-
rum,& mixtum Imperiū nō ſeruatur,
ſed in caſu contingenti tranſmittūtur
acta ad Magnam Curiam pro foriu-
105 dicatione facienda exceptis† tantū,ex
inueterata conſuetudine Curia Capi-
taniali Vrbis Panormi,& Straticotia-
106 li Meſſanæ, quæ†abſente Prorege,ſeu
Regni Præſide foriudicare conſueue-
runt,vt teſtatur *Dom. Muta ſuper capi.*
33. nu. 10. ſub Alfonſo Rege, & in
materia, vide *Molfeſ. ſuper conſuetud.*
Neapol.p.4.q.47.per totam.
107 Amplia decimotertio, † quod Ba-
nes non tenentur reſidere in eorū Ter-
ris, vt dixit *Luc.de Penn.in l.fi.C.de lo*
cat.prædio.ciuil.lib.11. nec in vno ma-
gis loco quàm in alio,ſi plures habeāt
Terras *Roland.conſ.1.nu.110.vol.1.* &
dixi *ſupra lib.4.c.4.reſerm.18.* & ob id
108 poſſunt†vaſſallorū cauſas cognoſcere
etiam in Ciuitatibus demanialibus,
abſque Regis licentia, ſecundū *Afflic.*
in conſtit.de quæſtionibus, vbi ait eſſe
magnam limitationē ad text. *in l. ex-*
tra territorium, ff. de iuriſd.omn.iudic.
& comprobat ex traditis per *Bal.Abb.*
& alios in c.meminimus,de appell. & c.
109 *fi. de for. compet.* quæ opinio † in Re-
gno recepta nō eſt,eo quod Barones,
niſi præcedat licentia Excellentiſ. Do
mini Proregis nō poſſunt tàm ciuili-
ter, quā criminaliter extra territoriū
110 ius dicere,maxime†in loco vbi reſide-
ret perſona Principis, ad notata per
gloſ. in c.vt litigantes, de offic.ord.in 6.
in verb.expenſis,& ibi Io.Andr.Bald. ī
l.ſi qui ex conſenſu,nu.9.& 10.C.de Epi
ſcop. audient. Alex.in l.fin.nu.7. ff. de
iuriſd.omn.iud.Io.Ant.Lanar.conſ.72.
nu.2. Bonad.poſt alios, lib.2. c.16.num
187. vbi latè *& c.21.n.10.litera I.Pe-*
regr.de fideicō.art.23. Frec.de ſubfeud.
lib.2.authorit.30.num.4. vbi ſubdit,
111 quòd †requiritur etiam conſenſus do-
mini illius loci, vt ſcribit *Alex. in d. l.*
fin.vbi etiam Iaſ.num.14. Bart. in l. 1.
§. 1. de requirend. reis, Fontanell. in
tractat.de pact.nuptial.clauſ.4.gloſ.11.
112 *num.25.& ſeq.* & propterea † conſue-
uimus in Magna Curia huiuſmodi li-
centias concedere, facta prius relatio-
ne Domino Proregi pro faciliori cau-
113 ſarum expeditione, quinimo, † & eo-
rum ſententiæ exequutioni mandan-
tur in eodem loco demaniali, vt plu-
ries vidimus ſeruatum tàm in condē-
natis ad remigandum, quàm etiam
ad mortem naturalem, nam fuerunt
laqueo ſuſpenſi in eodem loco huius
vrbis, vbi ſolet Dominus Prorex, &
Magna Curia ſuas exequi ſententias
114 capitales, & ita † pariter ſeruatur in
Regno Neapolitano, vt aduertit *Do.*
Carol. Tapp. ſuper d. conſtitut. de quæ-
115 *ſtionibus*, licet † poſſent, exiſtentes ex-
tra ſuum territorium, alia facere acta
pro eorum iuriſdictionis adminiſtra-
tione, & mittere exequēda in ſuo ter-
ritorio, vt dixit *Cancer. lib. 3. variar.*
cap.13.num.294. Fontanell.in d.tract.
de pact. nupt.gloſ.10.par.1.num.108.
cum ſequen. quo caſu procedere poſſet
opinio *Affl. in d.conſtit. de quæſtioni-*
116 *bus* (quamuis vt dictum eſt)† requira-
tur etiam licentia domini illius loci,
iuxta *text.* ſingularem *in l. diuus Pius,*
& ibi Caſtrenſ. ff.de ſeruit. ruſtic.præ-
dior.Frec.in d.authorit.30.num.5. Ca-
piblanc. de Baron.pragm. 3. num. 146.
In tantum quòd † Barones nedum
licentiam prædictam habere debent à
Domino Prorege, (quia eorum iuriſ-
dictio limitata eſt ad certum locum,
& ideo nō licet excedere tenorem Pri-
uilegij) ſed etiam eam obtinere neceſ-
ſe eſt ab Illuſtriſſimo Senatu Panor-
mitano,ſi in eadem vrbe ius dicere in-
tēdunt,& ſic de ſingulis;licet (vt aliàs
117 dixi *lib.4. cap.4.*) melius † eſſet vt ipſi
in

*quæst.*228.*nu.*18.*Ant.de Ball. in tit.de quæst.lib.*4.*q.*2.*nu.*67.*Frec.de subfeud. lib.*2.*author.*18.*Vinc.de An.alleg.*130. *nu.*15. *Montan. de administ.*§.9. *nu.*5. *fol.*30.*& nu.*14.*fol.*191.*Vinc.de Fräc. dec.*43. *Aueudag. de exequ.mand. p.*1. *cap.*9.*n.*1. *Bouad.lib.*2.*polit.c.*16.*n.*50. vbi refert ita iudicatum,*& lib.* 5.*c.*4. *num.*2. & post alios *Muños de Escobar. de ratiocin.administr.c.*42.*num.*1.*cum*
135 *seq.*vbi † limitat si consuetudo esset in contrarium, secũdum *Cranet. d. cons.* 238.*nu.*4.eaq.tantũ legitime introducta esset,quando per ciues, siue consilium loci (Barone rationes reuidere volente) prohibitum fuisset quominus reuisio fieret, & ipse consenserit, ad not.per *glos.in l.qui luminibus,ff.de*
136 *seruit.vrban.prædior.*in Regno † tamẽ in pluribus locis Baronum mittuntur delegari per Tribunal Regij Patrimonij pro uisione cõputorum, vbi tamẽ aliqua suspicionis causa cum vassallis
137 considerari posset, aliàs † negandum minime erit de iure ad Barones hoc ius pertinere ex citatis Doctoribus nemine contradicente, quibus adde *Cæcer.variar.resolut.lib.*3.*cap.*3.*nu.*451.
138 vbi etiam quærit an † Rex possit à dictorum computorum ratione vniuersitatem liberare,*& c.*13.*nu.*119.*& seq.*
139 Amplia vigesimo, † quòd Barones possunt in eorum iurisdictione Consulatum constituere, & non Princeps eis inuitis,ita *Calsc.de iur.fisc. dubit.*8. *nu.*7.*lim.*59.*&* 60.*Cancer.post alios d. c.*13.*n.*168.*Guid.Pap.sing.*422.§.*vnũ, Petr.de Greg.Thol.syntag.iur.lib.*47.*c.* 37.*par.*3.
140 Amplia vigesimo primo,vt nec possint officiales Regij ĩ locis Baronũ exequi literas,nisi prius fuerint eorũ officialib.presentatę, si ad hoc fuerit requisiti, vel aliàs sup hoc extaret expressũ priuilegiũ,prout in plurib.Regni partib. extare vidimus,vt dixit *Bar.ĩ l.prohibitũ,C.de iur.fisc.lib.*11.*l.eũ qui in fi.* *ff.commod.Rebuf.de liter.regal. n.*6.*Capibl.de Baro.prag.*3. *n.*146. *& prag.*8. *nu.*80. *Boer.dec.*8. *Guid.Pap. dec.*446. *Pet. Pecch. de iur.fisc̃ãl. c.*16.*per totũ, Auend.de exeq.man.c.*11.*n.*8. *Azeued.ĩ l.*3.*tit.*5.*n.*5.*lib.*3.*recop.Bouad.lib.*2.*polit. c.* 20.*n.*28.vbi ait securiorẽ esse resolutionẽ,vt notificẽtur ad euitandos rumores,q oriri possent, *Amad.a Põt. ĩ q.Laudem.*24.*n.*55.*et* 56.licet cõtrariũ teneãt *Boer.dec.*8.*Guid.Pap.q.*346. *& Natt.cons.*580.
141 Amplia vigesimo secũdo,† quòd Barones cũ mero,& mixto Imperio põt interdicere alicui forensi, ne territoriũ feudale ingrediatur,vt notat *Bru. cõs.* 177.*& cons.*204.*lib.* 2.quod intellige aliqua iusta causa existente,*Cãcer.d.c.* 13.*nu.*314.*Afola super decret. Subaud. tit.de edict.aun.gl.*4.*n.*11.*Surd.cõs.*210. *nu.*15.*lib.*2.& an possit eijcere mercatores à loco, *Ann.sing.*54.
142 Amplia vigesimo tertio,† q Barones oẽs possunt sibi depingi facere eorũ arma ĩ locis publicis loci infeudati *Cãc.*
143 *d.c.*13.*n.*344.vbi etiam † ponit, quid si habeant criminales causas tantũ ad notat.*per Capic.dec.*27.*nu.*45. *Capibl. de authorit. Baron. pragm.*8.*num.*271. *Frecc.de subfeud. autho.*2.*num.* 20. *& Auth.*47.
144 Amplia vigesimo quarto,† in Barone habente Castrũ iure pignoris, quia mærum,& mixtum Imperium administrare poterit, cum ex eo deterius non reddatur, argum. *l. eleganter*, §. *fina.ff.de pignor.act. Guid. Pap. singul.* 477. *numer.* 5. *late Cancer. vbi supra nume.*366.
145 Amplia vigesimo quinto, † quòd Baronibus competant remedia possessoria pro impositionibus percipiẽdis, ad text. *in capitu. quarela, versic.fin.de electio. quem ibi* notant *Cardinal. Butr. Abb. & Imol. Afflict. decisio.*395. ubi ait hanc esse communem * opinionem Canonistarum,

L &

& quę practicatur,eamque confirma-
ri ex legib⁹ apud Hiſpanos, tradit *Ce-*
*ual.comm. contr.comm. q.*885.

146 Amplia vigeſimoſexto,† quòd Ba-
rones habentes mærum,& mixtũ Im-
periũ cognoſcere poſſunt de delictis ẽt
in via publica cõmiſſis, vt notat *Bald.*
*in l. ſi plures,n.*13. *C.de condict. infert.*
147 *Alciat.in c. quod ſedem, nu.*48. *de offic.*
*ordinar. & reſpon.*1. *lib.*7. ſunt † enim
viæ publicæ illius,cuius eſt territoriũ,
& quò ad hoc nõ ſunt publicę,ſed pri-
uatę; licet earũ vſus ſit publicus, & cũ
Baro habeat in toto territorio iuriſdi-
ctionem,nulli dubiũ eſt , quod ipſam
148 habeat in vijs,eo maximè quia† in ip-
ſius conceſſione veniunt, ad tex.*in l. ſi*
aliena ,§.hoc iure , ff. de vſucap. Cãcer.
*variar.reſol.p.*2.*cap.*2.*num.*90. *&* 91.
quæ opinio verior eſt de iure,licet in
149 practica contrarium ſeruari in Cata-
lonia referat) *Apeguer.in pract.crimin.*
*c.*15.*nu.*4.*cum ſeqq.Fontanell. de pact.*
*nupt. clauſ.*4.*gloſ.*14. *nu.*22.*& ſeq.*vbi
150 † limitat ſi Rex præueniſſet Baronẽ in
cognitione delicti in via publica com
miſſi,quo caſu teneret Baro quieſcere,
151 & abſtinere. Quidquid † tamẽ ſit de
præmiſſis in Regno Barones oẽs habẽ
tes męrũ,& mixtũ Imperiũ cognoſcũt
de q buſcũq. delictis,ĩ uijs publicis cõ-
miſſis,dũmodo ſint in eorũ territorio.

152 Amplia Vigeſimo ſeptimo,† quod
Barones habentes męrũ, & mixtũ Im
periũ poſſunt ad remigandum cõdem
nare, tàm ad tempus, quàm in perpe-
tuum, ad tex.*in l.* 2.*ff.de publ.iud.Bel-*
*lug.in Spec.Princ.rubr.*24.*verſ. & pri-*
*mo videamus,nu.*3. *Cancer. variar. re-*
153 *ſolut.lib.*2.*tit.*2.*nu.*45.licet † non poſ-
ſint condemnare ad beneplacitũ,cum
154 id † ſoli Principi liceat, ſed tempus de-
bet eſſe certum , ſecundum *Vincẽt. de*
*Frãch.dec.*370. *num.* 12. *Capibl.de au-*
*thorit.Baro.prag.*7. *num.*17. *cum ſeqq.*
155 ubi plura ponit de hac † clauſula ad be
neplacitum, *D.de Pont. in tract. de pe-*
test.Proreg.titu.de prouiſ.fier.ſolit.§.4.
156 *n.*14.Quinimò cõdẽnatio dẽt fieri ſu-
per Regijs triremibus , & ſic Principi
ſubditis,& nõ alienis , ſicut dicitur de
deportatis in Inſulã, ad tex.*in l.relega*
torum,ff.de interd.& releg.Capibl.de
*Baro.c.*7. *nu.*1.*&* 2. Et quamuis aliàs
158 fuiſſet orta dubitatio † ſi pęna prædi-
cta, qñ temporalis eſſet ad mixtũ Im-
periũ, ſeu ſimplicẽ iuriſdictionẽ tantũ
habentes pertinere poſſet; Attamẽ af-
firmatiuã poſt *Peregr. & alios* tenui-
mus opinionem *in dec.noſtra* 167.*nu.*
12.*p.*2.quã nouiſſimè defendunt *Fon-*
*tanell.de pact.nupt.clauſ.*4.*gl.*14.*n.*57.
cum ſeqq. vbi refert ita iudicatum, *Pe-*
*guer.dec.*16.*nu.*3.*& in pract.c.*12.§.9.
159 *nu.* 3. quod † in pęna annorũ quinque
infra in plebeis , & annorum quinque
in Caſtro contra nobiles apud nos re-
ceptum eſt, ad nota.per *Cumi.de ſind.*
*in cap.de ſententijs,nu.*46.*cum ſeq.* idẽ-
160 que † dicendum eſſet de pœna exilij
in perpetuum, quæ ad habentes mæ-
rum , & mixtum Imperium multò
magis competere non eſt dubitan-
dum, vt dixi *in deciſio.* 38. *nume.*5.*&*
ſequen. ex doctrina *Bartol. in l. Impe-*
rium, nu. 10. *ff. de iuriſdict. omn. iud.*
161 Nec † quidem allucinatum me fuiſ-
ſe auſus eſſet dicere Fontanel. (vir ad-
modũ doctiſſimus , ac eruditiſſimus)
*in loco citato, nu.*67.*in fin.* ſi deciſionis
caſum propoſitum penetraſſet, vbi de
exilio perpetuo agebatur, & aliter per
nos determinatum extiterat in exilio
ad tempus *vt ibi num.*14.ſed aliquãdo
bonus dormitat Homerus.

162 Amplia vigeſimo octauo, † ꝙ Ba-
rones habẽtes iuriſdictionẽ in Caſtro,
illã pariter habeãt ĩ mari ipſi adiacẽti,
vt dixerũt *Bellug.ĩ Spec.rub.*30.nã Prĩ-
163 ceps † cõcedendo Baroniã cũ termino
vr̃ cõcedere territoriũ ĩ mari adiacẽti,
& ſic oẽm iuriſdõnẽ in eo , vt notat̃ ꝑ
gloſ. in c.vbi maius, de elect. in 6.*l.*1. *C.*
*de claſſi.lib.*11.*et l.de ꝑrario,ff.ad l.Rod.*
Iact.

Iact. Bal. in l. beneficium, ff. de cõſt. Prin
cip. Ang. in l. Inſula, ff. de iudicijs, Rui.
conſ. 28. col. fi. vol. 1. Frec. ĩ tit. Quis dic.
164 Marcb. nu. 3. maxime † ſi ea Baro vti
ſolitus eſt, vt dixit idem Bellug. vbi ſu-
pra nu. 2. vel ex priuilegio ſibi expreſ-
sè conceſſa fuiſſet, aliàs enim difficile
eſſet in practica id obtinere, cum ſit de
Principi reſeruatis, ad tradita per Pe-
tr. de Greg. de conceſſ. feud. par. 8. q. 12.
Cancer. variar. reſol. c. 13. nu. 236. lib.
3. Oſaſc. dec. Pedem. 155. n. 8 t. Montal.
de feud. lib. 5. c. 7. verſ. tam & ſi ius pi-
ſcandi, Miſing. reſpon. 1. nu. 162. Decad.
11. Capibl. prag. 8. nu. 145. ver. item ex
165 cepta, & nu. 150. vbi ponit † de Inſula
conceſſa alicui, an extendatur ad ma-
166 re, ſed an ibi poſſit portum † ædifica-
re, vide D. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.
de diuerſ. prouiſ. §. de portu. nu. 1. cum
167 ſeq. licet hodie † in Regno ſtante ca-
pitulo 491. ſub Alfonſo Rege fuerint
Comitibus, Baronibus, & alijs feuda-
tarijs huiuſmodi littora maris remiſ-
ſa, & relaxata nõ obſtante, quod ĩ con
ceſſione fuerint expreſſe reſeruata, ſal-
uis tñ iuribus portus, & aliorũ iurium
rõne maris Regię Curię cõpetẽtibus,
ad notat. per Greg. in loco citato, & Bo-
nad. lib. 2. polit. c. 16. nu. 109. lit. C. & n.
217. & adde nouiſſimè Regner. Sext. de
168 regal. lib. 2. c. 3. n. 98. vbi ait, quod † ma
re, & eius littora nõ ſunt de Regalib.
169 Amplia vigeſimo nono, quod ſicut
Principes pñt in eorũ dominio facere
Caſtra, & Fortilitia ex Bal. ĩ conſ. 435.
incip. ſuper eo qđ quæritur, an nobilis mi-
les lib. 5. Boer. dec. 320. Auil. c. 22. Prat.
ver. Torres, Cali. de iur. fi. dub. 8. n. 17. et
Cancer. var. reſol. lib. 3. c. 13. n. 18. ita &
Barones prędicti nõ prohibẽtur in eo-
rũ feudis ædificare turres, ſeu Caſtrũ
cũ Fortilitio pro tutela, & defenſione
ſuarũ Terrarũ, eorumq. vaſſallorũ, ad
tex. in l. p prouintias, C. de ædific. priua.
& ibidẽ Bal. vbi ait, ꝙ multa ſunt de
iſtis Fortilitijs in Comitatu Floren-
tino, & in l. itẽ Lapilli, n. 5. ĩ princ. ff. de
rer. diuiſ. & ĩ d. conſ. 435. Cãcer. d. c. 13.
n. 386. idq. procedit ẽt ſine licentia do
mini directi, ſecundum Bal. vbi ſupra
Boer. dec. 320. nu. 4. Natt. conſ. 576. in
fi. Fab. de Ann. conſ. 72. n. 4. Rol. cõſ. 84.
nu. 21. lib. 2. qui aliud intelligunt quã-
170 do † fieret ex pecunia Principis, vel
fieret in loco limitrofio, ſeu fronteria,
quã vltimã partem territorij, ſeu Pro-
uintiæ vocamus, vt dixit Boer. d. dec.
320. nu. 16. Cald. conſ. 8. nu. 27. quo ca
171 ſu † poſſet etiã Rex ſibi capere Caſtrũ
pro ſecuro ſtatu Regni, ſoluto tamen
pretio, vt aliàs in Regno fuit ſeruatũ
172 in Terra Auguſtæ, licet hoc † non ſer-
uetur de facto, qa ſi vaſſalli hoc tẽta-
rẽt, malè ageretur cũ eis, niſi fieret ad
ęmulationẽ alterius, Doctores oẽs in d.
l. per Prouincias, Boer. d. dec. 320. n. 8. et
ſeq. vbi teſtat̃ de * cõmuni, & ſubdit,
173 ſatis dici † ad ęmulationẽ, quãdo ędi-
ficans minatus eſt alteri ſe id factu-
rum, vel quando ſibi hoc non erat ne-
ceſſariam.
174 Quod ſi eſſemus † in priuatis nulli
dubium eſt, quòd in proprio ſolo pñt
Caſtrum, ſeu Fortilitiũ ædificare pro
eorum defenſione, vt propriè loquit̃
tex. in d. l. per Prouintias, & ibi Bal. Ho
ſtienſ. Innoc. & alij ĩ Cap. Piſanis, de re-
ſtit. ſpol. Guid. Pap. ſing. 423. Rol. d. cõſ.
84. vol. 2. Boer. d. dec. 320. Secus tñ di-
175 cendum † eſſet in territorio, vbi Baro,
vel alius haberet iuriſdictionẽ, etiam
quod ſit locus proprius, vt tradit Affl.
in c. 1. Quæ ſint regal. in verb. Palatia,
nu. 5. qui ait, ita fuiſſe determinatũ, ad
notat. in d. c. Piſanis, Io. Andr. in c. ſi Ci
uitas de ſent. excomm. lib. 6. Andr. in cõ-
ſtit. Caſtra, & Turres, Luc. de Pẽn. ĩ Ru
br. de Metat. lib. 11. Bal. ĩ l. fi. C. de pact.
inter empt. & vend. & in c. 1. de cont.
inter domin. & vaſſall. Boer. latè d. dec.
320. Auend. de exeq. mãd. c. 20. Fõtan.
de pact. nupt. clauſ. 4. gl. 11. nu. 9. vbi pa-
riter idem iudicatũ fuiſſe per Senatũ

Cathaloniæ testatur, subdens, quod
ex quo constructio Turris, de qua age
batur respiciebat publicam vtilitatẽ,
quia fiebat pro defensione portus fuit
ꝑpea in eadẽ snia declaratũ, quod te-
nebantur domini licentiam cõcedere,
si petita fuisset cum impositione con-
grui census, *vt ibi per eum.*
176 Hinc est quod † Rex imminente ali
qua necessitate poterit Castrum Baro
nis munire, & fortificare, ad tex. *in l. si*
ita, §. 1. vbi Bald. in vtraq; lect. de vsu.
& habit. l. cuius, ff. de vsufr. Aut. in c.
1. §. nec dominus, de prohib. feud. alie. &
per Feder. Bald. & Prepos. in c. 1. §. quid
ergo, vbi etiam Affl. nu. 13. de inuest. de
re alien. fact. Alciat. cons. 235. Fulgos. in
l. diuus, §. licet, eod. tit. de vsu & habit.
Capic. dec. 27. Frecc. lib. 2. de subfeud.
author. 12. Rolãd. cons. 69. lib. .. Palat.
Run. in c. per vestras de donat. inter vir.
& vx. Vinc. Ann. in alleg. 94. n. 9. vol. 2.
dicens, ita fuisse iudicatum per Colla-
terale Consilium, *Vin. dec. 4. nu. 40. &*
41. D. de Pont. in tract. de potest. Proreg.
tit. de elect. official. §. 1. num. 25. & ita
sæpius determinauit Regia Camera
177 Summariæ, nec† teneretur Rex solue-
re aliquid Baroni, seu alteri domino,
cùm auferatur Castrum ad custodiã
tantum pro causa necessitatis, vt aliàs
fuit iudicatum in eadẽ Regia Camera
178 Sũmariæ, nã † & si Fiscus in omnibus
habeat ius prælationis, & quãdo vult
præferri, teneatur soluere iustum pre-
tium, ad tex. *in l. 1. C. de serui. qui pro*
pram. liber. accip. id tamen procedit
quando suis casibus rem illam appli-
care vellet, & de ea disponere, secus si
ad custodiam tantum, in quo casu mi
litare videntur *Iura & decisiones* rela-
179 tæ, qua† cessante debet illud restitue-
re priori domino, etiam sine expensa-
rum refectione, *Bal. in l. si aliquam, ff.*
de offi. Procons. & Lega. et in Auth. nũc
si hæres, sub nu. 2. C. de litigios. Rol. d.
cons. 69. nu. 29. vol. 1. & cons. 56. vol. 4.
Vasq. controuers. illustr. person. c. 6. Cu-
180 stodia † enim Fortilitij vassalli perti-
net ad superiorem *Gramm. dec. 53. nu.*
11. & inter consilia feudalia diuersorũ,
cons. 117. nu. 284. lib. 1. quamuis Ba-
181 rones teneantur munire eorum Ca-
stra, vt tradit *Bonad. lib. 4. polit. cap. 1.*
nu. 24. & c. 2. nu. 19. Surd. cons. 83. nu.
182 *7. Mandel. cons. 403. nu. 2.* quinimo &
posset dominus vassallum Baronem
cogere ad muniendum, & custodien-
dum Castrum sibi concessum pro tu-
tela sui status, vt post *Bal. in cons. 138.*
lib. 1. tradit eleganter *Natt. in cons. 557.*
sub nu. 5. Gars. de expens. cap. 21. nu. 31.
183 nisi † Baro non haberet modũ facien-
di talem impensam, ad tradita per
Vasq. & Rol. in locis citatis, & quando
vassalli teneantur ad refectionem Ca-
stri, seu murorum, vide *Vinc. de Franc.*
dec. 78. & post alios *Fab. de Ann. cons.*
184 72. Sed an † Baro possit Terram diru-
tã de nouo ædificare, & habitare? dic
quod nõ, nisi cum licentia Principis,
ad not. per *Affl. dec. 265. nu. 10. D. de*
Pont de potest. Proreg. tit. de diuers. pro
uisit. in princ. vbi alios cumulat.
185 Amplia trigesimo, † quòd Baro in-
uestitus de mæro, & mixto Imperio
potest vti clausula (non obstante,) &
(clausula supplentes) *Rui. cons. 187.*
vol. 2. attamen contrarium tenet *Bo-*
nadel. lib. 2. polit. c. 16. nu. 182. sicut di-
186 citur de eorum † rescriptis, cum clau-
sulis (sine figura iudicij & sola facti ve
ritate inspecta) quæ pariter fieri prohi
bentur, vt dixit *Capibl. de Baron. prag.*
8. num. 134. & Bernard. Pand. super
prag. 1. de ordi. iudicio. nu. 166. vbi limi-
187 tat † quatuor modis, *vt ibi per eum*,
& est expresse prouisum in Regno per
cap. 34. sub Alfonso Rege, vel rescri-
bere eorum officialibus, quod in causis
ordinarijs summariè procedant *Boss.*
de Princip. nu. 287. quem sequitur *Ro-*
land. cõs. 4. nu. 34. vol. 3. nisi in Comiti-
bus, & Marchionibus iura Imperij
haben-

habentibus, vt dixi *supra lib. 3. cap. 4. num. 262.*

188 Amplia trigesimo primo † quod criminosi, assecurari, & guidari possunt in loco Baronis, habētis merum, & mixtum imperium, *ad tex. in Auth. vt differēt. iudic. in princ. Bellug. in specul. Princip. rubr. 23. §. sed pone num. 15. versic. item quia Vital. de Clausul. verb. securitate pendente,* vbi ait quod
189 in sua † iurisdictione potest quis delinquētem guidare ad tempus, eo quod
190 † non est gratia, sed suspensio, *Vinc. de*
191 *Franc. decis.* 370. vbi limitat in officialibus Baronum, qui potestatem hanc nō habent, licet si casus capturę con-
192 tingeret, deberet relaxari, ne quis † sub fide magistratus decipiatur, *ad tex. in l. 1. C. de his qui veni. ata. impetr. Vinc.*
193 *de Franc. dec.* 258. nisi † esset bannitus à Rege, à quo Baro iurisdictionē haberet, vt tradit *Baiard. ad Clar. quaest. 71. num. 22. Bonadill. lib. 2. polit. cap. 16. num. 126. Frecc. de subfeud. lib. 2. auth. 45. num. 1. & 2. Afflict. dec. 4. Cancer. variar. lib. 3. cap. 13. nu. 239.* vel essent foriudicati, & lattones, vt post *Frecc. in loco citato dixit Capibl. prag. 6. n. 75. & seq.* vbi alijs modis limitat.

194 Amplia trigesimosecundo † vt huiusmodi Barones possint cōcedere saluamguardiam, hoc est recipere sub eo rum protectione, vt post alios dixit *Farinac. de carcerib. & carcerat. quaest. 29. num. 102. vsque ad finem,* maximè
195 † si id fieret ꝓ securitate alicuius subditi, ne ab eius inimicis offendatur, secundum *Angel. in l. vtimur, num. 4. ff. de sepul. viol. Paris. cons. 168. per totum volu. 4. Frecc. in loco citato Auil. in cap. 2. prat. nu. 7. & 8. Auēd. de exeq. mand. cap. 11. nu. 3. & 4.*

196 Amplia trigesimotertio † vt sub cōcessione meri, & mixti imperij facta Baroni, veniant etiam carceres, & eorum custodes, *Clar. in §. fin. quaest. 46. num. 3. Cancer. lib. 2. Variar. resolut. tit. 2. nu. 57. Auil. cap. 18. Prat. in verb. carcer, & in verb. seq.*

197 Amplia trigesimoquarto † quod cōcesso mero, & mixto imperio in vno loco censetur etiam cōcessum in omnibus alijs locis eiusdem domini, vt post *infinitos* tradit *Menoch. in consil. 1002. num. 8. vol. 11.*

198 Amplia trigesimoquinto † vt Barones ex cōcessione meri, & mixti imperij fiscum habeant, quod intellige vt *supra* dixi *cap. 10. Regal. 1. ver. rursus nec Barones.*

199 Amplia trigesimosexto † vt Barones habentes merum, & mixtum imperium cognoscant de crimine vsurarum, vt fuisse iudicatum per Sacrum Consilium iunctis, & vnitis omnibus
200 aulis testatur *Vinc. in dec. 237.* in † quo per Const. Regni, Vsuratiorum, pęna est publicationis bonorum, licet ipse contrarium seruatum vidisse subdat in Regijs audientijs, sed non est recedendum à sententia Sacri Consilij, quæ confirmatur ex dictis per *Iacob. de Sancto Georg. in ver. & in mero, & mixto imperio, Capibl. de Baron. prag. 8. num. 110.*

201 Amplia trigesimoseptimo † quod vassalli non possunt se congregare pro detinendo consilium absq. licētia Baronis vt dixit *Vinc. de Franc. dec. 446.*
202 quæ † hodie cessat, cum ibi interuenire debeat suus officialis, & ab eo fieri ꝓpositio, vel eo pręsente, *ad tex. in l. 2. C. de decur. vbi gl. in ver. magistratus, Capic. decis. 27. num. 22. cum alijs* relatis apud *Vincen. de Anna alleg. 52. nu. 77. vbi Addict.* nouissima, *& in sing. 388. Cancer. Varia. resolu. lib. 3. cap. 13. nu. 163. Auend. de exeq. mand. lib. 2. cap. 15. ver. dicunt tamen. Sese de inhib. iusti. Arag. cap. 29. §. 1. num. 23. & seq.*
203 Licet † si agendum erit contra Baronem, vel eius officiales sufficiat licētia Excellentissimi D. Proregis, suique supremi Magistratus, & pariter licentia

tia

tia Baronis petita, & non obtenta, secundum eum, quem sequitur *Capibl. de Baron. prag.* 10. *num.* 56. sed in Regno non conceditur licentia ab Illustrissimo Prorege, nisi audito Barone iuxta formam *Capitul.* 64. sub Rege Ioanne.

204 Amplia trigesimooctauo † etiam ratione contumaciæ vassallorum, contra quos licet prorogata dicatur iurisdictio, respectu tantum Baronis nihil impedit quin suo nomine remissionẽ petere possit *Capic. dec.* 9. *lim.* 1. *Vincen. de Franc. dec.* 411. *Fab. Anna cons.* 107. *vol.* 2. *& post alios Dom. de Pont. de potest. Proreg. titu. de electio. officia.* §. 1. *num.* 22.

205 Amplia trigesimonono † quod Baro potest cogere vassallos ad se ipsos armandum pro capiendis latronibus, & malefactoribus, vt dixit *Luc. de Penn. in l.* 1. *C. de rustic. ad vll. obseq. lib.* 11. *Cassan. in cõsuet. Burgund. rubr.* 1. *tit. de droit.* §. 4. *circa princip. nu.* 1 t. *Canc er. variar. resol. lib.* 3. *cap.* 13. *nu.* 62. & in materia plura addit *Capibl. de Baron. prag.* 19. *num.* 35. *cum seqq.*

206 Amplia quadragesimo † quod habeant iura doghanæ *Petr. de Greg. de concess. feud. part.* 7. *quæst.* 3. *num.* 8.

207 Intellige † tamen prædicta, quòd Barones, & alij feudatarij, habentes merum, & mixtum imperium, teneãtur, & debeant illud exercere iuris, & ritus ordine seruato, nõ autem ex abrupto, & ex processu informatiuo, *ex cap. Regni* 34. sub Alphonso Rege, quod fuit inde confirmatum per Regiam *Pragmaticam primam, tit.* 27. *tom.* 2. vt dixit *Petr. de Gregor. in tractat. de concess. feud. par.* 7. *quæst.* 2. *nu.* 21. *&* 22. subdens rationem esse, quia Rex concedendo alicui merum, & mixtum imperium, intelligitur cõcessisse, vt illud exerceat cum debita causæ cognitione, & non cum illa plenitudine potestatis, quam Rex concedens habebat, vt voluit *Innoc. in cap. cum ad monasterium. glos. nisi ex causa, in fine de stat. monach. Felin. in capit. qua in ecclesiarum, num.* 32. *declarat.* 4. *de constitut. Capibl. de Baron. prag.* 8. *num.* 53. *cum seq.* & diximus supra *cap.* 12. *num.* 47.

208 *lib.* 1. & propterea † non possunt Comites, & Barones in delictis arduis cõtra delinquentes ad torturam procedere, nisi concluso prius processu iuxta formam Ritus Regni, nisi † forte super hoc obtinuerint dispensationem à Principe, quæ hodie stantibus *literis* Regijs datis Madrid die 8. Aprilis 1591. *cap.* 12. debet omnino expediri

209 ta formam Ritus Regni, nisi † forte super hoc obtinuerint dispensationem à Principe, quæ hodie stantibus *literis* Regijs datis Madrid die 8. Aprilis 1591. *cap.* 12. debet omnino expediri

210 in casibus atrocioribus, in quibus † palatino modo tantum procedi potest,

211 & quando ex † aliqua iusta causa in huiusmodi delictis necessarium esset procedere ad compilationem processus, id fieri permictitur prçcedente voto iudicum, audito fisco, Hæ † tamen

212 literæ potestatis dirigũtur ipsis Baronibus, & non alteri, aliàs eorum iurisdictioni præiudicaretur, cum eam habeant priuatiuè concessam, vt notat *Anton. de Ball. lib.* 3. *de liter. dispensat. præmiss.* 8.

213 Intellige secundo † quòd Barones habentes merum, & mixtum imperiũ detinere habeant eorum territoria secura à latronibus, aliàs tenerentur ad omnia damna, vt dixerũt *Luc. de Pẽn. in l. annonas, C. de erogat. milit. ann. lib.* 10. *Anendag. de exequ. mandat. cap.* 1. *num.* 12. *vers. aut enim quæritur, Bonadill. lib.* 2. *polit. cap.* 16. *num.* 49. *Palat. Rub. in cap. per vestras, ad finem, ampl.* 9. *num.* 8. *&* 9. *fol.* 546. *de donat. inter vir, & vxor. Burg. de Paz, in l.* 3. *Thaur. nu.* 453. *cum simil.*

214 Prædicta † tamen conclusio sic ampliata pluribus modis limitanda, & intelligenda venit, quandoquidem, & si verum sit, quòd Princeps alicui iurisdictionem concedens in perpetuum in aliquo loco, maxime cum mero, &

mixto

mixto imperio, non possit in vassallo-
rũ causis aliquo modo se intromictere-
re,cũ priuatiuè quò ad se,& alios Ma-
gistratus concessisse videatur, *vt supra
lib.3.cap.2.num.46.* explicauimus.at-
tamen plures sunt casus, in quibus li-
cet Principi ratione supremæ iurisdi-
ctionis penes ipsum residentis, & re-
seruatæ, vt pluries dictum est, huius-
modi causas cognoscere, non obstan-
te meri,& mixti imperij concessione
215 Baronibus facta; quorũ primus † erit
quando in consequentiam, & ratione
connexitatis se intromictere in feudo
Baronis, eiusq; iurisdictione necessa-
rium esset vt post *Anebaran. concludit
Cassan.in cons.43.nu.17.Marcabr.cons.
13.num.115.& seq. Capibl. de Baron.
pragm.8.num.250. Regnier. Sextin in
tractat. de Regal. lib.1. cap.8.num.12.*
& faciunt tradita *per Capic.decis.121.
& in dec. nostra 138.lib.2.*
216 Secundus † casus est in delictis in
eodem priuilegio cõcessionis per Re-
gem exceptis,de quibus *per Bellug. in
Specul. Princip. rubr.11.§. ex quo pra-
diximus,vbi D.Camill.Borell. in addit.
Azened. in l.1.tit.16. noua recoll. Fon-
tanell. de pact. nupt. claus.3. glos.3. nu.*
217 47. subdens quòd † neque in casibus
prædictis iurisdictionem prorogare li-
ceret,ex multis Doctoribus quos ipse
cumulat, & in his potest omnes actus
iurisdictionales exercere, vt dixit *Rol.
in cons.80.vol.3.*
218 Tertius † casus est in publicis,& fa-
mosis latronibus, quorum causæ ad
Barones nõ remictuntur,sed à capien-
te puniri debent, vt sepius in Magna
Curia iudicauimus,ad notat. *in decis.*
119 *nostra 147.nu.4.* vbi pariter † habetur
qui nã sint isti latrones publici, & an
220 comprehendantur † Piratæ maris vi-
de *Vinc.de Franch.decis.142.*
221 Quartus † est casus vbi de Baroni-
bus, & Vassallis Bannitos receptanti-
bus ageretur,ex *Pragmat.* Imperiali 4.
*sub tit. de pan. cleric. & laic. bannit. re-
cept. Vinc.de Franc.decis.470. Calic.de
iur. fisc.dubit.8.num.169.Do. de Ponte
in tracta. de potest Proreg. tit.de prouis.
fier. solit.§.3.num.27.& 47.cum seqq.*
vbi videtur tenere contrarium; idque
fuit nouissimè declaratum p Catho-
licum Regem nostrum in quodam li-
terarum Regiarũ capitulo ibi,*Y quan-
to ala otra duda se el conosimiento delas
causas de reçettation perteneçe ala Grã
Corte, e alos Barones tenendo ellos el
mero y misto Impero, no ay para que se
vea esto poner en duda; si no que se ten-
ga por resoluto,que la Regia Corte ha de
conosser, y no otro Magistrado como por
nos esta ordinado y declarado.*
222 Quintus † est casus vbi de assecuran-
dis delinquentibus,ac debitoribus in
eorum Baronijs agendum esset,quod
Baronibus prohibitum est nõ obstan-
te quacumque cõsuetudine,vel priui-
legio, *ex Cap.Regni 71.*sub Alphonso
Rege, alijsq; similibus *cõstitutionibus*,
de quibus per *Petr.de Greg. in tract. de
concess. feud. part.7. quæst.2. num.24.*
idemque cõfirmatur de iure commu-
ni,vt notant *Bald. Aluarot.& praposit.
in cap.1.§. si iudex, in 1. notab. de pac.
tenend. & alij* relati *supra ampliat. 31.*
223 Sed quid † stante aliqua iusta causa
vide *Vinc. de Franch. decis.370.Frecc.
lib.2. de subfeud.authorit.45.latè D.de
Ponte de potestat. Proreg. tit. de prouis.
fier. solit. §.4.nu.53.cum seqq. Regner.
Sextin. de Regal. lib.2. cap.2.nu.44.*
224 Sextus † est casus in causis appella-
tionum, (de quibus dixi *supra lib. 3.
cap.8.*
225 Septimus † est casus vbi Baro, vel
eius officialis esset negligẽs in punien-
do subditũ suum delinquẽtem, quia
tunc Princeps potest manum impo-
nere, & criminosum punire, *Gramma.
decis.30. Brun. cons.31.num.7.& cons.
120.vol.2.Soc.iun.cons.126.vol.3.Cã-
cer.variar.resolut. lib.3.cap.13.nu.56.*
&

& 282. vbi infinitos cumulat Anēdag.
de exequ. mandat. lib. 1. cap. 5. num. 12.
Bouadill. lib. 2. polit. cap. 16. num. 87.
Cabed. decis. 85. par. 2. Capibl. post alios
de author. Baron. pragmat. 3. num. 122.
Roland. cons. 80. num. 12. vol. 2. Bellug.
in specul. rubr. 24. vers. postremo, sub
num. 6.
226 Octauus † est casus vbi Baro non
expediret causam subditi infra termi-
num sibi à Principe assignatū sub pœ-
na auocationis, vt in Regno fieri con-
sueuit, vt dixit Plot. cons. 24. num. 26.
cum plurib. seqq. Surd. cons. 56. nu. 26.
& cons. 152. nu. 31. & dixi in dec. 147.
num. 20. Gramm. vot. 28. Capibl. in loco
227 citato, vbi ait quod † hæc comminatio
semper fieri deberet per maiorem Ma-
gistratum, quando fiunt remissiones
causarum, Frec. de subf. lib. 2. Auth. 1 r.
228 qui † hoc intelligit quando causa esset
in statu quo posset expediri.
229 Nonus † est casus vbi Baro esset in
dolo, & delicti particeps vt concludit
Apostill. ad Martin. Land. cons. 37. nu.
39. vel haberet interesse, Soc. iun. d. cōs.
126. Natt. cons. 580. & 614. num. 9. &
seq. & dixi in d. dec. 147. in fine.
230 Decimus † est casus ratione publi-
cæ vtilitatis, nā potest superior se in-
tromictere in feudo vassalli, vt per eā-
dem Apostill. vbi supra num. 40. adeo
231 qđ in casu prædicto † posset Princeps
pręcipere Baroni, etiam habēti merū,
& mixtum imperium vt aliquem ca-
piat absque informatione, & ad eum
trāsmictat, nec tenetur declarare cau-
sam vt dixit Ias. in l. magistratibus, ff.
de iurisdict. omn. iudic. quem sequitur,
Auend. de exeq. mandat. lib. 1. cap. 11.
num. 11.
232 Vndecimus † est casus in crimine le-
se maiestatis, Soc. iun. d. cons. 126. num.
38. Natt. cons. 580. Boss. de princip. nu.
28. intelligendo tamen secundum ea
quæ tradit Crauett. cons. 128. Brun. d.
cōs. 31. num. 12. qui tamen casus sem-
per est exceptus per ipsam inuestiturā,
seu cōcessionem ad tradita per Capibl.
pragmat. 8. num. 55. cum seq. Vincen. de
Franc. decis. 275.
233 Duodecimus † est casus quando
causa fuisset auocata ob priuilegium
viduarum, vel alio modo, ad text. in l.
vnic. C. quand. imper. inter pup. & uid.
D. Tapp. lib. 3. iur. Regn. sub titul. vbi de
crimin. ag. oport. nu. 40. Bellug. in specul.
Princip. rubr. 23. §. sed pone nu. 6. cum
seqq. & dixi in d. decis. nostra 147. num.
234 28. & seqq. vbi † etiam posui quando
vassallus poterit variare, & iterum eli-
gere curiā Baronis, ad notata per Af-
flict. in constitut. statuimus num. 34. &
35. Capibl. pragm. 8. num. 154. cum seq.
& 165. vbi pulchra adducit circa hu-
iusmodi variationem.
235 Sed an † auocata causa ad curiam
Principis, censeatur etiam auocata ne
dum quò ad pœnam corporalem, sed
etiam quò ad bonorum cōfiscationē,
vti accessoriam, & dicēdum est quod
sic, iuxta tradita in decis. nostra 145.
num. 39. Cassan. in consuetud. Burgund.
rubr. 1. §. 5. vers. & quoniam, num. 395.
Auendag. de exeq. mand. cap. 11. nu. 11.
in fine, & cap. 18. num. 2. AZeued. in l. 1.
num. 33. tit. 1. lib. 4. recopilat. Bouadill.
lib. 2. politic. cap. 16. nu. 112. cum seqq.
236 nisi † Baro præuenisset in causa, quia
tunc pęna, & bonorum confiscatio ad
Baronē pertineret ad notat. per Amad.
à Pont. quæst. 24. Natt. cons. 580. cum
alijs relatis per Cancer. lib. 3. variar. re-
solut. cap. 13. nu. 392. cum seqq. de quo
tamen articulo plura alibi dicturus sū
in 3. p. decisionū, & pro nunc nihil firmo.
237 Decimus tertius † casus est vbi pau-
per à diuite, vel potēte opprimeretur,
Landen. de Princip. quæst. 404. quod
intelligo si Baro potentem, & diuitem
protegeret, aliàs secus.
238 Decimusquartus † casus est vbi Ba-
ro malè versaretur erga suos subditos,
nam tūc Princeps cognoscit, & posset
etiam

etiam de iure eum priuare iurisdictio-
ne, quia abutitur dominio sibi conces-
so, ideoq; dominari non mæretur, vt
concludit Curt. cons. 137. Laud. de Prin
cip. q. 451. Berous consil. 76. n. 11. vol. 3.
Gramm. dec. 104. Natt. consil. 614. Ioa.
Frãc. de Leonar. de magistr. c. 5. nu. 11.
Cãcer. variar. resol. lib. 3. c. 3. nu. 89. D.
de Pont. dec. 16. n. 34. Peguer. dec. 36. vbi
239 hoc † intelligunt quando præcessisset
trina monitio, ad tex. cũ gl. in cap. 1. de
milit. vass. qui cont. est, Boss. de Princip.
n. 55. & seq. & dixi in cõsil. vnic. impress.
post primam partẽ decision. nu. 18.

240 Decimus quintus casus † est (& nõ
sine aliqua controuersia) quãdo Prin-
ceps aliquid mandat per legẽ genera-
lem, quo in casu potest se intromitte-
re ĩ iurisdictione Baronis, vt cõcludit
Laud. de Princip. q. 72. & Add. ad eũ
in cons. 37. nu. 38. Plot. inter cons. crimi-
nal. cons. 133. n. 38. vol. 1. Boss. de pœn.
nu. 25. & de regal. nu. 33. Rolan. de Lu-
er. dot. q. 85. nu. 5. Surd. cons. 53. num. 5.
241 eo quod † omnis legum potestas est in
pectore Principis, vt inquit Bal. in l. fi.
in 1. lect. in princ. ff. de Senat. per tex. in
l. qui agros, C. de omn. agr. desert. lib. 11.
242 Et propterea † posset hac via suorũ feu
datariorum iurisdictionẽ moderare,
secundũ Boss. de for. compet. nu. 49. Ro-
lãd. cõs. 1. num. 137. & cõs. 80. volum. 2.
Natt. cons. 487. Cefal. cons. 12. num. 29.
Surd. cons. 74. & 79. eoq; pertinet de-
cretũ illud de maiori Magistratu, qd̃
ferè in oĩb. Lombardiæ partibus ob-
seruatʼ, ſm Plot. ĩ l. si quãdo, C. vnde vi,
ĩ interpretatione dicti decreti, Boss. ĩ lo-
co citato, Maccabr. cons. 13. & 99.

243 Cõtrariã tũ † opinionẽ tenuit idem
Boss. ĩ tit. de pæn. n. 27. Pancir. cõs. 185.
n. 12. Berett. cõs. 38. Surd. cõs. 152. vol. 2.
Cefal. post plures ĩ cõs. 302. n. 67. & seq.
vol. 3. dicẽs, ꝙ inuestiturã feudalẽ Prin
ceps lędere nõ põt, ẽt legẽ cõdẽdo, vel
iurisdõnẽ exercendo, suadẽte maximè
244 publica vtilitate, aliàs enim † per indi-
rectum aperta esset via Principi cõtra-
ctũ suũ eneruare ad libitũ, cõtra tex. ĩ l.
245 digna vox, C. de leg. eo magis qñ ius est
quæsitum de iure naturali, vel gentiũ,
246 & sic verum nõ est, quod † possit mode-
rare Princeps iurisdictionẽ vassallorũ,
licet possit moderare iurisdictionem
suorũ iudicum, & si per indirectũ præ-
iudicet tertio, vt respõdet Becc. cõs. 56.
num. 43. Luc. de Penn. in d. l. qui agros,
247 vbi ait, quod † lex illa loquiť in locatio-
nibus postea factis, qd̃ censeãtur factę
sub illa lege, vt euitetur oĩs absurditas,
& contra decretum de maiori Magi-
stratu latè rñdet Ias. consil. 1. Soc. iun.
cons. 126. volu. 3. Soc. sen. cons. 75. nu. 3.
vol. 4. Bec. cõ. 55. & 56. n. 20. Boer. cons.
45. & cõs. 146. nu. 8. vol. 3. Sed prima
248 † opinio seruatur in practica, licet de
iure verior sit secunda, maxime circa
249 † delationem armorũ, Mart. Laud. de
Princip. q. 72. Boss. de pæn. nu. 25. Natt.
cons. 580. vbi ex aliorum mente prędi-
ctas opiniones conciliare conatur.

250 Decimus sextus † casus est, quan-
do vassalli per Principẽ fuissent con-
demnati, seu foriudicati, quo casu Ba-
ronibus remissio nõ competit, vt post
Salyc. in l. 1. C. vbi de crim. ag. oport. &
Bal. in l. executorẽ, nu. 23. C. de execut.
rer. iud. dixit Vinc. de Ann. sing. 56. vbi
refert ita iudicatũ in Collaterali Cõ-
silio, Capiblanc. pragma. 8. num. 230.
Caren. Rit. 231. nu. 2. cum alijs relatis
in nostra dec. 147.

251 Decimus septimus † casus est, vbi
qualitas delictorum, & eorum graui-
tas, ac exorbitãtia illud requirat pro-
pter publicum bonum, quibus casi-
bus consueuit causas determinari per
Curiam Principis apponendo clau-
sulam in decretis (pro illa vice tantũ
citra præiudicium iurisdictionis Ba-
ronis) vt dixit Dom. de Pont. in tracta.
de potesta. Prореg. titu. de elect. official.
§. 1. num. 19. & 24. licet contrarium
teneat Camill. de Curt. de feud. par. 1.

§. *potest. quoque, nu.* 12. subdens, quòd hoc fieri non potest, & si fit est ꝯ ius.

252 Decimus octauus casus est,† quando per vassallos offenderetur officiales Regij in exercitio officij, ad text. *in l. nullum, C. de test.lib. Vinc. de Franc. dec.* 712. secundum quam opinionem fuit pluries iudicatum in Magna Curia, vt dixi *in d. dec.* 147. *nu.* 16. *& seq.*

253 Decimus nonus † casus est, quod Princeps, & superior in causis coram eo, vel eius Magistratu pēdentibus potest in Terris infeudatis citare subditos feudatariorum ad perhibendum testimonium, vt dixerunt *Natt. in conf.* 347. *num.* 12. *conf.* 580. *num.* 1. *& conf.* 614. *nu.* 8. *& seq. Cancer. lib.* 3. *variar. c.* 13. *sub nu.* 335.

254 Vigesimus casus † est, vbi vassalli delinquerēt in Curia Pricipis, ad notat. per *Vinc. de Franc. in dec.* 129. *nu.* 2. *Capibl. pragm.* 8. *num.* 116. *&* 234. & est expresse prouisum in Regno per Regiam Pragmaticam.

255 Vigesimus primus † casus est, quādo id Princeps faceret per viā gratiæ, quæ vassallis Baronū fieri potest, vt latè prosequit *Camill. de Curt. de feud. p.* 2. §. *potest quoque, nu.* 16. *cum pluribus seqq.* vbi refert ita iudicatū *Bonad. lib.* 2. *polit. c.* 16. *nu.* 123. *& seq.* & dixi *in comment. ad Indult. c.* 2. *n.* 1. *cū seq. c.* 3. *n.* 21. *& c.* 44. *n.* 5. *D. de Pōt. de potest. Proreg. tit. de prouis. fier. fols.* §. 4. *nu.* 45.

256 Vigesimus secūdus † casus est, si ageret de excessibus officialiū regiorū delinquētiū in loco Baronis, quorū cognitio spectat ad solā M.C. ex antiquissima Regni cōsuetudine, vt aliàs dixi *in d. dec.* 147. *n.* 24. *Cācer. lib.* 3. *var. resol. c.* 13. *n.* 221. *Capibl. prag.* 8. *n.* 122. li-

257 cet† sec^o fit si delinquerēt extra officiū *Guid. Pap. dec.* 328. *Boer. dec.* 9. *Baueri. sing.* 21. *incip. causa cognitio, n.* 6. & post alios *Cancer. vbi supra, & Caball. lib.* 1. *resol. crim. cas.* 53.

258 Vigesimus tertius † casus est, quādo vassallus delinquens domesticus esset Baronis, vel aliqua alia vrgeret causæ suspicio, ex qua præsumendum esset ꝙ Baro ad quem remissio facienda esset, eum non puniret, secundum *Afflict. in l.* 1. *tit.* 16. *lib.* 8. *n.* 45. *cū alijs relatis i d. dec.* 147. *n.* 32. *vsque ad fi.*

259 Vigesimus quartus † casus est, qñ Princeps esset in loco Baronis, qa tūc locum haberet præuentio, & non obstante quacumque concessione potest erigere baculum iustitiæ per omnia loca infeudata, vt dixit *Cancer. lib.* 3. *var. resol. c.* 13. *nu.* 355. *Natt. conf.* 580. *n.* 4.

260 Vigesimus quintus † casus est, ꝙ per quantumuis verba generalia, vel prægnantia concedat Rex alicui iurisdictionem, ac mærum, & mixtum Imperium, nunquam tamē censetur ademptū vassallis ius recurrendi pro grauaminibus illatis ad Principē, ita *Luc. de Penn. in l. in sacris, C. de prox. sacr. scrin. lib.* 12. *Con. in repet. regulæ possessor, i* 2. *p.* §. 20. *de reg. iuris in* 6. *Capibl. de Baro. prag.* 3. *nu.* 4. *cum seq.*

261 Vigesimus sextus † casus est in causis iuris Portulaniæ in loco Baronis, cuius iurisdictio ad Regem pertinet, nisi in specie huiusmodi ptās Baronibus concedatur, & in priuilegio legat, vt tradit *Minad. in constit. Regni in aliquibus, in verb. Comitum, & Baronum,* vbi refert ita iudicatum, *D. Tapp. de cōstit. Princip. c.* 2. *p.* 1. *nu.* 57.

262 Vigesimus septimus † casus est, quòd pōt Rex Visitatorem mittere, ꝙ feudatariorum loca visitet, vt dixit *Bald. in conf.* 328. *n.* 10. *Capic. in c. Imperialē, in verb. Princeps, de prohib. feud. alien. per Fider. Bonad. lib.* 2. *polit. c.* 16. *n.* 51. *Capibl. de Baro. pragm.* 3. *nu.* 41. subdēs

263 hoc hodie † non seruari *D. de Pont. in tractat. de potestat. Proreg. titu. de elect.*

264 *official.* §. 1. *nume.* 59. qui † hoc intelligit, quando feudatarius malè tractaret subditos, vel dilapidaret feudum, seu grauia onera imponeret, secundum

cundum Doctrinam *Bald. in loco cita-*
265 *to.* In tantũ † quod seclusis casibus p̄-
dictis, in quibus cognitio est Illustriss.
Domini Proregis, nõ posset Visitator
Generalis cognoscere de excessib⁹ Ba
ronum, vt aliàs fuit determinatum ex
mādato Regio, teste *D. de Põt. vbi sup.*
166 Vigesimus octauus† casus est in cau-
sis vassallorum habẽtiũ saluãguardiã
à Principe ex aliqua iusta causa, ad no
tata per *Guid. Pap. dec. 62. Grãm. dec.*
104. *Capibl. de auth. Baro. prag. 3. n. 73.*
cum seqq. Cãcer. var. resol. lib. 2. c. 2. n.
167. *& lib. 3. c. 13. nu. 160. Frec. de sub-*
feud. lib. 2. auth. 8. Petr. de Greg. de con-
cess. feud. p. 8. q. 16. n. 6. Azeued. l. 2. tit.
9. *lib. 8. recopil. cum alijs*, de quibus in-
fra dicemus, *lib. 5. c. 6.* & quid si delin-
quat in Terra Baronis, vide *Vinc. de*
Ann. alleg. 44. nu. 4.
267 Vigesimus nonus† casus est, in deli-
ctis cõmissis extra territoriũ Baronis,
vt dixit *Bonad. lib. 2. polit. c. 16. n. 105.*
nisi† in priuilegio Baronis adesset clau
sula (etiam quòd alibi deliquerint) de
quo vide *Minad. dec. 18. Vinc. de Fran*
ch. dec. 505.
268 Trigesimus casus† est, vbi ageretur
de concedẽda sepultura cadaueribus
punitorũ, ſm *Capic. in inuest. feud. in*
ver. feudorũ clausula, ver. maro, & mix
to Imperio, Iac. de S. Georg. de feud. in
eodẽ, verb. nu. 8. & 10. & in verb. Prin-
ceps, col. 17. Camil. Borell. de praest. Reg.
269 *Cathol. c. 71. n. 374.* vbi idẽ† ampliat in
Magistratibus, ad tex. *in l. 1. in fi. C. de*
cadauer. punit.
270 Trigesimus primus casus est, in cri-
mine falsę† monetę, ad nòtat. p *Grãm.*
in cons. 6. Decia. ĩ tract. crim. to. 1. lib. 4.
c. 52. Borell. de praestã. Reg. c. 12. nu. 90.
cum seq. cum alijs supra relatis, nu. 232.
quod intelligo si exceptio repetiaẽ in
priuilegio, aliàs secus, ſm *Afflict. de*
regal. in ver. moneta, nu. 30. Peregr. cõs.
3. *nu. 23. vol. 4.* subdens quod ẽt potest
facere ædictũ, extinguendo monetas,
adulterinas à suo statu, seu Castro.
271 Trigesimus secundus† casus est, vbi
ageretur de cõcedẽdo actũ impunita-
tis delinquẽtibus, ad effectũ capiendi
bãnitum, vel vt delictũ aliqđ in clato
ponant *Bonad. lib. 3. polit. c. 13. sub nu.*
12. cum id ad Principẽ tantũ, & Regẽ
pertineat, vt dixi *supra lib. 3. c. 4. refer.*
55. *num.* sed quod hoc cõpetere possit
Baroni, vr̃ tenere *Capibl. de Baro. prag.*
272 *6. n. 60.* qđ intellige† si haberet ptãtem
ex priuilegio, vt ibi pręsupponit, aliàs
eius dictũ non põt substineri, per tra-
ditis *in loco citato.*
273 Trigesimus tertius† casus est in con
cedẽdis dilationibus, siue moratorijs
debitoribus, cum sit de Principi reser-
uatis, vt dixit *Bonad. lib. 2. polit. c. 16. n.*
125. & dixi *supra d. lib. 3. c. 4. referu.*
83. idq. Baronibus prohibitũ est ẽt cõ
currentibus creditoribus *Capibl. prag.*
274 8. *nu. 145.* nisi † aliud esset de consue-
tudine receptum.
275 Trigesimus quartus † casus est, qđ
Baro nõ potest reuocare sñiam per eũ
latam etiã quod de innocentia condẽ-
nati sibi cõstaret, vt dixit *Ant. Gomez.*
in l. 40. Thaur. n. 10. vers. 4. Bonad. d. l.
2. *polit. c. 16. nu. 146.*
276 Trigesimus quintus † casus est, vbi
esset imponenda collecta vassallis, q̃a
tũc Baro, vel Comes id facere prohi-
bẽt, vt dixit *Bald. in l. cum multa, in fi.*
ver. extra quaro, C. de bo. quæ liber. Luc.
de Penn. in l. contra nu. 13. & seq. C. de
re milit. lib. 12. Io. Franc. de Leon. de ma
277 *gis. c. 5. nu. 12. & 13.* cum earũ† imposi-
tio sit de regalibus, quæ soli Principi
cõpetunt, vt dixerũt *Andr. & alij in c.*
1. in ver. extraordinaria, quæ sint regal.
278 etiam † si Barones haberent merum,
& mixtũ Imperiũ, vt post *Bart. in l. 1.*
in vlt. col. C. de excus. muner. lib. 10. di-
xit *Iac. de S. Georg. de feud. in ver. & cũ*
maro, & mixto Imperio, Pet. de Greg. de
cõcess. feud. p. 7. q. 7. nu. 1. cum seqq. Ca-
pibl. de Baro. prag. 1. n. 87. Fab. de Ann.

conſ.59.& 60. niſi†cõceſſio facta fuiſ-
ſet cum regalibus,ſecũdũ *Bal.in d.l.cũ
multa,in fi.* vel imponeretur ex cõſue-
tudine, vel præſcriptione tanti tpis,
cuius initij in ꝯrium memoria nõ ex-
taret, vt dixerunt poſt *alios Surd. cõſ.
239.Oſaſc.conſ.31.Vinc.de Franch.dec.
56.* vbi id† ampliat quãdo tales colle-
ctæ nõ eſſent immoderatæ, & exceſſi-
uę,quẽ ſequit̃ *Clar. in §. feudũ, q.29.
Pet.de Greg.in d.q.7.* vbi ponit alias li
mitationes,& ibi ſcripſi,Sed q.d ꝑ am
pliãda terra, vide *Io.Ant.Lanar.cõſ.4.*
281 Trigeſimus ſextus caſus eſt,vbi vaſ-
ſallus Baronis iniuſtè vexatꝰ reperia-
tur ab eius officialibus, & in proceſſu
nõ appareat delinquẽs, vt dixit *Cara-
nit.Rit.235.*quem ſequit̃ *Vin.dec.237
nu.1.*ſubdens ita pluries vidiſſe obſer-
uatũ tàm in M. C. V. quàm in Regia
audientia,procedẽdo ad eorũ abſolu-
tionẽ, nõ aliter Baronibus remittẽdo,
vel ſi foret locꝰ abſolutioni, cõceden-
do remiſſionẽ cũ clauſula,vt officialis
ipſe procedat ſuper abſolutione in-
quiſitorum,qui remittuntur.
282 Trigeſimus ſeptimus † caſus eſt,
vbi ageretur de iniurijs, & alijs ſimili-
bus exceſſibus ꝯ Barones, eorũq; offi-
283 ciales illatis, niſi † de conſuetudine,
vel ex vi ſuorum priuilegiorũ aliud eſ-
ſet diſpoſitũ,ad tex. *in l. creditores, ff.
ad l.Iul.de vi priu. Anẽdag.de exeq.mã
dat.c.5.n.8.& c.11.n.4.ĩ fi.& ſeq. AZe
ued.ĩ l.10.& 11.n.8.tit.5.lib.3.recop.
Cancer.var.reſol.lib.3.c.13.n.197.&
200.* qui refert ita fuiſſe iudicatũ, *Ca-
ball.reſolut.crim. caſ.128.Bonad. lib.2.
polit.c.16.n.140. in fi.* vbi conſuluiſſe,
ait, Barones, vt in huiuſmodi caſibus
legitimas recipiãt informationes,eaſ-
que ad ſuperiorem tranſmitant.
284 Trigeſimus octauus†caſus eſt, vbi
ageretur de reſtituendo condẽnatũ ad
famã,qđ Principi tantũ cõpetit,vt la-
tè declaraui *ad Indul. cap.20.num.57.*
qđ Baroni prohibitum eſt,vt dixit *Ca
pibl.de Baro. prag.6.nu.90. Bonad. lib.
2.polit.c.16.nu.170.*
285 Trigeſimus nonus † caſus eſt, vbi
ageretur de inſufflando ſpiritũ inſtã-
tiæ in cauſis vaſſallorũ,quod ad Prin-
cipem pertinet, vt dixit *Capibl. de Ba-
ro. prag.8.nu.137.* ipſiq. tantum re-
ſeruatum eſt,vt dixi *ſupra lib.3.c.4.n.
368.cum ſeq.*
286 Quadrageſimus caſus † eſt, ſi de
emãcipatione vaſſallorũ faciẽda tra-
ctaretur,quę ſoli Pĩcipi cõpetit,vt di-
xit *Bald.in l.reſcripta n.6. C.de prec.Im
per.offer.Bonad.lib.2.polit.c.16.n.153.*

SVMMARIVM.

1 *Barones omnes habẽtes merum, & mix-
tum imperium poſſunt in eorum Ter-
ris magiſtratus, & officiales ſubor-
dinatos creare, qui eorum nomine iu-
riſdictionem exerceant,& nu.42.&
43.declara vt nu.3.*
2 *Officialium creatio dicitur fructus iu-
riſdictionis.*
3 *Barones non poſſunt creare, & erigere
Tribunal, ſiue Sanatum.*
*Princeps ſolus poteſt Tribunal,vel Sana-
tum erigere, & creare,ſub num.3.*
4 *Officialium creatio dicitur eſſe ipſamet
iuriſdictio.*
5 *Iuriſdictio dicitur ineſſe in ipſo Magi-
ſtratu actu, & habitu, & cohaeret illi
formaliter, & actiuè, & paſſiuè in
perſonis ſubditis.*
6 *Officiorum fructus ad dominum iuriſdi-
ctionis pertinent,in quibus ex ſola of-
ficialium creatione fundatam habet
intentionem in iuriſdictione,& nu.9.*
7 *Officialem eligendi vox dicitur commo-
dum, & fructus veri dominij, ampl.
num.8.*
10 *Baronia,Comitatus, & ſimiles dicuntur
quadam prouintiola ſua habentes re-
gimina,& iuriſdictiones.*
11 *Barones in eorum Terris ita ſunt depu-
tati ad iuriſdictionem exercendam,ſi-*

cut

cut Præsides ad regimen Prouintiæ.

12 *Barones pro actorum iudiciariorum confectione possūt creare scribas, & magistros notarios.*

13 *Barones non possunt creare Tabelliones nisi ex speciali priuilegio, & nu. 14.*

15 *Baro an, & quando possit mandare suis officialibus ne in aliqua causa, vel in omnibus se intromictere debeant, & num. 16. & 17.*

17 *Quæ directo fieri non possunt, per indirectum fieri prohibentur.*

18 *Barones possunt suos eligere officiales tā exteros quam ciues, & num. 19. sed quid in Regno Neapolis vide nu. 20.*

21 *Officiales Baronis non possunt officium deserere absque eius licentia aliàs officio priuantur, & eorum loco alij substituuntur.*

22 *Officiales creati à Baronibus etiam ad beneplacitum, an & quando morte illorū desinant administrare, eorumq. creatio ad nouum successorem pertineat, & nu. 28. declara vt nu. 29. 30. & 31. cum seqq. vsq. ad nu. 37.*

Dictio (ad beneplacitum) intelligitur in perpetuum, sub num. 22.

23 *Barones non possunt in præiudicium successoris creare officiales in perpetuū, & num. 26.*

24 *Prælatus non potest creare officiales in perpetuū in præiudicium successoris.*

25 *Officiales à Rege creati possunt esse perpetui.*

27 *Officiales, an mortuo Præside ante finitum officium, desinant officium administrare.*

33 *Tabellionatus officium concessum ad vitam non expirat morte Baronis constituentis.*

Magistri Notarij officiū cōcessum ad vitam an expiret morte Baronis constituentis, sub num. 33.

35 *Barones possunt quādocumque Castri custodem reuocare, quod etiam per eorū successores fieri potest.*

37 *Barones possunt cogere vassallos inuitos ad acceptandum officia lim. nu. 38.*

39 *Barones non possunt suos officiales reuocare durante administratione, ampl. num. 40. lim. num. 35.*

41 *Officiales non possunt eligi neque substitui ab beneplacitum per Barones, sed annales esse debent.*

42 *Princeps, & Magna Curia cognoscit de delictis officialium Baronum non habentium merum, & mixtum imperiū.*

43 *Barones habentes merum, & mixtum imperium possunt in eorum Terris creare Sindicatores.*

44 *Appellatio à sententijs Sindicatorum in Terris Baronum ad Magnā Curiam pertinet; non autem ad iudices primarum appellationum Baronum.*

45 *Barones etiam simplicem iurisdictionem habentes, possunt contra eorum officiales delinquentes formare inquisitionē, & processum, & constito in tantum, procedere ad carcerationem, sed cognitio ad Magnam Curiam spectat.*

46 *Barones in casibus grauioribus debent cōsilium capere ab eorum officialibus.*

47 *Barones non possunt eligere officiales minoris ætatis.*

48 *Officiales Baronum non possunt imponere mulctam, nisi pro defensione eorū iurisdictionis in certa summa.*

49 *Barones tenentur soluere salaria suis officialib. de proprio; licet in pluribus locis contrarium seruetur.*

50 *Barones tāquam officiales perpetui possunt quandocunque accusari, & cōueniri, limit. nu. 51.*

51 *Princeps an possit mandare generalem visitatorem contra Barones.*

52 *Barones, eorūmque officiales nō possunt pœnas à lege statutas augere, vel minuere, lim. nu. 53.*

54 *Barones nō possunt vēdere officia, ampl. nu. 55. & 56. limit. nu. 58. & 59. & de ratione nu. 57.*

57 *Barones tenentur leges seruare.*

60 *Magistri Notarij Baronū tenentur finito officio relinquere omnia acta processus*

cessus Archiuario, vel successoribus per inuentarium consignare.

61 Barones, eorumque officiales excrcentes merum, et mixtum imperium, cum illud non habeant, vel vltra terminos illius administrantes, qua pœna puniantur.

62 Barones iurisdictionem habẽtes eligunt Catapanos in eorũ Terris prout alios officiales, ipsique pounnt assisiam.

63 Barones possunt cogere vassallũ ad exigendum eius introitus, & suscipiendum procurationem expensis tamen Baronis, & num. 66. & 68. intellige vt num. 69.

64 Exigentes introitus Baronũ, & vniuersitatum qualiter in iure nuncupẽtur.

65 Officium exigentium introitus Baronũ, & vniuersitatum per annum durat sicut cætera munera.

67 Princeps potest cogere vassallum soluta mercede ad exigẽdum eius introitus.

68 Baro in eius feudo, & castro Regis locũ repræsentat.

70 Barones possunt cogere vassallos ad gerendum officium Baiuli, ampl. num. 71. limit. num. 73.

72 Mercator seu negotiator non dicitur qui colit proprium territorium.

74 Barones ex negotiatione, quam faciunt, non tenentur in collectis, & gabellis contribuere, ampl. nu. 75.

76 Officium Baiuli est de minimis magistratibus.

77 Secreti Baronum elapso anno tenentur reddere rationẽ administrationis exigentiæ, sed an teneantur de non exactis, vide ibi remissiuè.

78 Barones tenentur in eorum Terris eligere officiales habiles, & sufficientes.

79 Salus subditorum ex integritate, & prudentia superiorum oriri videtur.

80 Iniustitia nulla maior, quàm iustitia administrationem hominibus insufficientibus committere.

81 Magistratum, & officium concedens, ipse gerere videtur.

82 Baro si sit suspectus, cæteri eius officiales suspecti dicuntur, declara vt nu. 84. & 86. limit. nu. 85.

83 Prorex si in causa sit suspectus, eius etiam officiales, & cõsiliarij suspecti videntur, vide remissiuè, declara vt num. 84. & 86.

87 Officiales Baronum debent esse annales.

88 Officiales Baronum non possunt conueniri nisi tempore Sindicatus.

89 Baro si vendat Baroniam, emptor potest mutare officiales, & de nouo illos creare, quod secus est in locatione, & nu. 90. declara vt nu. 91. & 92.

93 Multa facta tenent, quæ facienda impedirentur.

94 Barones non possunt confirmare in officio suos officiales, lim. num. 95.

96 Officiales Baronum dicuntur habere iurisdictionem in administrationẽ tantum, non autem in dominium sicut Barones, & num. 97.

97 Baronum priuilegia circa iurisdictionẽ non intelliguntur cõmunicata etiam eorum officialibus.

98 Barones, eorumque officiales nõ possunt Reos cõfinare ad loca sibi nõ subdita.

99 Officiales Baronũ nõ possunt fungi duplici officio ripatu iudicis, & actuarij; alias acta sunt nulla.

100 Barones an possint in eorum Terris eligere Decuriones, & Sindacos, vel spectet eorũ electio ad vniuersitates, declara vt num. 101. 102. & 103.

101 Officiales quando in Terris Baronum eliguntur, debet illorum officialis interuenire.

103 Baro potest impugnare electionem factam officialium, si vniuersitati sit damnosa.

104 Barones possunt creare suos officiales etiam extra suum territorium, & in loco Principis sine eius licentia.

105 Barones possunt in eorum Terris causas delegare, & alia non exigentia citationẽ partis, neque causa cognitionẽ.

106 Officiales Baronum tenentur circa eorum

rum iura seruare pandectas, & Regni ordinationes.

*Officiales Baronum tenẽtur in modo procedendi seruare Ritum, & consuetudines Regni, sub num.*106.

107 *Barones possunt per eorum procuratores seu gubernatores generales eligere officiales in eorum Terris, sed requiritur ad hoc speciale mandatum.*

108 *Barones habent in eorum Terris iurisdictionem in Dominium priuatiue quò ad Regem concedentem.*

109 *Officiales Baronum non habent iurisdictionem nisi cumulatiuè, non autem priuatiue sicut Barones.*

110 *Capitanei Terrarũ à Baronibus electi circa exercitiũ iurisdictionis ciuilis, & criminalis non possunt aliquid decernere absque consilio iudicum sibi assignatorum, limit. vt num.*111. *& quãdo huiusmodi consiliũ eos excuset à sindicatu vide num.* 112. *remissiuè.*

ARGVMENTVM.

De Baronum Magistratibus.

CAPVT XVII.

1 ARONES,† cæterique feudatarij de castro inuestiti ratione iurisdictionis, quam habent siue simplicẽ, siue cum mero,& mixto imperio ex notatis in præcedẽti capitulo, Magistratus,& officiales subordinatos creare possũt in locis sibi subditis, qui eorum nomine iurisdictionem omnem ordinariam,& delegatã exerceant vt dixit *Andr.ĩ tit. Quæ sint regal.ĩ verb. ad institiam administrandam, per tex. in constit. ea qua ad decus vbi glos.& Doctores, Bald. in l.*1. *quæst.* 6. *de offic. consul. & in l. fin. C. de offic. præfect. vigil. Iacob. de Sanct. Georg. de feud. in verb. vicarius, Capic. in inuestit. feudal. verb. feudorum clausula, vers. & nostri fisci quod possit creare capitaneum, Frece. de subfeud. lib.*2. *auth.* 13. *Marant. in specul. par.*4. *distinct.*5. *num.*10. *Borell. de præstant. Reg. Cath. cap.*21. *num.*19. *&* 20. *Vinc. de Franch. dec.*166. *num.*3. *Cancer. variar. resolut. lib.*3. *cap.*9. *n.*15. *& seq.* cum sint† fru-

2 ctus iurisdictionis, vt voluit *Bald. in l. fin. in princ. ff. solut. matrim. Alberic. in l. vsufructu legato, ff. de vsufruct. Petr. de Gregor. de concess. feud. par.*1. *quæst.* 10. *num.*12. *Bonadill. lib.* 2. *Polit. cap.* 16. *num.*41. *Capibl. de Baron. pragm.*5. *nu.*60. quamuis † non possint creare,

3 & erigere Tribunal siue Sænatum, cũ id ad Principẽ supremum pertineat, vt dixi *supra lib.*1. *cap.*1. *num.*17.& in Barone tradidit *Thesaur.ĩ præfat. dec. num.*15. *Guid. Pap. decis.*43. *Gugliel. de Benedict. in capit. Rainutius in verb. & vxorẽ nomine Adelasiam il*2. *nu.*432. *Cur. Pisan. lib.*1. *cap.*11. *nu.*3. *&* 4. *Bonadill. lib.*2. *Politic. cap.*16. *num.*93. *vbi alios allegat, Aniles cap.*2. *prat. nu.*9. *licet Bald. in l. fi. C. de rescind. vend.* teneat quod quilibet Dux, seu Comes potest habere consiliũ, seu parlamẽtum, quod verũ intelligo accedente consuetudine longi tẽporis, alias secus secundum *Bart. in l.*2. *C. de decurio. in fi. lib.* 10. *Montagn. de parlam. in princ. nu.*4.

4 quinimo,† & officialiũ creatio est ipsamet iurisdictio, cum cõsistat in creandis Magistratibus, secundum *Bald. de pac. iuram. firmand.* §. *ad hoc num.* 4.

5 *vers. nunc quæro,* vbi ait quòd† iurisdictio inest in Magistratu actu, & habitu,& cohæret personæ Magistratuum formaliter, & actiuè, & passiuè in personis subditis prout dixit *Alexan. cõs.* 35. *nu.*2. *in princ. lib.*4. *idẽ Bald. in l.* 1. §. *iustio, ff. de offi. præfect. vrb. D. Tusc. concl.*551. *Rosental. de feud. cap.*5. *cõcl.*

4. *nu.*

6 4.n.8. Et ob id eorũ creatio † ad dñum
iurisdõnis pertinet, q̃ ĩ eius creatione
fundatã hẽt intẽtionẽ, vt ex pluribus
tradit Ludou. Cesan. consil.43. num.70.
Menoch.lib.3.præsumpt.97.nu.30. Mo-
lin.de primog. Hispan.lib.1.cap.25.nu.
7 1.& 2.vbi ait quod † vox eligendi of-
ficialem est commodũ,& fructus veri
dominij,ad notat. per Felyn.post alios
in cap. cum olim, num.2. de maiorit. &
8 obedient.etiam si † ad vitam restrictum
dominium haberet, quia potest ad of
ficia secularia præsẽtare,vt laiè tradit
Gugliel.de Bened.in quæst.de thesaura-
ria,quam posuit ad finem, repetitionis
cap. Raynutius,de testam.num.10.adeo
9 quod † ex officialium creatione præsu-
mitur locus de iurisdictione creantis
eos, secundum Bald. in l.querelam,de
elect. Petr. Anton. à Petr.in tract. de fi-
deicomm. quæst.12.num.400. huc per-
10 tinet,quòd † hodie Ducat⁹ isti,Comi-
tatus, & Baroniæ sunt quædam pro-
uinciolæ, quæ sua habent regimina,&
iurisdictiones de perse, vt notat glos.
magistral. in l. fin.C.de præscript.long.
temp.in verb.idest, Bar. in cap.nimis,de
iur. iurand. Bellug. in Specul. Princip.
Rubr.23.verb. sed pone num.15. vers.
11 item quia, & sicut † præsides deputati
ad regimẽ Prouintiæ iurisdictionem
exercebant,l.1.ff.de offic.præsid.ita,&
Barones in eorũ Terris, ad tradita per
Bald.in cap.1.in glo.in verb.criminibus
de pac.constãt.Bonadill.lib.2.polit.cap.
12 16.num.40.In tãtum quod † pro exe-
quutione actorum iudiciariorum pos
sũt pariter eligere scribas, & actorum
notarios, ad tex.cum glos.vbi Innoc.&
alij ĩ cap.cum P. tabellio,de fid.instrum.
Auẽda.de exeq.mãd.p.1.c.10.n.2.licet
13 † Et in tabellionatus officio amplient
* cõiter Hostiẽs. Io. Andr. & Imol. ĩ d.
cap.cum P.tabellio,cũ cæteris relatis per
Burg.de Paz.ĩ l.3. Thaur.nu.1059. &
Bonadil.d.cap.16.nu.43.quorum opi-
14 nio † nõ videtur recepta,nisi in his qui
habeant de hoc specialem à Principe
concessionem secũdum Innoc. ĩ d.cap.
cum P.tabellio,§.restat videre,vers. sed
quis potest facere tabellionem, Bellame.
cõs.42. Doctores omnes ĩ cap.1. Quæ sint
regal.ĩ verb.potestas,& ibidem Afflict.
ĩ rubr.num.22.Vult. de feud.cap.5.nu.
7.Sõsbec.de feud.par.8.num.18.Borell.
cõs.6.num.13.& 14.& ĩ tracta.de præ-
stãt.Reg.cap.30.num.1.cum.seqq. Re-
staur. de Imperat. quæst. 110. cas.9. &
ante omnes Oldrad.cons.75.vbi allegat
tex.in l.actuarios,C.de num.actuar.lib.
12.§.si vero,in Authe.de tabell.
15 Ex prædictis infero,quòd † sicut Ba-
ro creat suos officiales, & dat iurisdi-
ctionem, eodem modo iubere potest
ne in aliqua causa, vel in omnibus iu-
risdictione vtantur ad text.ĩ l. solet ff.
de iurisd.om.iud.& post Cyn.dixit Bal.
ĩ l.iudicium soluitur,ff.de iudic.& ĩ l.1.
circa finem,C.quom. & quand.iud.Ias.
cons.144. col.2.vol.2. Aret.ĩ §. ad cer-
tum inst. qui testam.dar. poss.nu.3.Re-
buff. de euoca. ĩ princ.quæst.5.num.38.
Brun. cons. feud.92. Rimin. iun.cons.
74.num.31. vol.1.& cons.651. nu.45.
vol.1. Auil.cap.Prat.1.glos.Fiel.nu.42.
& post multos Cãcer. varia.resolut.lib.
3.cap.13.num.276.& seq.vbi refert ita
iudicatum, idemq. testatur Fontanel.
de pact. cla.4.glo.10.par.1.n.155.licet
cõtrariũ teneat Capibl. de Baron. prag.
6.nu.96.& seq. per tex.in l.Titium aut
Meuium,& ibi glo.& Bar. de administ.
16 tuto.cuius opinio posset substineri † in
his quæ à lege dependerent, vel vbi
adesset conuentio in cõtrarium Brun.
cons.120.ante fi.lib.2.& concludit Cã-
cer. vbi supra nu.270. vel vbi ageretur
17 de omnibus causis, quia † esset per in-
directum priuare officialẽ iurisdictio-
ne, secus autem de aliqua causa parti-
culari, vt intelligit etiam Fontanell. in
loco citato num.156.
18 Secundo infero,quòd † Barones,li-
cèt de iure communi teneãtur exteros
creare

Magistratus omnes maxime Præsides, & Senatores hodiernis temporibus toga vtuntur, sub nu.17.

19 *Togati dicuntur à toga.*

20 *Toga vsus apud Romanos tempore pacis vestis erat, sicut sagum tempore Belli, & nu.22. declara vt ibidem.*

21 *Signum pacis apud Græcos Pallium esse dicebatur.*

22 *Toga qualiter olim fuit in vsu, & quibus illa competebat, & nu.23. & 24.*

25 *Toga modestus habitus esse dicitur, & habitus grauitate videtur.*

26 *Toga Magistratibus, Iurisconsultis, & Aduocatis conuenire videtur.*

27 *Alexander Seuerus Imperator in animo habuit omnibus officijs proprium genus vestium dare, ut à vestitu dignoscerentur, ne quis seditiosus esset.*

28 *Togæ usus, nisi à solo Principe permitti potest.*

ARGVMENTVM.

De Magistratuum numero, & eorum habitu.

CAPVT II.

1 

Agistratuum † numerus varius fuit apud antiquos, nã à Romulo centum creati fuere Sænatores, quorum cõsilio Respublica regeretur, licet cõmunicata Vrbe cum Sabinis, & Tacio alios centum cooptauerit, postea Tarquinius Priscus in orbitate Sænatus legisse centum alios fertur; Valerius inde Publicula post exactos Reges patruum numerũ à superbo cędibus imminutũ expleuit, & amplissimum ordinẽ auxit, & demum tempore Iulij Cęsaris ad mille Senatorum numerũ auctum fuisse legitur, in tãtum quod aliquando tercentũ: aliquãdo plures, & quandoq. pauciores fuisse constat, licet postea ab Octauiano Augusto fuerit per binas sectiones diminut⁹, suoq. pristino splẽdori remotis indignissimis, quos Orcinos vulgus vocabat, restitutus, ex q̃bus inde eligebantur centum viri, qui causas omnes ciuiles, & criminales terminabant; idẽ quoque seruatum fuisse apud Crotoniates, qui mille Sænatores habuerũt, vt refert *Valerius Maximus, lib.4.* Massilienses verò sexcentum, Guidios sexaginta, Athenienses quingentos, Argiuos octuaginta, Hębreos septuaginta Sęnatores habuisse testatur, tempore vero Machabeorum tercenti, *vt 1. Machab.8.* & sic vt scribunt *Alexãd. ab Alex. Genial. dier. lib.4.c.11. Appian. lib.4. de bell. ciuil. Sueto. Tranquil. in Octaui. c.33. & in Augustum, c.35. Dion Cass. lib.54. histor. iar. Dionis. Halicarnass. libr.2. Sueton. de antiq. iur. Rom. c.2. Petr. de Greg. p.3. syntagm. iur. lib.47. c.25. nu.3.* & nouissimè *Ioan. Rosin. antiq. Roman. lib.7. c.5. Curia Pisa. lib.1. c.1. nu.2. & 3. Bonad. lib.3. polit. c.8. nu.1.* in hoc varij varijs moribus vsi sunt, prout vel paucorum, vel multorũ virorũ cõstabat Respublica, secũdũ *Ant. Thesau. in præfat. dec. n.22. & 23.* vbi prædicta intelligit in Sænatu ad Reipublicæ statum, & supremum dominium deputato, secus autem in Sęnatu iudiciario, in quo non adeò magnus requiritur numerus, cũ veritas in paucis consistat, & vbi multitudo ma- 2
gna † ibi confusio fit; vnde apud Ro- 3
manos (vt diximus) centum † viri ele- 4
cti fuerunt, ad tex. *in l.2. §. deinde, ff. de orig. iur.* & † Cretenses pro iudicijs 5
ferendis decem tãtum Sænatores habuerunt, Apud † Gallos vigintiquinque ad summum Sęnatores cum duobus 6

bus

bus Præsidibus habentur. In Medio-
7 lanensi † Sęnatu viginti quatuor tantũ
8 extant. In Regno † Neapolitano non
excedunt numerum triginta quinque
9 in circa. In hoc aũt Regno † Siciliæ (vt
infra videbimus) trigesimũ numerum
vix attingit; In tantũ quod id arbitrã-
dum erit pro ratione numeri causarũ,
& negotiorum, & habito respectu ad
Regionem, & sic non est dare certã re-
gulam, *ad not. per Afflict. in const. sta-
tuimus, num. 9.*

10 Magistratus † tamen habitus debet
esse honestus, & venerabilis cum ma-
11 iestatem cõtineat, Regemq. † seu Prin-
cipem repręsentet, ad tex. *in l. ius plu-
ribus*, ibi, *salua maiestate imperij sui, ff.
de iusti. & iur. Valer. Maxi. lib. 2. c. 5. in
princ. Luc. de Pen. in rub. C. de apparitor.
praef. vrb. lib. 12. & in rub. de legat. nu.
22. lib. 10. Redin. de Maiest. Princip. in
princ. nu. 26. Bonad. lib. 1. polit. c. 3. nu.
44. litera G.* post multos *Surg. de Nea-
pol. illust. c. 27. nu. 9.* subdens; qđ Ari-
12 stoteles Alexandrum † Magnum ad-
monuit, vt habitum regalẽ semper in-
13 dueret, & Sęneca † vxori Neronis, in-
due te delicatè (dicebat,) charissima
nõ propter te, sed propter honorẽ Im-
perij, ad quod facit 21. *q. 4. c. 1.* ibi, *non
propter necessitatẽ, cum simil.* relatis per
*Spec. lib. 1. partic. 4. tit. de Aduocat. §. se-
quitur videre de vestibus, nu. 1. cũ seq.
Io. Bapt. Magon. de rect. patrocin. rat. c.
3. Palat. Run. in rub. de donat. inter vir.
& vxor. §. 11. nu. 10. in fi.* debet igitur
14 † vestis esse conueniens statui, ordini,
& officio *l. sed si quid, §. mancipiorũ vbi
Floria. ff. de usufr. l. 1. C. null. licer. lib.
11. cap. Deus qui, de uit. & honest. cler.
15 cap. 2. & c. seq. 21. quaest. 1.* cum † offi-
cium ostendat, ad text. *in l. item apud
Labeonẽ, §. si quis virgines, & ibi Alex.
ff. de iniur. Abb. in cap. si uero, il 2. de
sent. excomm. Magon. ubi supra nu. 34.*
16 vnde apud Romanos † Rex purpura
induebatur, Miles clamide, Sacerdos
stola, Aduocati toga, Monachus cu-
culla, & Prętor, siue Sęnatus laticlauo,
vt apud *Vuolfan. Laz. in Commen. Rei-
publ. Roma. lib. 8. c. 4. aliosq.* Historia-
rum scriptores habetur, & hic habitus
vsq. ad Imperatorem Alexandrũ per-
seuerauit, de quo *in l. Ruffinus, C. de te-
stam. milit.* & Iustiniani temporib. ces-
sauit, eiusq. loco pro stemmate suæ di-
gnitatis cingulo vsi sunt, *§. necns igi-
tur, in uers. quia uero competens in auth.
de indu*inde varius fuit.

17 Hodiernis tñ tẽporibus † toga vtunẽ
Magistratus maximè Præsides, & Sę-
natores, eo magis in Regno accedẽte
mãdato Regio dato Vagliadolid. sub
die 13. Septemb. 1601. ad confirma-
tionẽ actus facti tẽpore regiminis Do-
mini Ducis Machedę sub die 2. Maij
11. indict. 1598. quo Magistratus oẽs
de Sacro Consilio Toga nigri coloris
vtuntur, idq. antea per alias Regales
literas sub die 9. Septembr. 1582. ex-
18 presè mandatum fuerat, licet † ea tã-
tummodo in quibusdã diebus vti cõ-
sueuerint, qui tñ abusus iam sublatus
est, nec eam sub certa poena nulla sua-
dente causa extra domum dimittere
possunt, ad tex. *in c. 1. de uit. & honest.
cler. in princ. Specul. in loco citato, sub n.
19 2.* subdens, quod † togati dicuntur à
à toga veste *l. penult. C. de postul.* Qui
20 quidem togę † vsus propria Romano-
rum pacis tẽpore vestis erat, vt docet
Varro de uita Populi Romani. Sicut Grę-
21 corum erat Pallium, secundum *Io. Ro-
sinum antiq. Roman. lib. 5. c. 32. col. 3.
22 sub lit. B.* fuitq. † pacis insigne, vt sa-
gum Belli, vnde togati satis oppositi,
etenim in tumultu priuati togas, Ma-
gistratus prætextas ponebant, & sacra
militaria sumebant, quamuis etiam in
Castris vsum togę fuisse, *ex multis Li-
uij, & Plutarchi locis* appareat, vt apud
*Aldum Manut. lib. 2. de quaesitis per epi-
stol. epist. 1.* Mutata inde Republica, &
Imperio labente, toga, quæ olim ne-
cessa-

cessaria ciuibus erat, apud honestiores
23 tantum remansit. Inde † Adriani tẽpore in Sęnatoribus, & æquitibus ius suum tenuit mediante Principis ædicto, quo Sęnatores, & æquites Romanos semper ĩ publico togatos esse iussit, nisi si à cęna reuerterentur, de quo *Spartianus in Adriano*, & demũ *Appianus*, qui eodem fere tp̃e vixit, in solis
24 † tantũ Sęnatoribus togæ vsum remãsisse testatur, de quibus vide *Lypsium lib. 1. elect. c. 13. Aldum Manu[tium] in loco citato, Pet. de Greg. Thol. p. 3. syntag. iur. lib. 47. c. 25. n. 17. & de Republ. lib. 4. c. 11. sub n. 17. Thesa. in prohem. dec. n. 39.* qui loquit de toga Sęnatus Pedemõt. *Vuolphang. Laz. lib. 2. comment. de Republ. Roman. c. 3. & pariter in Codice legum Theodosij sub titu. 10. de habitu quo vti oportcat intra vrbẽ lib.* 4. quo loci extat *lex* 1. per quã Sęnatoribus prohibeẽ habitus militaris, & togatos cõ-
25 uẽtui interesse iubetur, modesta † enim uisa fuit, & grauitatis plena toga, vn-
26 de & Aduocatis, † alijsq. iuriscõsultis, seu Magistratibus conueniẽs vr̃, cuius ratio colligi põt ex dictis *Alex. Seueri,*
27 vt refert *Lamprid.* qui † in aĩo habuit oĩbus officijs propriũ genus vestiũ dare, & oĩbus dignitatibus, vt à vestitu dignoscerent̃, ne quis seditiosus esset,
28 nec † ab alio earũ vsus q̃ à Principe p̃mitti põt, vt dixit *Roma. in l. si accepto, in prin. cum gl. 1. ff. de iur. fisc. Castald. de Imper. q.* 110. *cas.* 177. *&* 321.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus dignitas post Deos immortales Diuinam, Imperatoriam, & Regium prima esse dicitur.*

Apollo requisitus de iustis magistratibus, quid responderit, sub nu. 1.

Magistratus dicuntur Principes Ciuitatis, sub nu. 1.

2 *Magistratus à Deo positi sunt, Dijque vocari videntur.*

3 *Magistratus dicũtur ministri Dei, eiusq. authoritate hmõi munere funguntur.*

Magistratus sunt ab oĩbus honorandi, & illis sẽper est obediendũ, sub n. 2. 3. 16. & 38. ampl. n. 6. 26. 29. & 41. & de ratione nu. 7. 8. 18. 27. 28. & 35.

4 *Magistratus sunt admodum Reipublicæ necessarij.*

5 *Magistratũ cõtẽnẽs ipsũ Principẽ contẽnere vr̃, amp. n. 6. & de rõne n. 7. et 8.*

9 *Magistratus qui in maiori dignitate positus est, maius imperium habet.*

10 *Magistratus supremi dicuntur illustres.*

11 *Illustris, & magnificus idẽ sunt imo plus magnificus quàm illustris, licet de consuetudine aliter seruetur.*

12 *Magistrat⁹ ex officio nobiles efficiũtur.*

14 *Iudicare honor esse dicitur.*

15 *Muneris publici vacatione alicui concessa nõ intelligitur cõcesũ, ut sit, Iudex vel magistratus, & assignatur ratio.*

17 *Magistratus p̃sonã Prĩcipis representãt eiusque corporis partem esse ostendũt.*

Magistratus boni laudantur, sub n. 18.

19 *Romani ad Consulẽ accedentes equo descendere tenebantur.*

20 *Magistratus inferiores domos superiorũ Magistratuũ ingredientes, insigia in portis deponere consueuisse, vnde ortum habuit.*

21 *Procõsul in Prouintia sibi decreta eadem insignia portabat, quæ ipse Consul habebat, eaq. corã illo deponere tenebatur*

Insignia maiestatis ipsius consulis, quæ fuisse referuntur, sub nu. 21.

22 *Magistratus, & officia onus, et honor esse dicuntur, & nu. 23. & 24.*

24 *Magistratus, & officiales, licet positi sint tanq̃ signum ad sagittam, tamẽ dicuntur esse in maximo honore, dignitate, & maiestate, & nu. 51.*

25 *Magistratus, & officiales debent ab omnibus salutari, & contrauenientes puniuntur, ampl. nu. 26. & 41.*

29 *Magistratus etiam ab ipso Principe sunt honorandi, vbi assignatur ratio, & etiam nu. 35. ampl. nu. 41.*

Ma-

30 *Magistratus maiores debent magistratibus minoribus honorem prabere, & n. 31. & de ratione nu. 35.*

32 *Magistratus & officiales etiam à suis parentibus sunt honorandi, circa quod exempla referuntur nu. 33. & 34.*

36 *Episcopi tenentur honorare clericos, & ipsis ab illis honor deferatur.*

37 *Domitius Senator cum Principem honorando, ab illo non honoraretur, quid ille fuerit loquutus.*

38 *Magistratus debēt à Principe premiari. ampl. nu. 41.*

39 *Magistratus solum honorem desiderare deberent.*

40 *Minores debent maioribus obedire.*

Discipuli non debent magistros contemnere, sub nu. 40.

Infirmi si medicis non obediunt, nulla spes adest salutis, sub nu. 40.

Nauta si non obtemperant nauis gubernatori, nauigat. o redditur periculosa, sub num. 40.

Magistratus, & Principes vbi non venerantur, Respublica, & Regnum periculum patiuntur, sub nu. 40.

42 *Magistratus apud Romanos maximam authoritatem habuerunt. remissiue.*

43 *Magistratus possunt ad dexteram Principis sedere, & nu. 51.*

44 *Principis dicto credendum est maxime cum assertione magistratus.*

45 *Magistratus dant licentiam ædificandi in loco publico.*

46 *Officium a patre filio emptum non venit in collatione cum alijs fratribus, licet sit venale, & transitoriū adhaeredes.*

47 *Magistratus, & officiales possunt propria originis renunciare.*

48 *Magistratus, & officiales habēt domicilium in vrbe Principis; & in loco sua iurisdictionis ciues cum omnibus priuilegijs efficiuntur, & nu. 49.*

50 *Magistratus, vt pars Principis viciniorem, ac digniorē locum in sessionibus cum illo habent.*

52 *Magistratus, & officialis, si aliquis ei mala dixerit, potest illos punire.*

Magistratum, & officialem offendēs, ipsum Principem offendere uidetur etiā si extra Tribunal, nec ratione officij offendatur, sub nu. 52.

53 *Magistratum, seu officialem iniurians qualiter puniatur, remissiue.*

54 *Magistratus, et officialis si ab aliquo offendatur, debet à singulis priuatis præsentibus defendi.*

55 *Magistratus, & officialis aliquem percutiens, non debet ab illo repercuti: quod secus est è conuerso, imo supplicio afficiendus.*

Principem, seu magistratum offendens non solum ingratitudinem, sed etiam proditionem committit, sub nu. 55.

56 *Iniuria qua fit præsente magistratu grauissima reputatur.*

Pœna delinquētis præsente magistratu, qua seruetur in Regnō sub nu. 56.

57 *Magistratus absente Rege, vel Prorege eius vices subsistinet.*

58 *Magistratus possunt suas sententias emēdare, corrigere, et dubias interpretari.*

59 *Magistratus circa leges interpretandas, & exequendas maximam obtinēt authoritatem.*

60 *Magistratus, et officiales libētius à Principe sunt audiēdi q̄ cæteri priuati.*

61 *Magistratuū ptā. supra legem existimatur cū eis trāsgredi ex causa liceat.*

62 *Magistratus optimi sūt legib. anteponēdi.*

63 *Salarium an & quādo possit propria authoritate ab ipsis magistratibus augeri, & nu. 65.*

64 *Magistratus non tenentur leges iniustas obseruare, nec deserere officium Reipublica necessarium.*

66 *Magistratus, et officiales quādo vltra salariū possit aliquid accipere, & n. 67.*

67 *Cōsuetudo aliquando facit licitum, quod alias erat illicitum.*

68 *Magistratus nō possunt pro debitis ciuilibus carcerari.*

69 *Magistratus possunt habitare in Palatijs Principū, quādo illi nō sunt præsentes.*

Ma-

esse per Christianos præcipit Paulus
3 Apostolus ad Roma. 13. cum † ministri
Dei sint, eiusq. authoritate, munere
hoc defungantur, & iterum in c. 13.
ad Hebræos, obedita (inquit) præpositis
vestris, & subiacete eis, ipsi enim peruigilant
tamquam rationem reddituri pro
animabus vestris, quibus obtemperare
summa libertas est, secundũ Boet. 1. de
Consolat. naturaq. ipsa honorẽ, qui ma
gistratui exhibeatũ, requirit, vtpotè superiori,
si quidem rebus præclaris, &
eximijs meliora loca concedit, cælum
Angelis, capita humana animis Arist.
pol. l. 3. c. 8. & facit tex. in cap. irrefragabili
de offic. ord. cap. nec ij, 15. q. 1. c.
non solum 23. q. 5. l. 1. C. de præpos. Cub.
lib. 12. gl. fin. in l. 1. C. de domest. & Prætor.
eod. lib. Cassan. in Catalog. p. 7. consider.
6. Petr. de Greg. Tholos. syntag. iur.
p. 3. lib. 47. cap. 1. nu. 9. vbi nullibi legisse
ait magistratus cõtemptibiles esse,
quinimo Reipublicæ admodũ ne-
4 cessarios † ex pluribus ostẽdit, & ex cõi
legistarũ, & * Theologorum opinione
comprobauimus in loco nuper citato;
5 quinimo magistratus, & Principũ cõ-
tẽptus, Principib⁹ ipsis, & subditis, &
6 dignitati obest, vt dixit D. Aug. de vita
cleric. sermo. 3. quæ quidem † etiam
in minimis Magistratibus ampliant
Bonad. lib. 3. polit. c. 1. nu. 2. & Boer.
dec. 222. nu. 2. & 3. per tex. in c. licet causam
de probat. in princ. ibi, super iurisdictione,
honore, ac districtu in villa S.
7 Petri, & Castro Arioli, cum ẽt † in causis
minimis dignitas consideretũ Selua
de benefic. q. 2. nu. 36. cum seq. 1. p. maximè
ratione iurisdictionis exercitij,
8 eo quod licet † quantitas iurisdõnis limitetur,
nõ tñ personæ, neq. negotia li
mitantũ intra illã quãtitatẽ occurrẽtia,
vt optimè tradit Azened. ĩ l. 7. tit. 9. n.
9 7. lib. 3. Gutier. cõs. 31. q̃uis qui † altiori
præpositus sit magistratui, eò maiorẽ
dignitatẽ, & imperiũ obtineat, secũdũ
Matthie. de relat. p. 3. c. 10. in princ. nec
alia ex causa dñr clarissimi Auth. si vero
cõtingeris ibi, vna cum clarissimo iudice,
C. de iud. & vnde sumitur, & pari-
10 ter † illustres nũcupantur supremi magistratus,
ad tex. in l. si quis in verb. Illustrium,
C. ad l. Iul. Maiest. & ibi Ang.
Laud. de Consil. q. 17. Cassa. in Catalog.
glo. mund. p. 8. consid. 10. & 11. Boer. de
auth. magn. Consil. n. 3. Marta de Tribunal.
c. 7. per totũ, Surg. de Neap. illust. c.
11 27. n. 16. vbi ait, q licet à Rege nominẽtur
magnifici, attñ idẽ est titulus cũ illustri
Tiraq. de nobil. c. 8. n. 15. Imo plu
ris est magnificus, q̃ illustris vt cõstat
ex probe. inst. §. 2. vbi Trebonianus appellatus
magnificus, Theofilus aũt &
Dorotheus illustres, & tñ lõge dignior
erat ille, q̃ hi, licet hodie cõsuetudine
aliter sit receptũ; vnde ex magistratus
12 † officio nobiles reddunt, vt per Bal. in
l. iudices, C. de dignit. lib. 12. cũ alijs ad-
13 ductis sup. lib. 3. c. 10. n. 122. & sic † ab oĩbus
honorari debẽt l. oẽm honorem, C.
quãd. prouoc. nõ est necess. quẽ tex. ibi cõ
mẽdãt Bal. & Salic. ad idẽ tex. ĩ l. Iudices,
& ibi Luc. de Pen. et ĩ l. pen. C. de veter.
lib. 12. et tex. sing. ĩ §. Prætorũ quoq.
edicta, ibi, q honores gerũt, idest magistratus
inst. de iur. natur. gent. & ciuil. & ĩ
auth. de Cõsil. § pen. colla. 4. vbi dignos
Iudices honorãdos esse ait, & ibi gl. in
§. volumus ĩ auth. vt iud. sine quoq. suffrag.
ĩ fi. ibi, sicut enim eos iniusto lucro
phibemus, ita ẽt oĩ honore, et reuerẽtia,
et honestate frui sancimus, l. sẽper ĩ prin.
ff. de iur. immu. c. vt debit⁹ honor, vbi gl.
& Dec. de app. ibiquè Abb. ĩ 1. notab. infe
14 rẽs q † iudicare est honor, p tex. ĩ l. cui
muneris, ff. de muner. & hon. vbi habeẽ
15 qđ † cõcessa alicui muneris publici vacatione,
ↄcessũ ei nõ vr̃ vt fiat Iudex, seu
Magistrat⁹, quoniã poti⁹ ad honorẽ
ptinet, q̃ ad publica munera vt refert
Boer. d. dec. 222. n. 1. ĩ fi. Rot. ĩ nouis dec.
442. Bonad. d. c. 1. n. 1. litera E. idq. ẽt p
legẽ duodecim tabularũ c. 1. de magist.
ciuil. sãcitũ esse refert Cice. 3. de leg. n. 7.

ibi, iusta imperia functo, ijsq. ciues mo-
deste. ac sine recusatione parento. Magi-
stratus nec obedientem nouũ ciuem mul-
cta, vĩculis, verberibusue coercento. illud
16 ẽt addẽs † Coronandã inter suas leges
hanc quoq; sanxisse, ciues vt obtẽpe-
rent, obediantq. magistratibus, ac ẽt
eos colãt, & diligãt, qđ maximè apud
gentiles seruatum fuisse refert Roder.
Zamor. in Spec. vitæ humanæ libr. 1. &
Mattiens. vbi supra n. 13. cum ipsiusmet
17 † Principis personam, eiusq. corporis
partẽ ostẽdant, ad tex. in l. ius Senato-
rum, C. de dignit. lib. 12. l. etiã ibi, q ima-
18 ginem Prĩcipis C. de appel. Bellug. ĩ Spec.
rub. 6. nu. 16. quinimo Regẽ ipsum ho-
norare vĩ, qui eius magistratũ hono-
rat, secundũ Andr. de Barul. & Ioan.
de Plat. in l. fi. in fin. per illum tex. C. de
re milit. lib. 12. Cepoll. in tract. de Impe-
rat. milit. eligen. in verb. pro Imperatore
in 3. & 4 col. cum suæ dignitatis, ac po
testatis splendorem, & effectum com-
municauerit, ac ad instar fontis totius
nobilitatis, dignitatis, & iurisdictio-
nis plures ex se riuulos fecerit ad not.
per Bald. in c. 1. §. ad hæc de pac. iuram.
firm. Afflict. in constit. eaque ad decus.
eoq. pertinet id quod Isidorus inquit
Magnam, esse laudem boni Magistra-
tus, q sicut nocere ciuibus nescit, ita pro-
desse omnibus nouit. alijs enim præstat
censuram iustitiæ, alios æquitate iudicij
sine personarum acceptione suscipit, neq.
iustitiam infirmat auaritiæ flamma, hi
sunt veri iudices, qui sicut de iusto iudi-
cio ditari nõ appetunt, sic æterno præmio
coronãtur, honorem etiã maximum cõse-
quuntur; Et quid præclarius, s̃m Cicero-
nẽ ĩ loco relato, digniusq. inter mortales
exercitiũ excogitari põt, q̃ vnũ hominem
in Republica reperiri, q cõia pro suis, &
sua pro cõibus habeat: q cõi vtilitati ser-
uiat? qui velit, & sciat personam Ci-
uitatis gerere, dignitatem, decusque, su-
stinere? certè is non modo gloriari, & ho-
norem, sed & vtilitatem consequi quàm
19 notissimum est. hæc Cicero, vnde † apud
Romanos antiquos constitutum fue-
rat neminem equo insedentẽ ad Con-
sulem venire posse, sed honoris gratia
antequam Consuli appropinquasset,
descendere, vt refert Valer. Maxi. ĩ tit.
de instit. antiq. hinc ortum habuisse ar
20 bitror † quod inferiores magistratus
domus superiorum ingredientes, insi-
gnia in portis deponere consueuerunt
ad tex. ĩ l. Proconsules, vbi Bar. Oresc. &
alij, ff. de offic. Procõsul. Alex. ab Alex.
lib. 2. Genial. dier. c. 27. qui refert quod
21 † habebat Proconsul eadem Procon-
sulatus insignia in Prouintia sibi de-
creta, quæ & Consulatus, hoc est lic-
tores, fasces, secures, prætextam, curu-
lemque sellam, quibus insignibus pro
Imperij maiestate, & dignitatis splen-
dore conspicuus erat, ea tamen dum
ante Consulem compareret, depone-
bat, idemque post eum testãtur Petr.
de Gregor. Tholos. syntagm. iur. part. 3.
lib. 47. cap. 32. nu. 5. & Bonad. lib. 3. po-
lit. cap. 2. nu. 18. Vlladec. in polit. cap.
5. nu. 21. fol. mihi 110. à tergo qui alia
multa similia exempla adducunt, &
quamuis supra lib. 1. c. 30. n. 26. officia,
22 † & Magistratus onus esse, non autem
beneficium dixerimus, id minime su-
pradictis inficiari videtur, cum Magi-
stratum, & honorem, & onus esse am-
bigendum non est, ad tex. in l. mune-
rum, §. iudicãdi ff. de munerib. & hono-
rib. gloss. in cap. si contra tamen in verb.
probari de offic. de legat. lib. 6. quando-
quidem in omni dignitate principa-
liter versatur onus, & ad expellen-
dum, & sufferendum onus, & munus
publicum, defertur dignitas, & ho-
nor, d. §. iudicandi, & est bonus text.
in l. 3. §. primo, & ibi gloss. ff. quodmet
caus. & in cap. dilectus, ibi, ne iudicia-
lis euanescat authoritas de pœnis, capit.
qui Episcopatum, octaua quæstion. pri-
23 ma, quare † ratione eorum, quæ ad-
ministrat, debetur sibi honos, Abb.
in

Abb. in d. c. vt debitus, de appel. vbi etiam
24 Prępoſit. col. 2. in fi. dicens, quod † licet
Magiſtratus poſiti ſint tãquam ſignũ
ad ſagittam, per hoc tamen non nega-
tur, quin ſint ĩ dignitate, & honore ma
ximo, idemq; ſequutus eſt ibi Dec. Ca-
gnol. in l. 2. ff. de reg. iur. Luc. de Pen. in
l. vniuerſos, col. 2. ibi, decurionatus offi-
cium onus eſt, quamuis annexum habeat
honorem, C. de decurio. lib. 10. Boer. d.
dec. 222. nu. 2. & 3. D. Mart. de Tribu-
nal. vrb. c. 6. n. 35. vbi conuenire ait, cũ
tanto onere, totq. laboribus adiunctũ
eſſe honorem, laudẽ, & gloriam c. pa-
ſtoralis extr. de offic. deleg. & ſic debẽt
35 † ab omnibus ſalutari Signorol. conſil.
108. col. 1. verſ. redeo ad primum per tex.
in l. item eorũ, §. decuriones, ff. quod cu-
iuſq. vniuerſ. nomin. Bonad. d. c. 1. n. 45.
Surg. de Neap. illuſtr. c. 21. n. 13. & 16.
Anto. de Ball. lib. 4. prac. quaſt. 6. nu. 1.
vbi ampliat etiam in nõ ſubditis Bal.
in l. fi. C. de bon. qua liber. Iac. de Franc.
de feud. col. 24. nu. 26. aliàs puniri poſ-
ſent pęna extraordinaria Menoch. conſ.
126. nu. 17. lib. 2. Carouit. Rit. 5. nu. 11.
26 & 12. idq. extenditur † etiam in Ma-
giſtratibus malis, quibus pariter ho-
nor, & reuerentia debetur, non enim
27 † reſpicienda eſt perſonæ qualitas, ſed
dignitas, & miniſteriũ, nec nõ & per-
ſona eligentis, vt dixit D. Anton. Flo-
rent. in ſumm. p. 3. tit. 24. c. 7. §. 1. in fi.
quod de Socrate ſcribũt Plato in Cret.
& Cicero pro Cluent. quos refert Bieſ. lib.
28 2. de Republ. c. 9. intereſſe † enim Rei-
publicæ Socrates iudicabat, Magiſtra
tibus tametſi non optimis, imo etiam
interdum malis, quemuis temere non
reluctari, Bonad. d. c. 1. nu. 5. cum ſeq. &
nu. 11. & c. 2. n. 23. liter. C. qđ maxime
29 † ab ipſis Principibus fieri deberet, eo-
rum authoritatem augendo, ſine qua
vileſcit adminiſtratio Iuſtitiæ, vt not.
D. de Pont. de elect. offic. nu. 2. §. 6. ſicut
de iure tenentur illis aſſurgere, ad tex.
in l. cum ſalutatus, & ibi glo. & Angel. ĩ
ver. proceſſiſſet, C. de ſenten. paſſ. Mart.
in loco citato, nu. 36. Curia Piſan. lib. 2.
c. 1. Menoch. conſ. 126. nu. 17. vol. 2. vt
eorum exemplo, ſubditi tanto facilius
ad id exequendum attrahantur, iuxta
tex. in l. ſemper in prin. ff. de iur. immu-
nit. l. fi. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.
l. ſecundum, C. de contrah. & committ.
ſtipulat. Boer. in tract. de auth. mag. con-
ſil. nu. 7. in 2. diuiſ. Tiraq. de nobilit. c.
20. nu. 3. & ob ſeruaſſe Alexandrum
Seuerum, refert Lamprid. in eius vita,
30 idq. † pariter a maioribus magiſtrati-
bus minoribus debetur, ad tex. in l. ni-
hil omnino, C. de Palat. ſacr. larg. libr.
12. vbi Io. de Plat. ſubdit, quod maior
31 † Iudex ſuperueniens debet reuerentiã
minori iudici ordinario ibi regenti,
Caſſan. in Cathalog. glor. mund. part. 7.
conſid. 24. & par. 11. conſid. 13. in me-
dio Ioa. de Montagnin. de author. mag.
Conſil. verſ. tamen ad propoſitum nu. 7.
Tiraq. in tract. de nobilit. c. 38. num. 8.
Bonad. lib. 3. polit. c. 2. num. 15. & ſeq.
Gamm. deciſ. 1. num. 6. Menoch. conſil.
32 126. nu. 17. quinimo † ab eiſdem parẽ-
tibus ceſſante omni lege naturæ l. ille
à quo, §. vlt. & l. ſeq. ff. ad Trebellia. &
refert Aull. Gell. lib. noct. Atticar. exem-
33 plum † cuiuſdam Præſidis Cretæ Pro-
uintiæ, cui pater ceſſit, ac præſtantiorẽ
34 locum dedit, & illud etiã filij † Quin-
ti Fabij Maximi, qui cũ Cõſul eſſet, in
loco ſublimiori ſedẽs, iuſſit patri equo
deſcendere, iuxta Romanorũ antiquũ
inſtitutum, vt ſupra diximus; Fabius
itaq; cum iuberetur a filio equo deſcẽ-
dere, dixit illud celebre dictum, nolui
ante iuſsũ tuum deſcẽdere, non vt Im
perium tuum cõtemnerẽ, ſed vt expe-
rirer an ſcires Conſulem agere, quod
35 ſi aliter fieret † nedum minoris exi-
ſtimationis fierent apud ſubditos, ve-
rum & magiſtratus ipſi, multò minus
Principes, maioreſq. magiſtratus co-
lere tenerentur ad tex. in c. eſto 95. diſt.
36 vbi Epiſcopi honorare tenenẽ clericos

quaſi clericos, vt ipſis Epiſcopis quaſi
Epiſcopis honor deferat̃;idq.cõfirmat̃
37 ex his,quę de† Domitio Sęnatore ſcri-
pſit *D. Hieronymus ibidẽ*, tranſumpti-
uè, dũ Principi debitum ſibi honorẽ
non deferẽti reſpondebat, Cur ego te
habeam vt Principem, cum tu me nõ
habeas vt Sęnatorem, quod idem ad
notauit *Bonad.lib.2.polit.c.16.nu.98.*
in fi.& lib.3.d.c.8.n.19. maximus igi
38 tur honor† Magiſtratibus debetur,ijq.
à Principe præmijs afficiẽdi, *D.de Põt.*
*in loco nuper citato nu.5.*cum in his Ma
giſtratus ſplendor conſiſtat *ex Ariſt.*
polit. lib.3.c.9. rectèq. ſecundum *eum*
lib.4.c.15.& lib.5.c.12.parentes,pa-
ſtores,medici à ſapientibus appellantur:
conferuntur cum oculis,cũ anima in cor-
pore,cum ſole in cœlo,nec præter honorem
39 *mercedem aliam accipiunt,& qui †aliud*
quid deſiderãt,primũ tyrãni fiũt,deinde
in diſcrimen, ac periculum conÿciũt Reſ-
publicas,tum faciunt ut mala propter in-
iuſtitiam audiant, deniq. rebus priuatis
cumulãdis ſtudent, commoda publica ne-
gligunt, & notat idem *Ariſt.lib.4.po-*
*lit.c.6.*nã vt tradit *Dio.lib.51. in Orat.*
40 *Caſaris ad milites, ſicut † domus non bo-*
na cenſetur,in qua natu minores grãdio-
ribus non obtemperant; literarius ludus
infelix, vbi diſcipuli magiſtros contem-
nunt; nulla ſpes agrotis, ſi medicis non
obediant; periculoſa redditur nauigatio,
quando gubernatoris nauta morem nõ ge-
runt, ita actum eſt de illa Republica, aut
Regno,& Imperio, in quo Principes, &
Magiſtratus honoribus non afficiuntur,
ſed contemnuntur. maximè ſi Principi
liberè & rectè conſulant,vt dixit *Iſocr.*
in Rapſod. cap.18. ibi, *Hos fidos exiſti-*
ma, non qui quidquid dixeris, feceriſue
laudant, ſed qui errãtem increpant; per-
mitte prudentibus libere loquendi facul-
tatem, vt ſi quid extiteris, de quo ambi-
gas, habeas cũ quibus rem expendere poſ-
ſis,& ne timeant ob id ſuam gratiam,
*fauorem,et beneuolentiam amittere,*vn-
de *Saluſt.in coniuratione Cathalina* di-
xit, *quod animus in cõſulendo liber inter*
alia magnos fecit Romanos. Hæc autem
41 † quæ de magiſtratibus in genere di-
cta ſunt, multò fortius in ſupremis Sę
natoribus, & Conſiliarijs admittenda
42 ueniunt, de quorum † maxima autho-
ritate apud Romanos plura ſcripſe-
rũt poſt *alios Pet.de Greg. Thol.ſyntag.*
iur.p.3.lib.47.nu.19.cum ſeque.Menoc.
de arbit. iud. caſ.518.per totũ, Bonadil.
43 *lib.1.polit.c.3.n.44.in fi.* vnde ad ipſi°
Principis dexterã ſedent, qui magnus
honor eſt, vt tradit *Io. Monta. in tract.*
de author.magn.conſil.& ibi Boer.n.10.
Marant. de ord. iud. in prohem. nu. 10.
Azeued.ad Cur.Piſan.lib.2.c.2.nu.8.
44 Hinc eſt † quod licet Principis di-
cto credatur, maiorẽ profectò fidẽ ha-
bebit accedẽte magiſtratuũ Cõſilio,
& aſſertione, vt dixit *Andr. in c.1. quo*
ſucceſ.tenean.cum alijs relatis ſupra lib.
45 *3.c.4.num.55.* Item dãt licentiam ædi
ficandi in loco publico *l.fluminum, ff.*
de damn.infect.Landen.de Cõſilia.q.3.
46 ſicut † & eorum militia, ſeu officium à
patre emptum nõ venit in collatione
cum alijs fratribus, licet ſit venalis, &
trãſitoria ad hæredes *l.omnimodo,§.fi.*
C.de in offi.teſtam.Bar.in l.1.§.nec Ca
ſtrenſe, ff.de collat.bonor. Bald.in l.cum
oportet, C.de bon.qua liber. & poſſunt
47 † propriæ origini renuntiare, ad text.
*iuncta gl.C.de municip.lib.10.*quinimo
48 † habent domiciliũ in vrbe Principis
l.penul. C.de incol. lib.10. Land. in loco
49 *citato,nu.29.* & in loco † iuriſdictionis
ciues efficiũtur, omnibuſq.ciuium pri-
uilegijs, immunitatibus, & prærogati-
uis gaudent, ad tex. *in l.ciues,C.de in-*
col.lib.11.Bart.in l.1.& l.municeps, ff.
de municipal. Paris de Put. de ſindic. in
ver. Ciuilitas officialis, c.2. in fi. Surg.
de Neap. illuſtr. c.27. nu.15. Bonad. d.
c.1.nu.24.Ann.ſing.365.vbi add.Coſ-
mu. Nepit. ſuper conſuetud. Catinenſ.
50 *tit.2.nu.4.* eoq. oritur † quod vti pars
Prin-

Principis viciniorem, ac digniorē locū i sessionib⁹ cū Pricipe detinēt *c. Epi*
51 *scopus.95.dist.* & in Regno† latus dexterum habent, qui locus maior & honoratior dicitur *Bal. in l. decernimus in 3. notab. C. de sacros. eccles. & est tex. in C. solita de maior. & obed. Azened. ad Cur. Pisa. lib.2.c.2.nu.8.& 13.* maiestatemq. habere dicuntur, ad tex. *in l. si familia vbi Dect. ff. de iurisd. om. iud. Affl. de pac. tenen. in 1. & 2. notab.* in tā-
52 tū quod puniēdi sunt,† q. de magistratibus mala dixerint ad latè tradita *per Decia. tract. crim. lib.7.c.50.* & eos offendens etiam si extra Tribunal, nec ratione officij, Regem ipsum offendedere censetur *Andr. in tit. qua sint Regal. Boer. de auth. magn. consil. nu.4. Bonad. d. t. 1. nu. 25. & 33.* vbi multa circa
53 magistrarū iniurias cumulat, quinimo in crimen læsæ maiestatis incidisse dr, vt post infinitos relatos concludit *Farinac. de crim. laes. maiest. q. 112. n. 64. cū seq. & n. 136. cum alijs pluribus seq.* nouissimè *Regner. Sext. de Regal. lib.2.c.20.nu.23. Fontan. de pact. claus.3. gl.1. n.3. & seq.* & hac de causa priuatus te-
54 neretur defendere magistratū, si eo pręsente offenderetur, *Capic. dec. 130. nu.*
55 *69.* vnde *Arist. 5. Ethic. c. 5.* si quis (ait) *Magistratū gerens percusserit quampiā, non decet eum repercuti, & si quispiam eum, qui magistratum gerit percusserit, is nedum repercutiendus est, verum etiā supplicio afficiendus,* quod idem cōfirmat *lib.5. polit. c. 11.* dū voluit, *quod Respublica bene cōstituta accidentaliter homines puniernnt,* nec alia commodiori rōne Magistratus, & Principis saluti consuli potest, vt tradit *Melch. inn. p. 3. quaest. polit. c. 95.* subdens proditionis esse speciem, si facto Princeps, vel Magistratus lęderetur, quinimo, & ingratitudinē magnam offendere eū, à quo beneficia accipimus, viuimus in pace, sedet quisq. super vineā suam, nec est qui deterreat *Esai. c. 36. & Arist. polit.*

56 1. hinc est quod iniuria,† q̄ fit præsente magistratu grauissima dicit, ad tex. *in l. Praetor adixit, §. atrocem, ff. de iniur. §. atrox inst. eod. Ant. de Ball. lib.7. q.6. n.6.* vbi subdit pęnā delinquentis pręsente magistratu in hoc Regno seruatam, licet de ea valde semper dubitassem, maximè si accidētaliter eueniret, vt ibi per eum, *Couarr. var. resol. c. 10. num. 6. ver. Tertium, Gregor. Lopez. l. 2. glos. 2. tit. 16. par. 2. Bonadill. d. cap. 1. num. 47. cum seq.* quibus accedit, quod
57 † Rege absēte, vel eius Prorege Magistratus eius vicē subeunt, vt *ex Linio, Dionisio, & Plutar.* traddit *Marc. Ant. Surg. in d. cap. 27. num. 13.* & in Regno statutū est per Regiam *pragmaticā 1.*
58 *& 2. tit. 1. tom. 1.* Pręterea possunt† sētentias suas emēdare, corrigere, & dubias interpretari, *Bart. ī l. ab exequutore, ff. de appellat. & in l. 1. in fin. ff. de prat. stipulat. Matthaeus. dialog. relat.*
59 *3. cap. 16. num. 4.* vbi ait quod circa leges conditas interpretandas, & exequendas maximam obtinent authoritatē, cum, & ipsi in legibus cōdendis adsint, *vt in prohem. institu. §. cūque, l. humanum, C. de legib. l. 1. ff. eod. titul.*
60 ijq. libētius† audiēdi sunt à Principe, quam priuari, quinimo eorum pote-
61 stas† quandoque supra legem existimatur, cum eas transgredi ex causa liceat, *l. & si seuerior, & ibi Bal. C. de infamib. l. quid ergo. §. pana grauior, ff. de his qui notant infam.* vnde *Plato* sępissime Magistratus optimos legib⁹ anteponit, vt aduertit *Marsilius Ficinus in argumen. lib. 21. de fortitud. eiusdem*
63 *Platon.* Rursus† possūt sibi authoritate propria augere salarium, si adeò tenue sit, vt ex eo Magistratus viuere non possit, & Princeps augere nō curet, vt docuit *Ludou. Molin. de iustit. et iur. par. 1. disput. 83. col. 8. vers. illud ēt;*
64 non† enim tenentur leges iniustas obseruare, nec deserere officium Reipublicæ necessariū, *Menoch. de Arbitrar.*

cas.

caſ.514.num.12.cum ſeqq. & caſ.515.
vbi cõſtituit plures caſus, & ampliat
65 †ſi auctus eſſet labor, ſecũdum Molin.
vbi ſupra, Brun.in tractat. de augment.
conc.l.13.princip. num.7. Cagnol.in l.
diem functo,num.154.ff.de offic.aſſeſſ.
Mandell.conſ.451.num.26.In tantum
66 quod† in caſu prędicto licebit aliquid
recipere tam ad laboris compenſatio-
nem,quàm vt honeſtè pro ſua digni-
tate viuant,cap.cum ab omni,de vit. &
honeſt.cleric.cap.ſtatutum,§.inſuper,de
reſcript. in 6.& ſic habere etiam ſpor-
tulas,ad not per Rebuff.in tom.3.com-
mentar. tit. de ſalar. taxand.num.13.
qui hoc intelligit quando ita ſe habe-
67 ret conſuetudo loci,quæ† facit licitũ,
quod aliàs erat illicitũ,cap.denique,4.
68 diſt inct. prout nec† poſſunt pro debi-
tis ciuilibus carcerari,vt dixit Cerdan.
de viſitat. carcer. capit.11. nu.9. hiſq.
69 † pariter habitare permittitur in pala-
tijs Principũ,quando ij non adeſſent,
Auth.præſides,C.de epiſcop.aud. gloſ.in
l.vnic.C.de palat.& dom.domin.lib.11.
& ibi Ioan.Plat. Auendan. de exequen.
mand.cap.4.nu.45. Auiles cap.8. Prat.
gloſ. Dineros nu.29. & cap.18. gloſ.de
Conceio num.5. Azeued.l.8.nu.4.tit.6.
lib.3. Recopil.& dixi ſupra lib.3.cap.9.
70 nu.37. quinimo in loco † iuriſdictio-
nis exercendæ cæteris paribus ratione
magiſtratus pferuntur omnibus alijs
etiam in ſedendo vt tradit Caſſan. in
Catalog. glor.mund.p.7.d.conſid.24.&
71 poſſunt† ſoluto iuſto pretio ſibi cape-
re domum neceſſariam pro eorũ ha-
bitatione à quibuſcumque perſonis
72 etiam priuilegiatis ad† inſtar militum
Luc.de Pẽn.ĩ l.fi.C. de profeſſo.& med.
lib.10. Auiles d.cap.8. Prator. ver. di-
neros Bouadill.d.cap.1.num.20. & 21.
vbi hoc intelligit requiſitis prius loci
regitoribus ad not. per Alber. in l. ob-
ſeruare num.1.ĩ fi. ff. de offic. Proconſ.
Laudenſ.de offic.quaſt.47. addit q. nu.
73 33.quod † poſſunt cognoſcere de in-
iuria ſibi,ſuiſque miniſtris illata, niſi
74 pęna eſſet arbitraria,& ꝑ effectu† tui-
tionis eorum perſonæ trahere quæ-
cumq. armorum genera prohibita,vt
75 ibi per eum, Sunt† denique Magiſtra-
tus exẽpti a muneribus omnibus ex-
traordinarijs, maxime perſonalib⁹ ſe-
cundum Bar. & Luc. de Pẽn. in l. oẽs
C.de anno. & tribut. libr. 10. Regner.
Sextin.lib.2. de regal.cap.6. num.111.
Bouadill.ĩ loco citato num. 23. & lib.5.
76 cap.1. nu. 58. licet † ſecus ſit in ſuper-
numerararijs officialibus vt poſt alios
tradidim⁹ ĩ noſtra dec.156.vol.2.quã-
77 uis † aliud ſit ab ordinarijs ſecundum
eos,vel à ſolutione adhoæ,vt aliàs fu-
iſſe iudicatum teſtatur Camill.de Cur.
de feud.par.1.cap.Cum igitur num.65.
78 fol.mihi 42.in Regno tamen † officia-
les patrimoniales immunes ſunt ab
omnibus muneribus ordinarijs,& ex-
traordinarijs vt dixi ĩ d.deciſ.156. ſed
an extendatur ad eorum † vxores vi-
de Fab. de Ann. cõſ.108.num.11.Fer-
ret.conſ.167. num.5. & per totum.

Eſt beneuerum † quod, & ſi magi-
ſtratus tantam habeãt authoritatem,
& poteſtatem,(vt ſub breui compen-
dio explicate conati fuimus,) attamẽ
eam vltra debitas iuris metas exten-
dere,nec relaxare licebit,iuxta Cicero.
dictum ĩ oratione pro Cluentio; eſt enim
(inquit) ſapientis iudicis cogitare tãtũ
ſibi à populo Romano eſſe permiſſum,
quãtum commiſſum ſit,& creditum, &
non ſolum ſibi poteſtatem datam, verũ
etiam fidem habitã eſſe meminiſſe,poſſe
quem oderit abſoluere, quem non oderit
condemnare, & ſemper nõ quid ipſe ve-
lit,ſed quid lex, & religio cogat cogita-
re,animaduertere qua lege reus citetur,
de quo reo cognoſcat, quæ res ĩ quæſtio-
ne verſetur; cum hæc ſunt vidẽda, tum
verò illud eſt hominis magni,atq.ſapiẽ-
tis, cum illã iudicandi cãm tabellã ſum-
pſerit, non ſe putare eſſe ſolum, nec ſibi
quodcumq. concupierit licere, ſed habe-
re

re in consilio legem, religionem, aequitatem, fidem; libidinem autem, odium, inuidiam, metũ, cupiditatesq; omnes amouere, maximeq. extimare conscientiam mentis suae, quam à Dijs inmortalibus accepimus, quae à nobis diuelli nõ potest, haec Cicero; quibus addẽdum est qđ
81 †Magistratus, & si supremi cũ maxima authoritate, & potestate, vt alias dixi *lib.3.cap.3.num.122.cum seq.* & innuit hic *Cicero*, secundum leges, nõ autem ex suo arbitrio iudicare debẽt, earumq. defensores, per vigiles, & custodes existere tenentur, quandoquidem vt docuit *D. Ambros. in Psalm.*
82 *Beati immaculati sermo.20.Bonus† Iudex nihil ex suo arbitrio facit, & proposito domesticae volũtatis, sed iuxta leges, & iura pronũtiat, statutis iuris obtemperat, non indulget propria voluntati, nihil praeparatum, & meditatum de domo defert, sed sicut audit, ita iudicat, & sicut se habet natura decernit, obsequitur legibus, non aduersatur, examinat causae merita, nõ mutat, qui iudicat, voluntati suae obtemperare nõ debet, sed tenere quod legum est, vnde Archita Pithagoreus lib. de lege, & iustitia*, dixit
83 *quod† omnium hominum catus ex Principibus, & subditis, & tertio legibus cõstitit; lex alia animata, & haec quidem lex partibus Reipublicae caeteris praeferenda est;*
84 *huius † enim conseruatione Rex legitimus erit, Magistratus officio suo satisfaciet, populus erit liber, vniuersus autem catus felix futurus est, in eiusdem violatione Rex tirannus fiet, Magistratus officio suo deerit, populus seruus, totus deniq; catus infelix euadet*; hinc *Solon in elegia* inuchit, *heu quantas legum violatio clades, iudices ministri legum sunt, & executores, secundum leges se iudicaturos iurant, leges custodire debent tanquàm pupillam oculi sui, ab eis se auelli non patiantur, tametsi celum ruat*; & ob id refert *Si-*
85 *manc.de Repub.lib.4.cap.*18.qđ† Athenis Nomophilaces erant, q apud praefectos in omnibus publicis consilijs, candidis fasceis coronati assidebant, vt prohiberent, ne quid contra receptas leges decerneretur. Sed de his hactenus. multa quidem diximus *in loco citato:* quibuscũq; tñ magistratibus monendum remanet, vt menti, cordi que habeant verba *Sapien.6.Audite Reges terrae, & intelligite, discite Iudices finium terrae, praebete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur, quoniã cum essetis ministri Regni illius, non rectè iudicatis, neq. custodistis legem iustitiae, nec secũdum voluntatem Dei ambulastis, horrendè, & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum in his, qui praesunt fiet; Exiguo enim conceditur misericordia. Potentes autem potenter tormenta patientur.*

SVMMARIVM.

1 *Magistratibus, & officialibus suas magnificare, & defẽdere praerogatiuas, & praeminentias absque ambitione, & superbia licitum esse videtur.*

2 *Qui in caelo Deo proximior est, altius sedere dicitur.*

3 *Qui iuxta Principem sedet, magis dicitur honorari.*

Magistratus in locis publicis semper interesse debet, sub num.3.

4 *Ordo Magistratus in sedendo dupplicites consideratur; qualitatis scilicet, & temporis.*

5 *Ordo qualitatis in sedendo est potior ordine temporis, & num.6.*

6 *Ordo temporis in sedendo, quando consideretur.*

7 *Princeps seu eius Vicarius tãquam primus Magistratus oẽs alios praecedit.*

8 *Praeses consilij, vel senatus omnes de cõ-*

silio

filio, vel senatu pracedit.

9 *Consiliarius vel senator primo receptus, & qui primò dignitatem acquisiuit alijs postea receptis pfertur, & n.10.*

11 *Qui sunt digniores ratione dignitatis vel temporis, hi in sedēdo, ambulādo, loquendo, & subscribendo maiorem prarogatiuam, & pracedentiā habēt.*

12 *Tempus vnius hora imo, & momenti consideratur ad hoc vt aliquis pracedere debeat ratione dignitatis prius acquisita, de quo nota fieri deberet, licet ex confessione partis vel testium probatione verificari possit, ampl. num. 13.*

14 *Officialibus pluribus in eodem tempore ad idem officium, & dignitatem assumptis, ille proferetur qui etiā alijs qualitatibus decoratus reperitur, & num. 15.*

15 *Doctores duo si eodem tēpore sint creati, ille qui est atate maior, & alijs conditionibus suffultus, alteri pferetur.*

16 *Officialis filius Doctoris prafertur alteri officiali non filio doctoris.*

17 *Duo vincula vbi cōcurrunt faciunt aliquem magis honorandum, & sic magis ligant.*

18 *Officialis Baro pracedit officialem non Baronem.*

19 *Doctor vtriusque iuris prafertur Doctori vnius tantum, licet iste prius doctoratus gradum assumpserit, ampl. num. 20.*

21 *Doctor, & miles pfertur Doctori tantū.*

22 *Qui duplici dignitate est decoratus pfertur ei, qui alteram tantum habet.*

23 *Doctor, qui libros edidit, prafertur Doctori, qui libros non ediderit.*

24 *Qui prius fuit nominatus in dignitate pracedit alium postea nominatum, & de ratione num. 25. ampl. nu. 26.*

27 *Officialis qui prius possessionem officij accepit pracedit eum, qui postea possessionem acquisiuit, ampl. nu. 28.*

28 *Officiorū priuilegia in Regno prius executioni mandantur.*

29 *Officialis qui prius suas literas officij prasentauit, pracedit eū cuius litera exinde sunt prasentata.*

30 *Consuetudo attenditur in materia pracedentia, nec potest prapostarari, & quanto tempore inducatur, vide nu. 31. & 32. ampl. nu. 33. 34. & 35. & ibidem etiam declara, & nu. 36.*

37 *Officiales plures si ad dignitatem assumantur, ille prafertur qui aduocati officium exercebat, ampl. num. 38. limit. num. 39.*

40 *Officiales plures si eodem tempore eliguntur, ille prafertur, q est nobilior.*

41 *Qui plures dignitates habet prafertur ei, qui vnam tantum aqualem habet.*

42 *Seniores iunioribus praferuntur, si ī cateris sint aquales, & num. 43.*

44 *Locus dignior ī processionibus ille dicitur, qui reliquijs, & imaginibus proximior inuenitur.*

45 *Magistratus qui maiorem habet dignitatem ī processionibus loco proximiori reliquijs, & imaginibus sanctorum assignari debet.*

46 *Iudices ī votanda causa, qui prius incipere debēt, & num. 47. 48. & 49. sed quid seruetur ī Regno Neapolis, Lusitania, in Rota Romana, Senatu Pedemōtano, & ī Regno nostro, vide n. 50. vsque ad num. 57. & de ratione num. 51. sed ī hoc standum est cōsuetudini loci, vt nu. 52.*

57 *Officiales si plures eligantur ad primā vacaturā, ille praferre debet, qui ad eam prius fuerit nominatus, ampl. num. 58.*

59 *Consiliarius si quis primo efficiatur, licet sit iunior pracedit alios antiquiores postea electos ad consilium.*

Officio finito dignitas tamen remanet, sub num. 59.

60 *Officialis habēs administrationem prafertur super numerario, licet is alijs inferioribus praferatur, ampl. num. 61. lim. num. 62.*

63 *Officialis Consiliarius Regius si interuenit*

uenit in consilio vti aduocatus alicuius particularis qualiter sedere debeat.

64 *Episcopus accusatus qualiter sedere debeat coram iudicibus.*

65 *Iudex, & officialis criminalis debet p̃cedere ciuilẽ, & nu.66. lim.nu.67.*

68 *Dignitas maior non ammictitur per acquisitionem minoris dignitatis, nec è conuersò, sed quid seruetur in Regno Neapolis, vide nu. 69.*

70 *Vxores officialium gaudent priuilegijs maritorum.*

71 *Officialis inferior dignitate potest per officium iudicis cogi, vt cedat maiori in sedendo, & alijs actibus reuerentialibus, & Ibidẽ an possit agi actio ne iniuriarum.*

72 *Officialis inferior si temere vadit ad locũ maioris, debet inde expelli, & perdere locum suum, & vltimũ habere.*

73 *Princeps potest ex causa, & de potestate ordinaria cõcedere alicui officium cũ pralatione aliorum Magistratuum maiorem dignitatem habenium, attenta qualitate persona.*

74 *Tribunalia quotiescumque collegialiter incederent semper maius Tribunal praefertur, etiam quod Praesidens minoris Tribunalis maiorem habuisset dignitatẽ, quia representat collegiũ.*

ARGVMENTVM.

De Magistratuum precedentijs.

CAPVT IV.



INTER alias dignitates, & Magistratuum authoritates, de quibus in precedenti cap. discussimus, eam nõ esse omictendam arbitratus sum, quae in eorum sessionibus, & praecedentijs ostenditur, ad tex. *in cap. cum olim de consuetud. l. quoties, & ibi Bald. num. 2. C. vbi senat. vel clariss. & in l. obseruare, §. antequam, nu. 3. ff. de offic. procons. & in l. decernimus ĩ 2. notab. C. de sacrosanct. eccles. Surg. de Neapol. illustr. c. 27. nu. 1. & 2.*
1 vbi subdit † quod suas magnificare praerogatiuas, easq. etiam iure naturali tueri omnibus concessum est ad tex. *in d. l. obseruare*, idq. absq. aliquo ambitionis, seu superbię uitio, sed obseruandi ordinis causa iuxta *Gregorij dictũ in cap. vlt. 89. distin. cum simil. de quibus per Menoch. in cons. 126. num. 1. Bonad. lib. 3. Polit. cap. 2. nu. 20. Tiraq. de primogen. in praefat. nu. 13. cũ alijs ibi relatis*; Ideoque cũ materia necessaria sit, & vtilis ad sedandas varias inter Magistratus contentiones, quae inde oriri consueuerunt, separatim in praesenti capitulo non nullas cõclusiones cõstituere decreui, ex quibus ferè oẽs cõtrouersię, quae in casibus cõtingentibus euenire posset, facilè determinari valeat; & quãuis aliqua de his dixerim *supra lib. 4. c. 14.* in p̃latione Titulatorum Regni, his tamẽ additis materia omnis explicata remanebit.

2 Et primo sciendum est, quod † sicut in coelo, qui Deo proximior est dicatur altius sedere, secundum *glos. in §. aliam, institut. de bonor. possess. Cepoll. in tractat. de Imperator. milit. eligen. in verb. ratione dignitatis*, ita
3 † in terra is magis dicitur honorari, qui prope Principem sedet, vt notat *eadem glos. in dict. §. aliam, vbi Doctores, Bald. in dict. l. obseruare, Surg. de Neap. illust. cap. 27. num. 1. Frecc. in quast. parlament. per totum. Azeued. ad Curiam Pisanam lib. 2. cap. 2.* vbi de hoc honore sedendi iuxta Principem ait esse tex. *in 2. Esdra cap. 3.* vnde vt vnusquisq. ordinem suum, & locũ cognoscat, qui in huiusmodi sessionibus seruandus est, ad text. *in l.*

R *fin.*

ſi.C.de primicer.& tot.tit.vt dign.ord.
ſeruet.lib.12. Menoch.cōſ.126.num.1.
maximè in locis publicis, in quibus
magiſtratus intereſſe debent ad text.
in l.ſi quando,C.de ſtat. & imag. illud
4 ſcire neceſſariū eſt, qđ † hic ordo du-
pliciter conſiderari poteſt, temporis
ſcilicet,& qualitatis,vt dixit Caſſan.ī
5 cath.glor.mund.p.1.cōſid.78.ordo † tñ
qualitatis potior erit ordine tēporis,
ad tex.in l.1.C.de conſul.lib.12.l.1.ī ſi.
C.qui accuſ.poſ.Luc.de Pēn.ī d.Rub.C.
vt dign.ord.ſeruit.lib.12. cū ſimil. qua
cumulat Io.Aloiſ.Ricc.ī collect a.1446.
6 p.4. Intantum quod † vbi locū habet
ordo qualitatis nō curatur de ordine
temporis, qui ſimpliciter locū hēt in-
ter exiſtentes in æquali dignitate, ſe-
cus autem vbi eſſent inæquales, quo
caſu non temporis ordo,ſed ille prior
eſt alijs,qui maiorem dignitatem ob-
tinuit, vt docet Iacob. Rebuff. ī d. l.1.
C.de conſul. quem ſequitur Caſſan. in
loco citato,a Gamm.dec.1.nu.13.& ſeq.
D.de Pont.conſ.14.nu.44. & dec.8. de
quo diximus in dec.130.nu.13. & ob
7 id Princeps† ſeu eius vicarius tanquā
primus Magiſtratus (vt ſæpius dixi-
mus) omnes præcedit magiſtratus,
Caſſan.ī loco citato p.7.conſid.19. ver.
& licet multa,& par.11.conſid.13.Bo-
8 nadill.vbi ſupra num.23.ita,& Præſes
Sænatus, ſeu conſilij cæteros Sęnato-
res, & conſiliarios antecedit, ad text.
ī cap.epiſcopus.93.diſtinct.Roman.cōſ.
23.nu.3.Matthienſ.dialog.relat.3.cap.
21.num.5.& 7.& ſic iuxta qualitatem
9 dignitatis,& officij; verùm inter† eoſ-
dem Sænatores, & Conſiliarios,qui
primò receptus fuit alteri præfertur,
cap.ſtatuimus de maiorit. & obedient.
cap.ſi qs inſto,ibi,is qui primo, de elect.
in 6.Bald.ī Authent.hoc amplius col.ſi.
C.de fideicommiſſ.Anton.Piagg.de con-
ſuetud.q.11.nu.503.Molfeſ.ſuper con-
ſuet.Neap.par.1.cap.6.nu.2.& hoc ra-
tione ordinis tēporis, & antiquitatis,
ad tex.in d.l.1.de conſul.lib.& l.1.C.de
prapoſit.ſacr.cubic.lib.12.l.vnicuique
C.de prox.ſacror.ſcrin.l.3.C.de Tyron.
10 eod.lib.12.quandoquidem† qui prio-
ris Magiſtratus dignitatē quæſierunt
alijs præferendi ſunt,cap.placuit, diſt.
18.gloſ.ī cap.ſi.de conſuet.in 6. cum ſi-
milibus relatis per Azeued.in d. cap.2.
11 ſub nu.17.vbi ſubdit,quod in ſedēdo,
ſubſcribendo, incedendo, & loquen-
do ij maiorem prærogatiuam habēt,
qui digniores ſunt, vel ratione digni-
tatis vt ſupra diximus, vel temporis
promotionis ad officiū ad tex. in cap.
conſilium,§.hinc,in fine,17.diſt.Innoc.
in cap.tua, de maior. & obed.Bart.in l.
1.ff.de alb.ſcribēd.Tiraqu. de primog.
q.6.Cabed.dec.3.nu.5.Bonad.lib.3.po-
lit.cap.2.nu.20. a Gamm.dec.1.nu.1.
Auend.de exeq.mād.lib.1.c.19.nu.15.
12 quod etiā in vnius† horę ſpatio conſi-
deratur, imo, & in vno momento ex
gl.in c.duobus de reſcrip.in 6.& gl.ſi.in
l.ſi ex pluribus §.ſi.ff.de ſolut.de com-
* mun.* opin.refert Caſſiodor.dec.20.de
praben.Rebuff.de pacif.poſſeſ.nu.299.
vbi ait cautelam eſſe vt de certa hora
fiat nota, licet aliàs per teſtes, vel per
cōfeſſionē partis probari poſſet vt per
Azeued.in d.c.2.n.15.idq. obſeruādū
13 eſſe † ēt ſi cōſuetudo eſſet in cōtrariū,
vt tradit Licētia.de Piſ.ī d. Cur.Piſ.n.
4.eo qđ potius corruptela diceretur,
Hoſt.Io.And.& alij in c.1.de maior.&
obed.Frā.Marc.dec.808.n.1.Menoc.d.
cōſ.126.n.32.quinimo ex ea varia ori-
rētur ſcādala,& inimicitiæ c.ſi.de cō-
ſuetu.l.oēs vbi Bar.& Io,Plat.C.de de-
curio.lib.10.quæ protinus ceſſare vi-
dentur ex conſtitutione prioritatis
temporis, & promotionis ad officiū,
vt experientia docet.
14 Secunda concluſio eſt, quòd† inter
plures Sęnatores,ſeu Magiſtratus,ad
eādē dignitatem eodēmet tpe crea-
tos, ille præferri debet, qui alijs qua-
Quadragesimo septimo infero, qđ
232 † Prorex concedit licentiam vasallis,
vt possint se congregare, & detinere
consilium absque licentia Baronum,
233 quod aliter prohibitum est absq. eo-
rum consensu sub pęna publicationis
bonorum, *ex cap 04. sub Rege Ioanne*,
licet si agatur de interesse Baronis, eã
concedere nequeat, nisi audito Baro-
ne ex dispositione eiusdem capituli,
pro cuius materia vide *Mandell. cons.*
427. *Montan. super pragmat. 2. de*
administrat. vniuers. nu. 265. cum seqq.
Cancer. variar. resolut. lib. 3. cap. 3. nu.
234 136. sicut nec † possent Barones ipsi se
congregare absque ipsius Proregis li-
centia, vt dixi *supra lib. 4. cap. 13. num.*
235 217. & quid in ciuitatibus Demania-
libus, vide *Afflict. in præludi. constitut.*
Regni quæst. 4. Boer. decis. 60. num. 12.
Paris. de Put. de sindicat. titul. de offic.
sindic. vers. pone num. 3. Cassan. in ca-
thal. par. 5. consid. 24. num. 96. quod
136 idem generaliter † dicendũ est de alijs
omnibus congregationibus, quæ abs-
que Principis authoritate nõ permit-
tũtur, ad tex. *in l. fi. C. de iurisdict. omn.*
iud. l. 1. ff. de colleg. illic. Surg. de Neap.
illust. cap. 25. num. 21. cum seqq. qua-
237 liter † autem huiusmodi consilia ab
eodem Prorege confirmanda sint, di-
xi *supra lib. 3. cap. 4. num. 444. & seq.*

Quadragesimooctauo infero, quod
238 † forudicati pro quocumque delicto
etiam non excluso ab Indulto gene-
rali, vel ædicto gratioso, eorum bene-
ficio excluduntur, nisi aliud D. Prore-
gi videatur, in casibus tamẽ ab eo nõ
exceptis, vt ex eiusdem Indulti dispo-
sitione cautum est.

Quadragesimonono infero, quod
Pro-

239 † Prorex non poteſt mandare qđ procedatur ad ſententiam banni pro cauſa ciuili, cum id ex Regia *Pragmatica*
240 *7. de ſentent. Bann.* non† niſi in cauſa criminali permiƈtatur, & quãuis ſciã fuiſſe aliquãdo cõtrarium ſeruatum, attamen mihi ſemper contrarium viſum fuit, & numquam id tale Principẽ cõſulere volui, eum ſit contra formam ipſius Pragmaticæ, & particularem prouiſionẽ Domini Regis p literas datas de anno 1591. infortioribus terminis, ſi bene perpendãtur, ibi, *Dela cantela que los acreederes vſan de accuſar criminalmente al deudor paraque por verſe libre dela accuſation y cauſa criminal condeſcenda a todo lo que cõtra el pretende el creedor; pues por prãmatica ſpecial eſta proueido a eſta calunnia, hareis que ſe guarde con tanto cuydado que ninguno ſe pueda atreuer a vſar de ſemexante eſtorſion.*
241 Quod † ſi id in ſimplici accuſatione ita per Regem prohibitum eſt, quid dicendum in ſententia bãni, quæ tot, & tanta pericula, damna, & intereſſe, tum vitæ, tum bonorũ omnium poſt ſe inducere videtur, hoc tamen ſcio, Principes in hoc non errare, ſed male conſultos.
242 Quinquageſimo infero, quod † Prorex tantum in literis, & prouiſionibus ponit, & intitulat nomen Suę Catholicę Maieſtatis, cum alijs id prohibitũ reperiatur ex Regia *Pragmat. 4. de diuerſ. reſcript.* etiam quod ſint ipſius Proregis Vicarij, *Dom. Mut. ſuper Cap. Alfon. 21. num. 5. 6. & 11.*

Quinquageſimoprimo infero, qđ
243 † Prorex concedit dilationes debitoribus ex expreſſa poteſtate ſibi in titulo
244 tributa, licet † non extendantur ad debita dependentia ex ſeruitijs perſonalibus, Bullæ, Curiæ, Banci, Quindenę pendẽtis, ſiue lapſæ, loerij domus, vel contra viduas, pupillos, aut eccleſias, vt in diuerſis Pragmaticis contentis *in titul. de donat.* apparet, verum tamẽ eſt quod in Regno adeſt pariter ordo particularis Regius, ne debitoribus guidatica indifferenter concedantur, ibi, *los grandes inconuenientes que ſe ſiguen de cõcederſe guiatico a deudores, y la leſion que en ello padeſſe la recta am miniſtracion dela iuſtitia ſe ha buelto de nuebo a conſiderar y aſſi con grandes veras os encargo tengais la mano, que no ſe den los dichos guiaticos por ninguna cauſa ſeguunque antes de aora os eſta expreſſamente ordinado.*

Quinquageſimo ſecundo infero,
245 quod † Prorex tanquam ille, qui Regis perſonam repreſentat, & ea omnia facere poteſt, quæ ipſe Rex (vt alias diximus) poteſt concedere priuilegia in Regno, vt dixerunt *Oliban. de iur. fiſc. cap. 4. num. 58. Boſſ. de princip. & eius priuileg. num. 87. Cancer. lib. 3. variar. reſolut. cap. 3. nu. 329. cum ſeqq.* & ita paſſim ſeruatũ vidimus, maximè in petitionibus, quæ fiunt in Regio
246 Parlamẽto, ciuſque ratio † eſſe poteſt, quia ſicut legẽ condere non prohibetur, quinimo ſibi ex ſpeciali poteſtate permiƈtitur, ita, & in priuilegiorum conceſſione dicendum eſt, ſecundum *Sebaſtian. de Medic. in tract. de legib. & ſtatut. par. 4. quæſt. 33. num. 4.* conſul-
247 tius † tamen eſſet, ſi ea a Dom. Rege confirmarentur.

Quinquageſimotertio infero, qđ
248 † Prorex ob atrocitatem deliƈti vel ex aliqua alia iuſta cauſa poteſt abbreuiare terminum anni foriudicationis, diſpoſitum per *Conſtitut. Regni, pœnam eorum, vbi Andr. & Do. Carol. Tapp.* qui ſubdũt ita ſeruari in Regno illo Neapolitano, de quo etiã per *Do. de Ponte in conſ. 69. num. 1. & in tract. de poteſtat. Proreg. in tit. de prouiſ. fieri ſolit. nu. 46. Vinc. de Franch. deciſ. 173.*
249 *num. 36. & 213. num. 35.* licet † in Regno noſtro, ex quo terminus anni fuit per Reg. Pragm. abbreuiatus ad mẽſes

ses quatuor, nunquam tale id seruatũ
vidi, neq. seruandum consulere volui.

Quinquagesimo quarto infero, qđ
250 † Proregis iurisdictio, quæ ordinaria
est (vt alias diximus) ob præsentiam
Regis non expirat, ita in spetie dixit
Olivan. in tract. de iur. fisc. cap. 4. n. 37.

Quinquagesimoquinto infero, qđ
251 † Prorex per loca Baronum habentiũ
merum, & mixtum imperium, & om-
nimodã iurisdictionẽ, potest deferre
officiales suos oẽs cum baculis eorum
officij erectis ratione vniuersalis iuris-
dictionis, q̃ habet in toto Regno, ad
tex. *in l. 1. ff. de offic. Proconsul. Abb. &
alij in capit. ex tuarum, de authorit. &
vsu pall. Natt. cõs. 580. nu. 4. Auendan.
de exeq. mandat. lib. 2. cap. 21. num. 2.*
& in Prorege *Cancer. lib. 3. variar. cap.
13. num. 335. vbi cæteros* cumulat.

Quinquagesimosexto infero, quod
252 † Prorex prohibere potest, ne Regnũ,
in quo præest, vel aliqua ciuitas mi-
ctat Legatos ad Regem absque eius
licentia, ex regula *tex. in l. 3. & fin. C.
de legat. lib. 10. & notat Bald. in l. 1. ff.
quod cuiusque vniuers. nom. Minad. in
constit. in aliquibus, in verb. Comitum
vel Baronum, Montan. de administr.
vniuersit. pragmat. 4. num. 17. Marc.
Anton. Surg. de Neapol. illustr. cap. 25.
num. 19. cum seqq.* vbi ait, rationem es-
253 se, quia idem † statutum est in præfecto
prætorio, multaque notãda subdit in
materia, Regiumq. ordinem ibi tran-
scribit, ex quo ciues coguntur quære-
re licẽtiam prædictam, & Prorex abs-
que iusta causa eam denegare nõ pos-
set; veruntamen est quod si denegare-
tur, posset eo casu Regnum, seu Ciui-
tas Legatos mictere ex præfato Re-
gio decreto, quod comprobat *text. in
§. sit tibi quoque cura in Authẽt. de mã-
dat. Princip. & l. si quis decurio la 1. C.
de decurio. lib. 10. vbi Io. de Plat. & Re-
buff.* qui hoc expresse dixerunt, & no-
uissimè *Do. de Ponte in titul. de abund.*
254 *ciuit. §. 7. per totum*, subdens quod † in
isto casu etiam salarium legato debea-
tur, & fuisse iudicatum in collaterali
255 consilio; Id † tamen summopere ad-
uertendum erit, vt in huiusmodi casi-
bus inspiciatur, si Legatio vniuersale
cõtineat beneficium, & necessaria sit,
adeo quod per literas explicari ne-
queat nam his deficientibus possent
excusari tot expẽsæ pecuniarum, quæ
de pauperum sanguine extorquẽtur,
& vt plurimum Deus scit, si fiant ad
placitum, & pro particulari interesse,
nulla vrgẽte necessitate, sed in alio se-
culo videbunt.

Quinquagesimoseptimo infero, qđ
256 † Prorex tãtum dat licentiam officia-
libus recedẽdi à loco, vbi officium ad-
ministrant, *ad tex. in l. si quis decurio,
la 2. vbi Bart. & Luc. de Penn. C. de de-
curio. lib. 10. l. illud ff. de offic. Præsid.
Caronit. super Rit. Neapol. 7. nu. 1.* vbi
ait quod ibi hoc etiam cõceditur Ma-
gistro Iustitiario, & Regentibus Re-
giam Cãcellariam, sed in Regno no-
stro Siciliæ non nisi ab ipso Prorege
257 obtineri potest; in tantum quod † aliàs
faciendo officialis punitur, etiam si
258 causa † Reipublicæ, vel infirmitatis re-
cedere vellet, vt dixit *Paris. de Put. de
Sindicat. in verb. salarium, §. si officia-
lis, num. 1. & 10. vers. vbi autem*; seu
per noctem tãtum vellet pernoctare,
vel recreationis causa, secũdum *Affl.
in Constitut. Regni, statuimus, notab. 6.
Vincent. de Franch. dec. 455.*

Quinquagesimooctauo infero, qđ
259 † & si officiorum renuntiatio fieri non
possit nisi in manibꝰ superioris, vt di-
ximus *supra lib. 1. cap. 24. num. 11.* id
tamẽ fieri nõ sufficit in manibus Pro-
regis, si officialis titulum à Rege ha-
buerit, cum ad id eius potestas non
extendatur, quinimo prohibitũ sit per
literas regias datas de anno 1591. cap.
4. ibi, *Tienese entendido que han con-
stumbrado los Virreis conceder renun-
tiatio-*

tiationes de officios siendo prerogatina
esta quela he reseruado siempre para mi,
por que no es razon, ni mi voluntad, que
se haga de aqui adelante, aunque se ha
vsado del modo que se ha tenido en los
dispachios que alla se dan alos que son
ammittidos alos officios que es obligar-
lo à que dentro de cierto tiempo ottengan
de mi la confirmation; para ouiar de to-
do punto a esto, y otro daño que segun he
sido informado lo hauido es ha saber que
despues de echia la tal renuntiation ha
accaesido morir la persona en quien se
hizo, y pretende nel renuntiante bolner
lo officio, qua ya dexo. Tenereis la mano
en que en ninguna manera pase adelan-
te este abuso de admittir las dichas re-
nuntiationes, antes para que nadie se
attrebe a tentarlo, hareis publicar que
qualquiera persona que renuntiare offi-
cio aunque sea con clausula de ottener li-
centia, y confirmation de mi, ipso facto
que esto succeda lo pierde, y se tenga por
debuelto à mi Corte. Qui quidem ordo
fuit confirmatus per alias literas da-
tis Madrid. sub die 12. Octobris 1613.
260 Idemq. † procedit in resignationibus
beneficiorum de iure patronatus re-
gio, nisi ab ipsis cōferantur ad notat.
per Abb. in cap. ad supplicationem nu.
4. de renuntiat. Oldrad. conf. 209. *Fla-*
min. Paris. qui loquitur in Prorege
Neapolis *in tractat. de resignat. lib.* 7.
par. 1. *quaest.* 9. *num.* 12.

Quinquagesimonono infero, quod
261 † Prorex assignat insulam deportatis
vt dixit *Bellug. in Specul. Princip. Rub.*
23. *nu.* 7. *vbi add. D. Borell.*

262 Sexagesimo infero, quod † Prorex
non potest cōcedere licentiam facien-
di nundinas *ad text. in l.* 1. *ff. de nund.*
Franc. Marc. dec. 53. *par.* 1. *Cerdan. in*
Versloq. cap. 1. §. 2. *fol. mihi* 14.

263 Sexagesimoprimo infero, qđ † Pro-
rex non potest concedere licentiam
Magistratibus, seu officialibus vt pro
aliqua persona patrocinium, siue pro-
curatorium suscipiāt, ex expresso Re-
gio mandato sub die 8. Aprilis 1595.
ibi, *El abogar los Iuezes perpetuos, bien*
nales, annuales, Abogados fiscales, y
otros officiales en negotios de particula-
res esta tan defendido por prematicas,
que aun no es permittido recibir sala-
rios atrasados en tiempo que son officia-
les reales, pero con todo esso se entiende
que dispensan muchas vezes los Virreis
a ello a instantia de personas poderosas
permittiendoles que aboguen por parti-
culares; y por que esso trahe consigo
muchos enconuenientes, y assi mismo lo
acceptar poderes para entender en nego-
tios de persona de fuera del Reino, pro-
curereis que de nuebo se probiba lo vno,
y lo otro, y que se guarde inuiolabilmen-
264 *te.* Idque † ampliatur etiam in haben-
tibus salarium à Regia Curia, quia
non possunt patrocinare contra fiscū
ex prag. vnica tit. 7. *tomo* 1. *pragmati-*
corum, & in materia multa tradit *Ani-*
les in cap. praetor. 3.

Sexagesimo secundo infero, quod
265 † Prorex ex causa necessitatis potest
homines malae vitae, & famae pro de-
lictis grauibus in carceribus existen-
tes deponere super Regijs triremibus,
donec eorum causae expediātur, si ita
celeriter expediri minimè valeant, vt
ex pluribus defendit *Dom. de Ponte in*
tractat. de potest. Proreg. tit. de Regal.
imposit. in rub. num. 51. & ita aliàs vidi
seruatum in Regno, nam etiam per
Mag. Cur. consueuerat fieri prouisio,
quod huiusmodi delinquentes carce-
rati facerent processum super Regijs
266 triremibus; sed † inde superuenit ordo
Regius huiusmodi prouisionem pro-
hibens; idque summa cum ratione,
nam, & si tempore necessitatis multa
licita sint, maximè soluta mercede si
veniāt liberandi, vt praesupponit *D. de*
Ponte in loco citato, negari tñ minimè
poterit, quin eorū defensiones per in-
directum denegentur; cum ij extra
vrbem

vrbẽ,& fortè à Regno absentes reperiri posit ibi inseruiẽdo, quo ĩ casu vel termini ꝓcessus eis indefensis, & absentib. currerent, vel saltim eorũ caussas retardare necesse esset, quod rectæ iustitiæ administrationi minimè conuenit.

267 Sexagesimotertio infero, qđ † Prorex tenetur seruare mandata, & ordinationes factas à D. Rege circa Regni regimen, idq. nedum secundum iuris dispositionem ad notat. *per Bald.* loquens in legato Papæ, qui Proregi assimilatur *l.1. in fin. num.6. ver. adde tamen quod legatus ff. de offic. præfect. Præt. Abb. in cap. fin. not.2. de confirm. vtil. vel inutil. Gamb. de potest. lega. lib. 3. tit. de potest. leg. circa benef. num.70. Sanc. de matrim. lib.8. dispu.6. nu.14. & diximus supra lib.3. cap.3. in fin.* discutiẽdo generaliter de omnibus Magistratibus; sed etiam quia id expresse decretum est per literas Regias datas Toleti sub die 10. Iulij 1596. exequutoriatas Pan. sub die 27. Augusti eiusdem anni, tẽpore Regiminis Marchionis Heracliæ Locumtenentis, & Presidis à Rege nominati, quas quidem, vti admodum necessarias, volui hic inserere. *Haniendo algunas vezes succedido por lo passado en tiempo de diuersos Virreis desse Reino predecessores buestros, que no solo no han cumplido ni executado diuersas cosas que les he mãdado toccantes à Gouierno, iustitia, hazienda, y declaration de mi precisa voluntad en toda sorte de negotios, pero que aun no me han respondido, ni auisado del recino de mis ordines, dexando por esse camino deserto el cumplimento de lo que mando con mucho deseruitio mio, y desautoridad de mi supremo Consejo con cuia communication resuelbo las taleo cosas; me ha parecido preuenir al inconueniente que de continuar esse estylo se puede adelante seguir con aduertiros añadendo, y como es iusta y licita la repugnantia de mis ministros alas dichias mis ordines, y quanto me desplaceria que se exceda desta regla, y assi os ordemo, y mando pracisamente, que vos en buestro tiempo, y los que os succedieren en esse cargo, que siempre que os llegare algun mandado mio en cuia exeqution se os represente inconueniente, puedais dilatarle, o dexarla de cumplir hasta auisarme de la causa porque lo hazeis, y esperar respuesta mia, y si yo mandare iusto lo que poneis por empedimento, que toda via lo cumplais aziendo assi inuiolabilmento sin mas replica, ni dilation con aprezinimiento, que quando en esto hay falta se procedera contra los que no lo cumplieren con la demostration que se iuzgara conueniense, y porque como arryba se suppone esta orden se entienda con vos, y con los que succiederen en este cargo, proueereis que se registre en parte que no pueda dexar d'esser notorio alos buestros dichos successores, a fin que ninguno se excuse, con la ignoranzia, y me auisareis di hauerlo echo; pues con esso quedare cyerto, que siendo vos tan puntual, y zeloso como sois delas cosas de mi seruitio, no aura en buestro tiempo descuido de la exeqution de que à qui se ordena, Io el Rei.*

Sexagesimoquarto infero, quod
268 † Prorex potestatẽ habet nomine Regis conuocandi comitia, seu parlamẽta cum tribus statibus Regni in eo loco sibi melius benè viso, eaque sollemniter celebrare, & in eis donatiua Regia, seu munera consueta, vel alia seruitia pro Regia Curia exigere, petere, & acceptare, ac in eis alia quæuis negotia generalia, & particularia pertractare, prout expresse in eius titulo declaratum est, quæ materia parlamenti, eiusq. magistratuum infra cap. 15. explicabitur.

269 Sexagesimoquinto infero, † quod Prorex veniam ætatis cõcedit *ad tex. in l.1. & 2. C. de his qui ven. ætat. impetr.*

petr. l. deniq;, in princ. ff. de minorib. Afflict. in Rubr. qua sint regal. num. 10. *Calic. de fisc. dubit.* 8. *prerogat.* 14. id-
270 que † positum est in primo gradu mixti imperij secundum *Bart. in l. imperiũ ff. de iurisd. omn. iud. & tradit Castald. de Imperat. quæst.* 110. *nu.* 12. subdens
271 † hoc prohibitũ esse Iudici, vt nõ possit habilitare minorem in iudicio sine curatore contra dispositionem iuris, & sequitur, *Dec. cons.* 549. eo magis quia id expresse conceditur in eius priuilegio.

272 Sexagesimosexto infero, qđ † Prorex nomine Regis potest inducias inter quoscumque imponere, easq. impositas ad vnguẽ obseruari facere, vt expresse prouisum est in eius priuilegio, & in Locumtenẽte Regis in Regno Cataloniæ tradiderunt *Calic. de fisc. dubit.* 8. *circa finem vers. quæro vlterius, Michael Ferr. in* 1. *par. obseruat. Gubernat. General. Catal. obseruat.* 20. *Oliban. de iur. fisc. cap.* 4. *num.* 18. *Fontanell. de pact. clausu.* 4. *glos.* 15. *nu.* 120. vbi alios allegat.

Sexagesimo septimo infero, quod
272 † Prorex notarios examinatos, & idoneos per totum Siciliæ Regnum constituit, licet eorum visitatio fiat per Prothonotariũ, vel eius Locũtenentẽ.

274 Sexagesimooctauo infero, † quod Prorex ex speciali potestate concedit licentiam emancipandi, quãuis id soli principi competat vt dixi *supra lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 433.

475 Sexagesimonono infero, qđ † Prorex conuocare potest Barones, & feudatarios regios quotiescumque oportuerit, ac sibi beneuisum fuerit, & ab eis feudale, seu militare seruitium exigere, & contra non parẽtes, & contumaces procedere, de quo dixi *supra*
276 *lib.* 3. *cap.* 10. *num* 432. *& seq.* nec † non & poterit ab eis iuramentum fidelitatis exigere, atque recipere, vt expresse in eius titulo commissum est.

277 Septuagesimo infero, quod † Prorex non potest Capitulis Regni derogare, *vt infra dicã in Capit.* 15. *de Regni Deputatis.*

Huiusmodi autẽ Magistratus hodie regimen habet maximo totius Regni applausu Illustrissimus, & Excellen. Don Petrus Giron Dux Ossunæ.

SVMMARIVM.

1 *Consultoris Domini Proregis officium vnde in Regno ortum habuit, & quare sit constitutum, cum num. seqq.*

2 *Senatores omnes Regij originarij esse debent.*

3 *Consultoris Do. Proregis officium antiquissimum est, circa quod multorum Principum exempla referuntur.*

4 *Princeps, licet sapiens, Magistratuum consilia amplecti debet, maximè ab illis ad hoc deputatis, licet illa sequi non teneatur, & num. 8. & 9.*

5 *Officialis, & Magistratus non modica afficitur iniuria, quando de spectantibus ad eius officiũ alij consuluntur, & de ratione num. 6.*

7 *Acta facta ab eo, ad cuius officium non spectant, omisso vero officiali, sunt nulla, & irrita.*

10 *Consultoris Domini Proregis officium olim certam formam, & regulam non habebat.*

11 *Consultoris D. Proregis officium hodie quid sit, & in quibus consistat, & de priuilegijs, & prærogatiuis, quæ ad ipsum spectare dicuntur, num. 12. cum sequentibus.*

12 *Consultor Domini Proregis inter consiliarios primum locũ obtinet post Præsides in omnibus consilijs, & sessionibus, ampl. num. 13.*

11 *Consultor D. Proregis potest interuenire in omnibus visitationibus carcerũ generalibus, & particularibus.*

15 *Consultor Domini Proregis potest interuenire Torturæ Reorum.*

Z Con-

16 *Consultor D. Proregis potest interueni-re in referenda regiorum secretario-rum, & referendariorum.*

17 *Consultor Domini Proregis potest inter-uenire in referēdis, quæ illi fiunt per Auditores militum.*

18 *Consultor D. Proregis in quibus causis, & consilijs habeat votum consultiuū, vel decisiuum.*

19 *Consultor D. Proregis in rebus consulen-dis debet se gerere vt Iudex, non au-tem vt fiscalis.*

20 *Magister Notarius Magnæ R.C. an scri-pturas, & processus, quos Consultor D. Proregis recognoscit, teneatur ad domum illius apportare, & an compe-tant ipsi aliqua iura, & num. 21.*

22 *Iudices Magnæ R.C. in causis in quibus nō interueniunt Præsides, sed tantum Consultor D. Proregis debent se con-ferre, & vnire in domo ipsius Consul-toris, declara vt ibidem.*

23 *Consultor D. Proregis in Tribunali Re-gij Patrimonij omnibus alijs praeest uti protector illius si nō adest Præses Re-gij Patrimonij, declara vt ibidem.*

Magister Rationalis antiquior proponit in Tribunali quæ facienda sunt, si nō adest Præses, nec Consultor D. Prore-gis, sub num. 23.

24 *Consultor D. Proregis licet olim sederet in Banco, et titulum spectabilis sortie-batur, hodie tamen sedet in sella, & appellatur illustris, & num. 26.*

25 *Sedere in sella coram Principe est ma-xima dignitatis.*

27 *Consultor Dom. Proregis in reuisionibus causarum criminalium, & patrimo-nialium inter fiscum, & priuatum, interuenit, & iudicat simul cum Præ-sidibus.*

28 *Consultor Domini Proregis in competen-tijs iurisdictionum inter Regia Tri-bunalia, ipse solus est Index com-petens.*

ARGVMENTVM.

De officio Consultoris Domini Proregis.

CAPVT VII.



OST Proregis officium, antequam ad Regia Tribunalia deueniamus, necessarium esse arbitror, vt de officio Consultoris Illustrissimi, & Excellentissimi D. Proregis, ac Regij Patrimonij protectoris
1 aliquid breuiter attingam*, Huiusmodi enim Magistratum inde ortum habuisse credendum est, quod cum Re-
2 gij † senatores omnes originarij *ex cōstitutionibus, & Regni Capitulis* esse debeant, ijq. forsan in aliquibus rebus nō semper absq. scrupulo suspitionis ob naturalitatem esse videantur; vnus propterea eligeretur iuris peritus, amicorum, & consanguineorum alienus, cum quo vti extero (Regno tamen assentiente) possit Prorex in rebus grauioribus ad iustitiæ administrationē, regiumq. seruitium pertinentibus cōsuli, eiusque ministerio, & opere pas-
3 sim vti; Nec † id nouum existimandū erit, nā apud Romanos Ælius Adrianus ex equestri ordine, ac senatorio, domesticum quemdam senatum circa se habuit, ipsiusque cōsilio, & opere in bello, & pace vsus est, vt refert *AElius Spartian. in eius vita*; Nero quoque Senecam à consilijs habuit, neq. in profundum malorum prorupisset, si eiusdem monitionibus obtēperasset; sic etiam ferè omnes Reges, & Monarchas aliquem penes se Consultorem habuisse, cum quo grauia pertractarent, testatur *Suetonius in August.*

August. cap. 35. & de Assuero, Alexandro Magno, & alijs tradit *Petr. de Gregor. Thol. Syntag. iur. par.* 3. *lib.* 47. *cap.* 28. *num.* 3. & licet aliquibus Excellentissimis Proregibus dedecus visũ fuerit, quasi pueris, seu tyronibus, aut discipulis, pedagogi, veterani, seu magistri loco sibi præponere Cõsultorem, ac proinde multũ authoritatis, & potentiæ Proregibus detrahere; ideoq. eodem tãquam Magistratu sibi infesto sæpe sæpius vti; audiuiq. eosdem Consultores cõquerentes, nullum ab ipsis sepenumero in rebus ad bonam iustitiæ administrationem spectantibus, exigi consilium, imò & de ijs, de quibus eorum essent à Proregibus cõsilia inquirẽda, ab alijs exquiri Magistratibus, attamen eos à recto tramire

4 aberrasse liq dò cõstabit, nã † Prīceps, (& si sapiens,) libẽter Magistratuũ cõsilia amplecti tenetur, vt ex pluribus *dixi supra lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 42. *cum seq. & tradit Bouadill. lib.* 2. *Politic. cap.* 6. eoque magis in Magistratu ad id spe-

5 tialiter constituto, quandoquidẽ non modica affici videtur iniuria Magistratus ipse, quando de spectantibus ad eius officium alij consuluntur, vt dixit *Paleott. de sacr. consil. par.* 1. *q.* 3. *art.* 5. *& 6.* quem sequitur *D. de Ponte in tract. de potest. Proreg. titul. de delegat. caus. num.* 24. ex hoc etenim lædi-

6 tur † Magistratuum fama, honor, & dignitas, & verè quod ipsorũ est aufertur de facto, & alteri datur; *ad tex. in capit. nouit, de his qua fiũt à Prælat. sin consen. capitul. ibi, vnde non decet te omissis membris aliorum consilio, in eccle sia tua negotijs vti,* quem in proposito allegat *Luc. de Penn. in l. omnes iudices*

7 *C. de decurion. lib.* 10. subdens qđ † oĩa acta, & prouisiones reduntur nullæ,

8 ac irritæ, licet † nòn teneatur eius consilio adhærere per *text. in cap. cum olim de arbitr. Petr. de Gregor. Tholos. in d. cap.* 28. vbi adhoc affert dictum Xersis relatũ *à Valer. Maxim. lib.* 9. *c.* 5 qui Græcis Bellum indicturus, adhibitis Asię Principibus, Ne viderer (inquit) meo tantummodo vsus cõsilio, vos contraxi, verumtamen memẽtote parẽdum magis vobis, quàm suaden-

9 dũ; idq. maxime vbi maior pars aliud determinasset, quãuis pluries audierim, semel autem in personã propriã expertus sum, vt votum Consultoris aliquo alio ex Iudicib⁹ M. C. addito, reliqua omnia iudicũ suffragia apud

10 Proregem superasse, & licet † à principio huiusmodi officium certam regulam, seu formam nõ habuerit attamẽ ex tractu temporis multa sibi priuilegia gradatim attributa fuere, & maximè tẽpore regiminis Marci Antonij Columnæ, ex particularibus instructionibus tunc institutis, & inde per Catholicam Maiestatẽ confirma-

11 ris. Eius igitur † officiũ erit secreto ea omnia Proregi consulere, eiq. subgerere, quæ sibi necessaria viderentur in Suę Catholicæ Maiestatis seruitium, ꝓ bono totius Regni regimine, & iustitiæ administratione, & ad regium patrimoniũ, atq. militiam Regni pertinentia, & propterea tamquam talis

12 supremus † Magistratus primum locũ habet post Præsides in omnibus Cõsilijs, & alijs publicis sessionibus, tam

13 præsente, quàm absente Prorege, † & adesse, ac interuenire potest in oĩbus Sacris Cõsilijs, siue de iustitia, siue de statu agatur, ac etiam in consilio Magnæ Regiæ Curiæ criminali, & ciuili, Regijq. Patrimonij, tàm in conferendis, quàm etiã in relationibus causarũ fiscalium, criminalium, ciuilium, seu Patrimonialium, quæ fiunt corã Excellentissimo Prorege, sicut etiam in Cõsistorio Sacræ Regiæ Cõscientiæ, vbi de rebus patrimonialibus ageret,

14 nec nõ † interuenire põt in visitationibus carcerũ generalibus, corã Excellentissimo Prorege, & particularibus

15 quæ fiunt per M. C. & sic pariter † cũ
per eãdem M. C. rei torturæ subijciũ-
tur; Idemque dispositum est, dũ Pro-
16 rex † Referendarios, seu Regios Secre-
tarios audire solitus est, & pariter dũ
17 † Auditores militum equestrium, & pe
destrium Proregi tamquam Generali
Capitaneo causas militum referunt.
18 Quinimo † in supradictis Consilijs, &
locis in omnibus habet votum con-
sultiuum, præterquam in causis pala-
tinis criminalibus, & patrimonialib⁹,
ac in oĩbus rebus, quæ in Sacro Con-
silio agitãtur, in quibus habet votum
19 decisiuũ, ĩ quo † casu debet esse Iudex,
& non fiscalis, ex particulari mãdato
20 regio, & ob id tenetur † Magisterno-
tarius scripturas omnes, & processus,
in quibus habet votum decisiuum, ad
eius domum traducere, si id expedire
sibi visum fuerit; quamuis alias scrip-
turas, & processus non nisi de Prore-
gis mandato, cum ita conueniens esse
21 iudicabit sibi tradi licitum erit, † absq.
tamen iuriũ perceptione, quando non
esset Iudex in causa nominatus.
22 Hinc est quod † in causis omnibus
in quibus Præsides ob aliquod impe-
dimentũ nequeunt Pręsidere, & Con-
sultor interesse debet, vnio aliorũ iu-
dicum (nisi in Tribunalibus consuetis
fieri necesse sit,) in domo eiusdẽ Con-
sultoris cogenda est, & ad eamdẽ Iu-
23 dices accedere teneãtur, Sic pariter † in
Tribunali Regij Patrimonij si nõ ad-
sit Præses, Consultor Pręsidet, & pro-
ponit quæ facienda erũt, vti protector
Regij Patrimonij, licet locũ Præsidis
in capite occupare nequeat, & eo defi-
ciente, antiquior ex Magistris Ratio-
24 nalibus, & quamuis † olim sederet in
communi scamno Consiliariorum, &
haberet titulum spectabilis, sicut alij
Consiliarij, attamen de mandato Ca-
tholicæ Maiestatis attenta officij su-
premi, & negotiorum qualitate fuit
sibi cõcessa sella coram Prorege, sicut
eam habebant Domini Pręsides, quæ
25 † maxima est dignitatis in præsentia
Principis, *ad tex. ĩ Auth. vt ab Illustr.*
26 §. 2. & consequenter † per Regiã prag-
maticam æditam in materia titulorũ
tẽpore Regiminis Comitis Albæ Ali
stæ fuit cõcessus titulus Illustris, & si
virum que aliàs fuerit Cõsultori Ta-
27 buadæ à Rege denegatũ, insuper † ex
Regio decreto iudicat cũ eisdẽ Illust.
Præsidibus in reuisionibus causarum
criminalium, & Regij Patrimonij in-
28 ter fiscum, & priuatum, nec non † est
Iudex solus in cõpetentijs iurisdictio-
num inter Regia Tribunalia, quæ oĩa
ex regijs ordinationibus, ac literis ex-
pressis eliciuntur, quæ hucusq. circa
huiusmodi Magistratus materiã ema
natæ fuerũt, eoq. officio hodiæ deco
ratus est Doctissimus Don Ferdinan-
dus Matutæ.

SVMMARIVM.

1 *Magna Regia Curia est caput, & exem-
plar aliarum curiarum.*
2 *Magna R. C. successit in locum præfecti
pratorio.*
*Magna R. C. ipsum Principem repræsen
tat, sub num. 2.*
3 *Magna R. C. quod seruat, omnes aliæ
Curiæ seruare debent.*
4 *Magna R. C. dicitur Curia Principis, &
veritatis, & secundum veritatem,
& non rigorem causas cognoscit, &
num. 10.*
5 *Magna R. C. cognoscit de causis feuda-
libus, & num. 16.*
*Magna R. C. cognoscit in primo iudicio
de omnibus causis allodialibus agi-
tãdis in qualibet parte Regni vbi for
te resideret, sub num. 5. & 16. & de
ratione, num. 6.*
6 *Magna R. C. in omnibus Ciuitatibus, &
Terris võcarris cum quolibet ordina-
riò Magistratu illius loci in quo resi-
det, & electio est Actoris, & est locus
præ-*

praeuentionis, & num. 8.

7 *Magna R.C. si recedat a loco vbi residet, causa omnes non expedita, vel cõclusa remanent in illo loco, ab illius iudicibus cognoscenda, & terminanda.*

9 *Magna R.C. cognoscit in primo iudicio de omnibus causis de quibus ordinarij locorum ex defectu iurisdictionis cognoscere non possunt.*

10 *Magna R.C. cognoscit de causis viduarum, pupillarum, & aliarum miserabilium personarum.*

11 *Persona miserabiles veluti vidua pupilli, & similes possunt eligere forum Principis, licet alibi reperiantur.*

12 *Magna R.C. cognoscit de appellationibus iudicum ordinariorum seu delegatorum Principis, ac etiam de remissionibus quando non appellatur, & num. 13.*

13 *Magna R.C. cognoscit de sententijs consulum Nationum.*

14 *Magna Reg. Cur. cognoscit an sua sit iurisdictio.*

15 *Mag. R.C. cognoscit de crimine lesa maiestatis, & de excessibus officialium.*

16 *Magna R.C. habet vniuersalem iurisdictionem cum mero, & mixto imperio in omnibus causis feudalibus, & allodialibus ciuilibus, & criminalibus, & vide num. 5.*

17 *Magna R.C. primum locum obtinet caeterorum Tribunalium, et praeeminentior dicitur.*

18 *Prases M.R.C. debet esse iuris peritus.*

Prases M.R.C. dicitur Locumtenẽs Magistri Iustitiarij, & in eius locum successit cũ omnibus auctoritatibus, & praerogatiuis illius, habetq; salarium scutorum mille, sub nu. 18. & 19.

Magistri Iustitiarij officium hodie non est in Regno, sub num. 18.

20 *Prasidis M.R.C. officium est primum in Regno, & oẽs alios Magistratus praecedit vti caput cõsilij, et nu. 21. & 49.*

22 *Prases Magna R.C. licet apud antiquos prafectus vrbis seu prator appellaretur, hodie tamen maiorem habet authoritatem cũ cognoscat de causis appellationum totius Regni, & nu. 23.*

24 *Prases M.R.C. non potest ab ipsa curia recedere absque licentia Regis.*

25 *Prases M.R.C. apud Hispanos prafectus pratorio nuncupatur.*

26 *Prasidis M.R.C. optima qualitates necessaria, ac eius amplissima potestates referuntur, remissiue.*

27 *Prases Magna R.C. conuocat ad se Iudices quandocumque necessarium, sibi visum fuerit, & non venientes qua pana puniantur, vide num. 28.*

28 *Officiales seu Iudices non venientes tẽpore solito, seu conuocati ad Tribunal & locum officij qualiter puniantur.*

29 *Praside M.R.C. absẽte a Tribunali, antiquior Consiliarius seu hebdomodarius cõuocare facit alios colleghas, & caeteros ministros, ampl. num. 30.*

31 *Prasidi nõ habita licentia, et caeteris Cõsiliarijs absque legitima causa à Tribunali recedere non licet.*

32 *Prases M.R.C. proponit in consilio, & Tribunali qua tractanda sunt.*

33 *Prases Magna R.C. curare debet vt negotia expediantur, & consentire ijs, qua à maiori parte fiunt.*

34 *Prases M.R.C. est vnus ex iudicibus in remissionibus causarum criminalium.*

Prases M.R.C. si in aliqua causa criminali sit iudicaturus, nõ propterea redditur suspectus, ex quo dicta causa fuit à iudicibus ventilata in eius praesentia, sub num. 34.

35 *Prases M.R.C. est Iudex in casu quo aliquis ex iudicibus est suspectus, infirmus, absens, vel mortuus, aut aliter impeditus, & assignatur ratio.*

36 *Prases Magna R.C. habet votum decisiuum in omnibus causis pariatis qua in aula iudicum criminalium agitantur; ac etiam in omnibus alijs causis data paritate votorum, sed quid hodie seruetur in Regno nostro, & Neapolitano, & alijs locis, vide, num. 37. 28.*

Fisci

76 Fisci patronus non potest pro alijs patrocinari, maxime contra fiscum.

77 Fisci patroni salarium est siutorum sex centum.

78 Fisci patronus debet interuenire in omnibus causis, in quibus agitur de interesse fisci, nec sine illo possunt expedivi sub pœna nullitatis, ampl. num. 79. & 81. limit. num. 80.

82 Fisci patronus licet non possit memorialia, vel supplicationes Principi referre, tamen vt plurimum ad eius relationem diuersa gratia conceduntur.

83 Fisci patronus debet iura regalia, ac regiam iurisdictionem defēdere, & adque alia teneatur.

84 Fisci patronus nō debet ita passim delatores admittere, nec ita facile illos repellere licet.

85 Fisci patronus non debet calumniosas actiones instituere, aliàs tenetur ad interesse de proprio, imò grauiter puniretur, & num. 86.

87 Fisci patronus tenetur de proprio fisco resarcire damnum, quod ob eius negligentiam Prīcipi obuenit.

88 Fisci patronus debet se modeste gerere, dum vota cōtra eum per iudices proferuntur.

88 Procuratores fiscales Magna Reg. Cur. a Rege creantur cum salario ad eius beneplacitum.

Sollicitator fiscalis Magnæ Reg. Cur. à Rege creatur cum salario ad eius beneplacitum sub num. 89.

90 Procuratores fiscales M. R. C. magistri procuratores appellantur.

91 Procuratores fiscales à Iudice delegato creari non possunt, nisi id specialiter demandaretur.

92 Magisternotarius M.R.C. licet appellatione Magistratus non veniat, tamen largo modo officialis nuncupatur.

93 Magisternotarius Magnæ Regia Curiæ testes recipere prohibetur, nec aliquid scribere potest, nisi specialiter committatur.

94 Magisternotarius Mag. Reg. Cur. interuenit ī omnibus conferendis, & causis fiscalibus, & vide num. 57.

Magisternotarius Magna Reg. C. habet suos substitutos ī officio, cum vbique interuenire non possit, sub num. 94.

95 Magisternotarius Magna Reg. Cur. habet locum ēt coram Dom. Prorege post Iudices, & ī eorum scanno sedet, & num. 96.

97 Magisternotarius Mag. Reg. Cur. præcedit Procuratores fiscales.

98 Magisternotarius Magnæ Reg. Cur. à Rege creatur, licet ī curijs īferioribus aliud seruetur, & num. 99.

100 Magistrinotarij Magna Reg. Cur. officium est vendibile.

101 Magisternotarius Mag. Reg. Cur. si recusetur vt suspectus, non potest eligi loco eius nisi persona de suo Archiuio, & ita seruatur ī Regno Neapolis, & ibidem assignatur ratio.

102 Capitaneus guardia cū octuaginta Algozirijs tenetur custodire Ciuitatem, & num. 104.

103 Capitaneus guardia apud antiquos præfectus vigilum dicebatur.

104 Algoziriorum numerus qs sit, & à quo nominentur.

AlgoZirij apud Romanos lictores appellabantur.

105 AlgoZiriorum superfluus numerus quid mali operetur.

106 AlgoZiry debent apportare virgam in signum officij.

107 Virga, quā portāt AlgoZirij, & similes, à iurisdictionem non habente geri nō potest, maximè extra territoriū suū, declara vt ibidem.

108 Resistentia aut violentia facta Algozirijs, aut alijs ministris non trahentibus virgam in signum officij non punitur ex forma Pragmaticæ, limit. num. 109.

110 Algozirij ante Magistratū preire solēt.

111 AlgoZirij tenentur assistere ī visitationibus carcerum, & ibidem ratione.

Armo-

112 *Armorum prohibitorum materiam, quādo ab Algozirijs, & similibus ab apportantibus auferuntur, vide remissiue.*

113 *Porterij, seu seruientes, qui à M. R. C. eliguntur, & si minora iura, quàm Algozirij percipiant, eamdem tamen potestatem habent in exercitio eorum officij, licet illud vile esse dicatur, & nu. 114. & 115.*

116 *Connestabilis maior M. R. C. cum alijs ministris habet salarium à Regia Curia pro exequendis condemnationibus delinquentium.*

117 *Aduocatus pauperum M. R. C. à Rege eligitur cum salario ad eius beneplacitum, & quod sit eius officium, & adque teneatur.*

Procurator pauperum Magnae R. C. à Rege eligitur cum salario ad eius beneplacitum, & quid sit eius officium, & ad qua teneatur, sub nu. 117.

Sollicitatoris pauperum Magna R. C. officium quod, & quale sit, & ad qua teneatur, sub nu. 117.

ARGVMENTVM.

De Tribunali Magnæ Regię Curiæ, eiusque Magistratibus.

CAPVT VIII.



1 AGNÆ REGIÆ Curiæ † Prætoriū, siue Cōsiliū supremū est, aliarumq; Curiarū caput, & velut exemplar, vt dicitur *in Prohemio Ritus nostri vbi Cumi. & Scriben.* & in
2 locū Pręfecti Pretorij successit, *ad tex. in l. 1. C. de sent. Praf. Prat. Auth. qua supplicatio, C. de praecib. Imperat. offer.* ipsumq. Principem repręsentat, cum sint Iudices dati nomine Sacrę Maiestatis loco totius Sacri Consilij, ad not. *per Petr. de Greg. de iud. cau. feud. q. 50. ver. tertio aauertendum est, Frec. de subfeud. lib. 1. de offic. Magis. iustit. n. 34. vsq. ad fi.* vbi multa notat. & id
3 quod † ipsa M. C. seruat, totū Regnū seruare dēt, fm *And. & alios in const. si quis in posterū in 4. col. tit. de defens.*
4 *imposit. lib. 1.* vnde † dr̄ Curia Principis in Regno, & veritatis, in cognoscēdo rei originem, & originalē iustitiam, & sic secūdum veritatem, & non secūdū rigorē, vt post *gl. in Auth. de instr. cauth. & fid. coll. 6.* tradit *Petr. de Greg. in d. tract. q. 7. n. 8. & seq.* In tantū quod
5 † ipsa cognoscit, & decidere potest de feudis quaternatis, *ad tex. in constitu. statuimus, & in const. iustitiarij nomen in fi.* & cognoscere potest in primo iudicio de omnibus causis allodialibus agitādis in qualibet parte Regni, vbi
6 forte resideret, cum † in eadē Ciuitate, vel terra concurrat cum quolibet ordinario magistratu eiusdē Ciuitatis, vel terrę, in qua resideret, & electio est actoris, vt tradit *And. in d. consi. statuimus, col. 3. in prin. ver. quid si Princeps*, licet
7 † si ea recedat, causæ omnes non expeditę, vel conclusę remaneant in loco, eiusq. officiales poterunt ea absente cō cludere, & terminare, vt dixerunt *scribentes omnes super Rit. incip. Item quod*
8 *nullus, per illum tex.* ideoq. † locus est præuentioni secundum eos; sicut &
9 cognoscit † eadē Magna Curia in primo iudicio de oībus alijs causis, de qbus ordinarij locorū, & terrarū Regni ex defectu iurisdictionis cognoscere
10 non valent; nec non † vti Curia Principis cognoscit de causis viduarū, pupillorum, & aliarum miserabiliū per-
11 sonarum, quarum est † Forū Principis eligere, *ad tex. in l. 1. C. quand. Imper.*
12 *inter pup. & vidu.* Sic pariter † iudicat de appellationibus iudicū ordinariorum, seu delegatorum Principis, vt dixit *tex. in d. const. statuimus*, nec nō † & de

de catũ reuisione, qñ nõ fuerit appellatũ,& ẽt de fnijs Consulum nationũ Regni,ex commissione D. Proregis, vt testatur *Petr.de Greger.in d.q.7.nu.*
14 *7.* quinimo decernit an sua sit iurisdictio ad tradita *per eũdẽ Pet. de Greg.in d.tract.q.5.num.3.& q.8.per totam.*
15 & de crimine † lęsę maiestatis, & excessib.oium officialiũ vt tradit *D.Tap. in d.const.statuimus* & de delictis Pricipũ,Ducũ,& Marchionũ.*D.de Pont. de potest.Prorog.tit.de assen.§.7.num.4.* & idem fortius dicendum est in delictis Consiliariorum, vt quotidie seruat. adeo quod in Regno vni-
16 uersalem † habet iurisdictionem cum mero,& mixto Imperio in omnibus causis feudalibus,allodialibus,ci-
17 uilibus,& criminalibus,& ob id † non sine causa primum sibi locum obtinet inter cætera Tribunalia, maioremq. præfert authoritatem.
18 In hoc Tribunali residet † in primis Præsidens Iurisperitus,seu Locumtenens Magistri Iustitiarij à Rege nominatus ad eius beneplacitum, cũ salario scutorum mille, in cuius Magistri Iustitiarij locum successit, cum eius officium fuerit extinctum,& ideo
19 ĩ eũ trãsierũt oẽs cõmissiones,Authoritates,& ꝓrogatiuæ ad not.p *Affl.in d.const.statutmus,num.7.de offi. Magistr.Iustit. Aul.in cap.4. Prætor. n.5. Frecc.de subfeud.lib.1.de offic. Magist.*
20 *Iust.num.14.* idque † primum est officium in Regno, quod omnibus alijs
21 Magistratibus præcedit,vel caput cõsilij ex supra deductis,in c.4.& apud
22 antiquos Præfectus † Vrbis, seu Prætor dicebatur,ad tex.*in l.1.§.cum Vrbem,ff.de.offi.Præfect.Vrb.* licet hodie maiorem authoritatem habeat, cum
23 cognoscat † de appellationibus causarum totius Regni *c.1.extra de offi. legat.Muscatel.de dotto.dignit.p.3.n.61.* & ob id posset etiã æquiparari Cõsuli Romano,vt dixit *Frec.in loco cit.n.*

13. qui tamen simul morari debet in
24 Curia † Regis,nec ab ea recedere potest sine eius expressa licẽtia, vt notat *Affl. vbi supra, num.6. in fin.* & apud
25 Hispanos Præfectus † Prætorio nuncupatur, secundum *Anton. Gam. dec.1.nu.10.Georg.Cabed.dec.1.num.74.Simanc.de repubi.lib.7.cap.3.Bonadil.lib.1.politic.c.3.nu.4.& c.17.n.28.*
26 vbi maximas † qualitates huic officio tam eminẽti necessarias, ad instar pictoris Timantes velo coopertas dimisit,& si de eorum amplissima potestate multa scripserint *Cassiodor. libr.6. var.c.3.in formul.Præfect.Prætor.Petr. de Greg.syntag.iur.3.p.lib.47.c.29.nu.14.& c.30.n.11.& seq.*
27 Hinc est,quod † ipse conuocat iudices Magnæ Curiæ,quandocũq.sibi visum fuerit expedire, ad text. *in l.2. C.de decurio.lib.10. Licent. de Pisa in eius Curia,c.2.& ibidẽ Azeued.lit.A.* licet quo ad alias vniones statuti sint dies,& hora ꝗ ĩterpellãt Senatores,& Cõsiliarios cõuenĩedũ ad Consiliũ, &
28 nõ accedẽtes ĩ Regno puniunt ad amissionẽ salarij illius diei, de quo per *Gelliũ post Marcũ Varronẽ noct.att.lib.14.c.7.Volterr.ĩ Philolog.lib.24.tit.Magistratus,& Cic.de orator.lib.3.* vel alia pœna arbitraria rõne cõtẽptus ĩ officialib.nõ salariatis,ad tex.*ĩ l.1.ff si qs ĩ ius vocat. nõ obtẽp.* nisi alia forte pœna p Pręsidẽ ĩposita fuerit,vt notat *Azeue.ĩ loc. cit.* subdẽs,ꝗ ĩ his cõsuetudo attẽdẽda erit,qđ idẽ dixerat *Auẽd.de exeq.mãd. lib.1.c.19.n.14.Gãdi.de malef. tit.q.sit accusatio n.77.* quo loci ẽt ponit,qñ Se
29 nator veniat ĩ fine Cõsilij. Verũ tñ est, qđ absente Pręside, antiqor, seu hebdomodarius apud nos cõuocabit cęteros collegas, & alios ministros ibi deputatos,vt dixit *Ant. Gam.ĩ d.dec.1.n.*
30 *45.* idemque procedit † si tractãdũ erit negotiũ, vbi Pręses esset suspectus, vel negotiũ ipsum tãgeret,ad not.*p gl.ĩ l. cum non solũ,§.fi.C.de bo.quæ libe.* neq.

Aa egre-

31 egredi † absq. eius licentia licebit, vt apud antiquos seruatũ fuisse testatur *Sabell. p. 1. lib. 4.* nisi tamen cã infirmitatis, vel alia legitima excusaret, vt dixit *Azeued. in loco citato, lib. 2. c. 8.* &
32 ob id † ipse proponit in consilio, quæ tractanda sunt, ad tex. *in l. 2. ff. ad Vellean. vbi Angel. Bart. in l. 2. C. de decurio. lib. 10. quem* ibi sequitur *Io. de Plat.*
33 & sic ipse curare † dẽt, vt expediantur negotia, & assensũ præbere ijs, quæ à maiori parte fiunt; & quamuis, vt
34 alias diximus, ipse † sit vnus iudicum ĩ causis reuisionum causarum criminalium, qñ id expedire D. Proregi videbitur, non ex hoc quod causę ipsæ criminales factæ fuerint in eius præsentia, reddunt ipsum suspectum, vt eleganter tradit *Bald. in d. l. 2. C. de decurio. lib. 10. Cur. Pisa. lib. 2. c. 18. n. 2.*

35 Sicut † & ob suspitionem, ægritudinẽ, absentiam, mortẽ, aut quodcũq; aliud impedimẽtum alicuius, siue aliquorum ex iudicibus M. R. C. est iudex ipse Illustris Præses vigore actus redacti pęnes acta M. R. C. de mandato Illustriss. & Excellentiss. D. Ducis Feriæ huius Regni Proregis, idq; summa cũ rõne, qñquidẽ stãtibus supradictis impedimentis, sępius dãdos esse Iudices oporteret, eosque ab alijs Tribunalibus nominandos, & qñque etiam ex priuatis Doctoribus, vnde causæ propria Tribunalia egredi ebãtur, non sine maximo litigantium dãno, & interesse ob difficilem causarum expeditionem, quæ ex vnione iudicũ ex pluribus Tribunalibus redditur.

36 Sic etiam † habet votum decisiuum in omnibus causis palatinis, quæ in Magna Curia causarum criminalium agitantur, nec non & in omnibus alijs causis data paritate votorum, vt habetur *in tit. de reformat. Tribunal. par. 2. Thesaur. decis. 1. num. 3. & seq.* subdens, quod † ex stilo in Senatu illo fer-
37 tur sententia iuxta votum illorum, cũ quibus Præses conuenit, qui etiam ponit, quid sublata consuetudine seruandum sit de iure communi, idemque seruari in Senatu Delfinatus testatur *Franc. Marc. dec. 5. lib. 1. & dec.*
38 *465. lib. 2.* licet † id nõ procedat in causis criminalibus, secũdum eos, *Licent. de Pis. in Cur. c. 17.* in Regno tamen
39 data paritate votorũ, etiam quod pro vna parte sit votũ Præsidis, datur tertius, seu quintus iudex, & sic de singulis; pro ut etiam seruari ĩ Regno Neapolitano tradit *Marc. Anton. Surg. de Neap. illustr. c. 25. nu. 28. & seq.*

40 Præterea † designat nomẽ iudicis in causis omnibus, quæ ab vno ex ipsis iudicibus terminari debent.

41 Insuper nominat † omnes commissarios, Delegatos, Sindicatores, armorum Capitaneos, & Vicarios, qui per Regnum pro seruitio Regio pergere debent; sicut etiam apponit (Dirigitur) in omnibus, & quibuscũque literis, quæ per Regnum, tàm per Magnam Curiam Criminalem, & Ciuilem, quàm etiam per ipsummet Excellentissimum Proregem cum subscriptione eiusdem Magnæ Curiæ, seu Spectabilis Fisci Patroni trãsmittunt.

42 Postremo † ommissis multis alijs, cum sufficiat magis necessarias pręeminẽtias attingere, eligit actorum iudicialium commissarios, eosque ipse tantum examinat, vel cui ipse commiserit, hodie vero in huiusmodi Tribunali, Præsidet Illustr. s Ioann. Franciscus de Rao eminẽtissimus, ac summæ doctrinæ Consiliarius.

43 Post Præsidem adsunt † sex Iudices, qui Magnæ Regiæ Curiæ nuncupantur, & à Rege creantur de biennio in biennium ad nominationem Domini Proregis, quorum officium
44 † vtpote supremum (vt diximus) cum totius Regni iustitię administratione, conferri consueuit Iurisperitis, qui in litteris, & vitæ probita-

te

te primas censentur obtinere, & in interioribus magistratibus aliquandiu sint versati, idque † maxime animaduertere debet Dominus Prorex in nominationibus faciendis, prout per Catholicam Maiestatem fuit ex particulari decreto in literis Regijs Illustrissimo Comiti Albæ, tunc Proregi transmissis sub die octauo Aprelis 1591. ibi, *Aunque se sta de suyo el quidado, que deueys tener de proponerme siempre para iueZes de la Gran Corte personas de letras, y esperimentados en negotios, y estoy çierto, que se vsa en esto de buestra parte de la diligentia possible, toda via por importar tanto ala buena administracion de la iusticia, Gouierno deste Reyno, que las tales promisiones sean muy accertadas, me appareçide encargarlos como os l'encargo mucho, que los suyettos, que me noubrareys sean de los mas esercitio de negotios de lettras*, quod concordat cum dispositis *in capitu.* 43. *sub Rege Ioanne*, & docuit *Afflict. in constitut. statuimus, num.*57. Ipsique

46 † sunt eligendi alternis vicibus, Panormitani duo, Messanenses item duo, Catinensis vnus, alter ex vniuerso Regno. Et sic in alio biennio vnus ex Vrbe Panormi, alter ex Messana, duo ex Catina, alij denique duo ex Regno, & in hoc includuntur eædem Ciuitates, nã Panormitanus, Messanensis, seu Catinensis potest eligi tanquam vnus de Regno, vt dispositum est per Capit. 501.

47 sub Alfonso Rege, quamuis † si vnus ex ipsis iudicibus defecerit ob mortem, vel ob priuationem, si modicum sit tempus non teneatur Prorex substiturum eligere de eodem loco, vt dixi supra *lib. 2. capit. 7. num. 75. & 78.*

48 Diuisio † tamen in ciuiles, & criminales, olim *ex capitul.* 231. *sub Imperatore Carolo* durabat per annum alternatim, siquidem tres, qui primo cuiuslibet biennij anno curam habuerant criminalium rerum, & alij tres ciuilium, eo anno exacto, qui onus habuerant criminalium trãsibant ad curam ciuilium, & vice versa, qui ciuilibus vacauerant, per reliquum biennij tempus criminalia

49 exercebant; hodie † vero fit per Dominum Proregem cum interuentu dicti Illustris Præsidis, & sunt tres ciuiles, & tres criminales diuisi in duas aulas, criminalem scilicet, & ciuilem, in quibus interuenit vti caput dictus Præses.

50 Et quamuis † apud antiquos ex diuersitate negotiorum, & generali natura iudicia diuidebantur, secundum *Aristotel. 4. politic.* vbi octo species iudiciorum faciebat, & alias plures per nomina Tribunalium certis negotijs designata distribuerat *Demosten. in orat. contra Aristogan.* prout vsque ad hodierna tempora, idem receptum sit apud Rempublicam Venetam; attamen vera diuisio est

51 est † inter ciuilem, & criminalem, & sic vt adsit Tribunal, in quo de negotijs pecuniarijs, & cõtrouersijs omnibus, quę de rebus fiunt, & aliud vbi de criminibus tantum iudicetur, secũdum *Petr. de Gregor. Tholos. par. 3. syntagm. iur. libr. 47. capitul. 5.* quod etiam fuisse apud Romanos tradit *Decian. in tractat. criminal. libr. 4. capitu. 46.* & notat *Bud. in Annotat. ad l. fin. ff. de origin. iur. Dem. Tapp. in constitut. non sine grandi, num. 17.* vbi idem statutũ esse refert in Regno illo Neapolitano, in quo Magna Curia Vicariæ in duas aulas pariter diuisa est, criminalem scilicet, & Ciuilem. Et

52 ob id † criminales iudices apud Romanos triumuiri Capitales dicebantur, ad textum *in l. secunda, §. deinde cum esset, ff. de origin. iur.* seu iudices quæstionis, *l. prima, §. primo, ff. ad legem Corneliam, de Sicar.*

licet apud oẽs Doctores iudices male-
53 ficiorum dicti sint; Ciuiles † vero iudices duumviri litibus dijudicandis Præfecti nuncupentur, vt notat. *Surg. de Neap. illustr. c. 26. n. 25.*

54 In hac † autẽ aula criminali (in qua ut plurimum residet Illustris Præses vti magis eminentiori, cum præcedat
55 † ciuilem, ad not. *per Frec. in tit. de offi. magist. iust. nu. 20. cum seq. & dixi supra c. 4. n. 65.*) causę omnes criminales agitantur tàm in prima instãtia, quam ẽt per viam grauaminis, seu recursus ab omnibus alijs Curijs Inferioribus;
56 verum tamen est, quod † vbi procedẽdum erit ex abrupto, & dispensatiuo modo, seu facienda esset prouisio, quõd delinquens in casibus atrocioribus ex aliqua suspitione forte falsitatis, vel alia iusta causa in iustitiam remittendus esset, vt faceret processum, vel vbi aliquis condẽnandus veniret ad pęnã à relegatione supra, vel ab ea absoluendus, fit relatio Excellentissimo Domino Protegi semel in hebdomoda in
57 die veneris, in qua † etiam vltra Præsidem interuenit Illustris Consultor Domini Protegis, Spect. Cõseruator, & Fisci Patronus, Procuratores Fiscales, & Magister notarius, quæ quidem apud nos, referenda causarum
58 fiscalium dr; sic † ẽt in eadem Aula expediuntur causę confiscationum, fideiussionum, & iniunctionum fractarum, quæ ad instantiam fisci petũtur, *ad tex. in l. 2. C. vbi caus. fiscal. Ioan. Garf. in tract. de nobil. gl. 3. §. 1. n. 28.*

59 In Aula † vero ciuili, vt diximus, nõ consueuit Dom. Præses interuenire, nisi in causis sibi bene visis, vel vbi id Excellentissimus Prorex mãdaret, seu
60 partes instarent, in qua † (vt dixi) determinantur causę omnes ciuiles, quę inter partes vertuntur, tàm in prima instantia, q̃ in secunda per viam appellationis, reuisionis, & alterius cuiuscumq; remedij, quãuis in causis feu-
61 dalibus, in quibus ex forma Capitulorũ, & Pragmaticarum Regni debẽt esse quatuor iudices, addatur tribus ciuilibus alter senior causarũ criminaliũ, & de eis facienda est relatio Excellentissimo Protegi, sicut de dilationibus, quæ debitoribus conceduntur, prorogationibus instantiæ, & alijs similibus prouisionibus, quæ in causis fisca-
62 libus referri consueuerũt. Hi † tamen iudices durante administratione non põt prosequi eorum lites *ex c. 136. sub Carolo Imperatore. & pragm. 10. in tit. de offic. iud. M. R. C.* pro quo de iure cõmuni facit *tex. in l. pars litterarum, ff. de iud. Do. Mar. Mut. super consuetud. Panor. c. 83. Auil. in c. 9. Pret. verb. los castigue*, & interim nõ currit instãtia, vt ex eodem c. Caroli dispositum est.

Iudices autem, qui in huiusmodi Tribunali causarum criminalium resident, sunt in præsentiarum D. Maurus Burgius, Marius la Muta doctissimi, ac celeberrimi viri, & ego omniũ minimus, in aula vero ciuili Don Stephanus Rijtanus, Don Cataldus Fimia, & Iacobus Scaglionus, etiam eruditissimi Iurisconsulti, Regijque Consiliarij peritissimi.

Post iudices in eodẽ Tribunali con
63 stitutus est † Fisci Patronus, Quæstor parricidij olim dictus, ex quo capitalibus rebus perquirendis præerat, *ad tex. in d. l. 2. §. deinde cum ærarium, ff. de orig. iur. Fest. lib. 14. Surg. de Neap. illustr. c. 26. nu. 26. Ioa. Calu. Lexico. iur. in ver. Quæstor parricidij, Alfar. de iur.*
64 *fisc. glo. 9. n. 18.* cuius † officium ab Adriano Imperatore institutum fuisse refert *Aelius Spart. in eius vita, Herosc. in rubr. ff. de offi. procur. Cæsar. Bude. in annotat. tit. ff. de offic. Quæst. Octau. Vestr. de vsu Cur. Roman. lib. 2. c. 9. Peregr. de iur. fisc. lib. 7. tit. 2. n. 1. Alfar. vbi su-*
65 *pra nu. 30.* isque à Rege tantũ creatur, ad notat. *per Affl. dec. 366. & in rubr. quæ sint Regal. Alfar. de iur. fisc. nu. 23.*

Recta.

Recta. de Imperat. quaest. 510. cas. 247.
Calic. de fisc. in princ. num. 1. Cabed.
decis. 118. num. 4. part. 2. Peregrin. de
iur. fisc. lib. 7. tit. 2. num. 5. eaq. digni-
tas est maxima, vt tradit Alfar. in loco
citato, glo. 31. & glo. 9. nu. 10. & 11. &
66 glo. 16. & hodie † ob multitudinẽ ne-
gotiorum tã capitalium, q̃ ciuilium,
in quibus interuenire necesse est, ne
Patrimonium regale detrimentũ ali-
quod pateretur, ad supplicationẽ Re-
gni fuit alter Fisci Patronus constitu-
tus, qui Patrimonialium rerum cu-
ram haberet ex cap. 232. sub Impera-
tore Carolo, prout & olim duos fuisse
tradit text. in l. binos, C. de aduocat.
diuers. iudic. vnus scilicet generalis:
alter specialis, de quibus in l. 1. & 2. C.
de aduocat. fisc. Guid. Panctrol. in notit.
imperat. orient. Praeposit. & Cardinal.
Alexãd. ĩ §. ad haec de pac. iuram. firm.
67 sicut, † & in Regno Neapolitano duos
pariter esse constat, & passim in pluri-
bus alijs locis, vt tradit Peregr. d. tit.
68 2. nu. 12. vno tamen eorum † quomo-
documq. impedito, siue absentia, in-
firmitate, recusatione, vel morte, alter
alterius vicem gerit, ex pragmat. vnic.
69 §. 4. de reform. Tribunal. & Aduoca-
tus fisci Magnae R.C. praecedit Patri-
monialẽ, sicut, & alios quoscũque ad-
uocatos Regni, etiam antiquiores ad
tex. ĩ l. 2. in fine, in verb. germanas, C.
de aduocat. diuers. ind. Granat. in add.
ad vestr. lib. 2. cap. 8. Vinc. de Fran. dec.
238. num. 5. Luc. de Penn. in l. 1. C. de
70 dignitat. lib. 12. subdens, quod † inter
clarissimos numeratur, l. laudabile, &
l. restituenda C. eod. titul. & in Regno,
71 † titulo spectabilis decoratus ex Re-
gia Pragmatica, & consonat cum tex.
in l. in sacris, §. modum, ibi, nec pro tem-
pore virum spectabilẽ fisci patronum, C.
de prox. sacr. scrin. lib. 12. & in Authẽt.
de iudicib. §. vetus, ĩ fine, ibi, id est Apto-
ne viro spectabili, & fisci Aduocato, col-
72 lat. 6. & incedit † togatus, sicut alij Cõ-
73 siliarij, sedẽs † coram Principe, ad tex.
in d. l. laudabile, multaq. hẽt † priuile-
74 gia, de quibus per Io. Gars. de nobil. gl.
3. in princ. & gl. 35. n. 41. Peregr. de iur.
fisc. lib. 7. tit. 2. nu. 15. & ad beneplaci-
75 tum Regis † eligitur, licet olim fuerit
primum annalis, inde biennalis ex di
spositione d. §. 4. & de iure facit tex. in
l. cum aduocatum, & l. sancimus, la 2. C.
de aduocat. diuers. iud. Gugl. de Bened. ĩ
c. Raynutius in verb. duas habens filias,
nu. 38. Cassan. in Cathalog. glor. mund.
p. 7. consid. 33. & 34. Io. Gars. d. gl. 3. in
princ. n. 8. idq. conuenit ad honorem
huius officij, vt dixit Alfar. in d. tract.
gl. 31. in tantũ quod non sine magna
causa ab officio suspendi dẽt, Auil. c.
Praetor. 1. verb. Fiel nu. 41. & c. 9. ver. so-
la pena de la ley, Mathieu. dialog. relat.
3. c. 27. n. 10. nec † põt pro alijs patroci-
nari ex c. 80. & 431. sub Alfonso Rege,
& c. 114. sub Ferdinando Rege, 83. sub
Carolo Imperatore, & pragma. vnic. tit.
76 7. idq. confirmatẽ ex dispositione iuris
communis, ad tex. in l. pen. iuncta glo.
& ibi Bald. C. ne fisc. vel Respub. Ca-
strens. in l. 1. C. eod. tit. Calic. vbi supra
nu. 6. Alfar. in loco cit. gl. 18. nu. 3. & 4.
maximè contra Fiscum Regiũ l. 1. &
77 2. C. de aduocat. fisc. cum ab eo sit † sti-
pendiatus in scutis sexcentis ex d. §. 4.
de reform. Tribunal. & est tex. in l. hãc
§. sexcenti autem aurei, C. de aduocat.
diuers. iud. Cassan. in d. considerat. 33.
78 nec † põt in causis, vbi de fisci interesse
agitur, aliquid expediri absq. eius prae-
sentia sub poena nullitatis, ex vltimis
Regijs ordinationibus, iuxta tex. in l.
fin. C. de aduocat. fisc. & ex speciali fi-
sci priuilegio, vt notat Io. Gars. in d. gl.
79 3. in princ. nu. 12. & 13. Cabed. dec. 119.
nu. 5. p. 2. vbi ampliat † ẽt si fiscus assi-
80 stat Peregr. d. tit. 2. nu. 2. vbi † limitat
in his, quae ad fisci fauorem fierent, ne
priuilegium in eius odium retorqueat:
Calic. de fisc. in princ. nu. 3. & 4. subdẽs
ita ex consuetudine ibi receptum, licet
aliàs

aliàs interuenire non potuisset, *ex cap.*
462. sub Alfonso Rege, & est text. in l.
proxime, ff. de ijs, quæ in testam. delent.
quem ad hoc allegat *D. Tap. lib. 2. iur.*
Reg. pragm. 1. de offic. procurat. Cæsar
81 *num. 9.* maximè † in criminalibus cau-
sis, secundum *Hostiens. & Ioan. And.*
in c. 1. vt lit. non contest. & ibidem Io. de
Lignan. quem refert Calic. in loco citato.
82 & licet † nō possit ex ordine regio sup-
plicationes, & (vt nos dicimus) me-
morialia Principi referre, nisi aliud si-
bi ex speciali decreto mandaretur, con
sueuit tamen vt plurimum ad eius re-
lationem concedi per D. Protegē gra-
tias, & guidatica bannitis, & alijs hu-
iusmodi delinquentibus.
83 Cætera † quæ ad eius officium per-
tinent pro iurium regalium defensio-
ne, vide apud *Calic. in loco citat. & D.*
Franc. Alfar. vbi supra gl. 11. vbi ponit
quando teneatur adire alios iudices q̄
ī sua audiētia; quod tū circa defensio-
nē regalis iurisdōnis ī Regno affirma-
tiuè statutū est ex ordine regio, *Gars.*
ī tract. de nobi. gl. 3. §. 1. per totū; qui in-
84 ter alia monet Aduocatū fisci, † vt nō
semper delatores admittat, sæpe. n. do
lo, malignè, & spe lucri deferunt, ge-
nus quidem hominum (vt inquit *Cor-*
nel. Tacit. lib. 4. annal.) publico exitio
repertum, & pœnis numquam satis co-
ercitum, ad tex. *in l. ex varia, & l. om-*
nes, C. de delat. lib. 10. & propterea nec
passim admittendi sunt, nec facilè re-
pellendi, secundum *Cicero. pro Roscio*
Amerino. & in prima Verrina actione,
vbi alia plura tradit in proposito; sicut
85 † nec calumniosas actiones instituere
l. penult. C. de aduoca. fisc. aliàs enim ip-
se de proprio teneretur ad interesse, vt
post *Boer. in dec. 324.* tradit *Peregr. ī d.*
tit. 2. n. 7. Alfar. d. gl. 9. n. 39. Gram. dec.
86 *60. n. 21.* amplians † quod ēt capitaliter
87 puniri posset, & sic † è contra tenerēt
de suo fisco resarcire damnū, quod ob
eius negligentiam Principi obuenitet
l. fi. C. de bo. vacāt. lib. 10. Calic. ī loco cit.
88 *in fi.* & † demum sine contentionibus
modestè se gerere, dum vota cōtra eū
per iudices proferūtur, vt notat *Gram.*
dec. 10. ad fi. quem sequitur, & notan-
dum esse ait *Cabed. d. dec. 119. in fi. p. 2.*
cuius munere hodie vtitur Doctissi-
mus Vitus Sicomus Baro vitæ.
89 Habet ēt † hoc Tribunal tres Pro-
curatores Fiscales, & vnum sollicita-
torem Fiscalem, qui à Rege creantur,
cum salario ad eius beneplacitum, ad
notat. *per Andr. in const. causas, sub tit.*
90 *vt Magist. Iustit. lib. 1.* vbi † magistros
Procuratores vocat, *& in constit. inter*
multas & ibi Affl. n. 6. de offic. magistr.
Procurat. Alfar. de iur. fisc. gl. 28. num. 6.
91 nec † à iudice delegato creari pōt, nisi
id specialiter demādaretur, secundum
Affl. ī cōst. Præsides Prouintia, D. Mar.
Mut. super c. 82. sub Rege Federico nu. 6.
Sic ēt adest cōstitutus Magister † Nom
92 iī actorū iudicialiū cū ei⁹ substitutis,
q̄ licet appellatione magistratus nō ve
niāt, vt per *Andr. & Afflic. in c. 1. §. prāt,*
quæ sint Regal. officiales tū largo modo
nuncupātur, *ad tex. in l. si quis decurio,*
in prin. C. ad leg. Cornel. de fals. & l. 1.
93 *C. de tabul. scrib. lib. 10.* ipsique † nihil
scribere pūt, & testes recipere prohibē-
tur, nisi sibi sit cōmissū a iudice, vt di-
xit *Bald. in l. hac consultissima, §. si quis*
autem, C. de testam. Alex. cons. 104. vol.
5. And. & Affl. in loco cit. vbi cæteri scri
bentes, & in materia Aull. in c. 36. Prat.
Auend. de exeq. mand. lib. 2. c. 15. n. 16. &
94 *seq.* nec nō interuenit in oīb. cōferēdis,
& causis fiscalibus criminalibus, & ci-
uilibus ad effectū annotandi decreta,
& oīa alia acta, quæ fiunt per M. C. li-
cet pro faciliori negotiorū expeditio-
ne, cum vbiq. præsens esse non possit,
stante prāte sibi cōcessa, hēt suos sub-
95 stitutos, ipse aūt † tantū locū hēt corā
96 Protege post iudices M. R. C. & † in
97 eorū loco sedet præcedendo † Procu-
98 ratores Fiscales; eiusq. creatio † fit per
Re-

Regiam Maiestatem, ad tex. *in l. actuario C. de num. actuar. lib. 12. §. si vero Authen. de Tabell. Doctores in d. tit. quæ sunt Regal. in verb. ptãs, Borell. cõs. 6. n. 13. & 14. Castald. de Imper. q. 110. casu 9.* licet † de consuetudine in Curijs inferioribus aliud esset receptum, prout de supremis magistratibus loquitur *tex. in l. 1. ff. de iurisd. om. iud. c. statutũ, §. notariũ, de rescript. in 6. Cancer. var.*
100 *resol. lib. 2. c. 2. n. 53.* officium † autẽ prędictũ in Regno est vendibile, de quo *per Affl. in cõst. Regni, Magistri Camerarij, sub nu. 13. tit. de sacram. præstan. Do. Mar. Mut. in loco cit.* in tantũ qđ eo
101 recusato vti suspecto, nõ põt eligi Magisternotarius, nisi persona de eius Archiuio ad instar similis decreti existẽtis ĩ Regno Neapolitano, de quo meminit *Io. Anto. Bott. in add. ad Affl. in constit. Iustitiarij per Prouincias*, maxime ratione fructuũ, & prouentuũ officij vẽdibilis, qui ad emptorẽ pertinẽt, vt dixi *in dec. 151. n. 91. & sequent.*

Post hos, ab eodemmet Tribunali
102 dependet Capitaneus † Guardiæ destinatus pro custodia Ciuitatis, q̃ alias
103 Præfectus vigilum † apud antiquos appellabatur, ad tex. *in l. 3. ff. de offi. Præ-*
104 *fect. vigil.* cum octuaginta Algozirijs, siue littoribus secundum Romanos, quos ipse per totam Ciuitatẽ pro custodia diuidit, iuxta formam literarũ D. Regis, a quo omnes nominantur, quamuis fuerit numerus prędictus sępe sępius auctus, tum ob amplitudinẽ Ciuitatis, vbi Curia residet, tum ẽt q̃a maior pars istorũ, vt plurimũ pro seruitio Regio per Regnũ pergere oportet, quod suadente necessitate permissum est, vt notat *Bouad. lib. 1. polit. cap.*
105 *13. n. 2.* q̃nquidem superfluus hmõi ministrorum numerus Rempublicã potius corrumpit, q̃ aliquid boni operatũ
106 secundum eũ, hiq. gestant † virgam in signum officij, ad tex. *in l. stigmata, vbi Andr. de Barul. C. de fabricensib. lib. 11. Bar. in l. prohibitum, & ibi Alex. in add. C. de iur. fisc. lib. 10. Auenda. de exequ. mand. lib. 2. c. 21. n. 2.* subdẽs, quod signũ prædictum denotat administrationem iustitiæ, & dignitatem personalẽ officij, ad tex. *in l. 1. ff. de offi. Pro-*
107 *cons.* nec ab alio † iurisdõnem non habente geri põt, secundũ *Put. in tract. de sind. in ver. iurisdõ, Plat. in d. l. prohibitum, C. de iur. fisc. lib. 10.* maxime extra suum territorium, *Auendag. in d. cap. 21. num. 2. vsq. ad fi.* licet secus sit respectu Principis, vt dixi *supra c. 6.*
108 Intantum quod † si quis percusserit huiusmodi ministros nõ trahentes signũ prædictum, nõ tenenẽ ad pœnam contentam in Regia pragmatica ꝯ resistẽ-
109 tes officialibus, nisi † eos antea cognouissent, vt post *Bart. & Plat. in d. l. prohibitum*, tradit *D. de Pont. ĩ tract. de potest. Prorog. in tit. de diuers. prouis. rubr. de Capita. nu. 2. Auil. in c. 42. Prat. in glo. varas. n. 1. Auendag. lib. 2. c. 22. nu. 12. Bouad. in loco citato, nu. 51.* & hian-
110 te † magistratum præire consueuerũt, prout & apud antiquos seruatũ fuisse testatur *Surg. de Neap. illustr. c. 9. nu.*
111 10. q̃uis † teneantur assistere in visitationibus carcerum, quæ per M. C. detinentur ad effectum, vt ab eis habeatur specialis informatio de carceratis, qui ab eis fuerint apportati, & pro exequutione mandatorũ M. C. ad notat. *per Bouad. in loco citato, nu. 40.* vbi mul-
112 ta alia ponit circa materiam armorũ prohibitorum, quæ pęnes ea apportãtes reperiuntur, & ab ipsis auferuntur.
113 Verum tamen est, quòd † vltra supradictos Algozirios cõsueuerũt per M. R. C. eligi Porterij, seu seruientes, qui li-
114 cet minora iura, quàm Algozirij percipiãt, eãdem tamen ptãtem habent, in exercitio eorum officij, & si mi-
115 nus † vile sit adnotata *per Bouad. d. c. 13. n. 10. Auendag. de exeq. mand. lib. 1. c. 1. num. 11. versic. item ex dispositione.*
116 Adest etiam † Connestabilis maior, & alij

alij ministri iustitiæ cum salario R.C. pro exequtione cōdēnationū ad vltimum suppliciū, triremiū, exilij, fustigationis,& simil.quę fiūt per M; R.C.

117 Sicut & ommittendū nō erit, qđ † pro patrocinio pauperū, maximè carceratorū, & miserabiliū ꝑsonarū cōstituti sūt Aduocat⁹, Procurator, & Sollicitator salariati ꝑ D. Regē, à quo ipsi eligunť ad eius beneplacitū, hiq. interueniūt ĩ visitationib. carcerū, tā gñalib⁹, q̃ particularib. pro eorū defensione, & in audiētijs publicis, q̃ per D. Proregē detinenť, pro proponēdis Pricipi pauperum petitionibus, de quibus dixi *supra lib.3.c.5.& 6.*

SVM-MARIVM.

1 *Regij Patrimonij Tribunal de q̃bus causis cognoscat, & nu.83. cum seqq.*

2 *Regij Patrimonij Magistratus apud antiquos quibus nominibus appellabatur, & quomodo in Regno nuncupatur, num.3.*

3 *Rationales Regij Patrimonij, qui sint, & quod sit eorum officium.*

4 *Præses Tribunalis Regij Patrimonij olim Comes rerum priuatarum, vel sacri Patrimonij appellabatur.*

5 *Præses Tribunalis Regij Patrimonij à Rege creatur cum salario, & praeminentijs, ac ad eius beneplacitum prout Præses M.R.C.*

6 *Magistri Rationales Regij Patrimonij sex à Rege creantur ad eius beneplacitum cum salario, quorum quidē tres togati: tres vero nobiles laici nuncupantur, & nu.10.*

7 *Magistri Rationales Togati, de quibus causis, & negotijs cognoscũt, & n.9.*

8 *Regij Patrimonij Magistratus, & Tribunal ab Alexandro Seuero Imperatore fuit introductum.*

10 *Magistri Rationales nobiles laici, de q̃bus negotijs, & causis cognoscunt, & num. 11.*

12 *Magistri Rationales laici habent singuli coadiutorem extraordinarium, & qđ sit eius officium.*

Exactio pecuniarum, & aliarum rerum fiscaliũ ad quē spectet, sub nu. 12.

13 *Pecunia Regia non potest alicui solui pro quacũq. cã nisi præcedente mandato Proregis, & Regij Patrimonij.*

14 *Officiales Regij Patrimonij valde inuigilare debent circa ingabellationes regalium introituum.*

15 *Ingabellationes regalium introituum olim apud Romanos à Cęsorib. fiebãt.*

16 *Ingabellationes regalium introituum fieri debēt per subhastationes, ac seruatis sollemnibus apud Tribunal Regij Patrimonij, idq. quomodo ibi practicatur, & qua ratione.*

Ingabellationes regalium introituum si fiant non seruatis sollemnibus, redditur nulla, sub nu.16.

17 *Subhastationes si sint factæ in ingabellationibus regalium introituum, non potest fiscus illas rescindere prætextu læsionis, nec admittitur iterum licitatio, & n.20. & ibidē de ratione ampl. d.n.17. & nu.19. lim.n.18. & n.21.*

19 *Præsentia Magistratus in contractibus tollit præsumptionem fraudis.*

22 *Primus licitator per oblationem secundi non liberatur, & assignatur ratio.*

23 *Officiales locantes, & ingabellantes vectigalia fisci, debent illa locare personis habilibus, & cum idoneis fideiussoribus, aliàs tenentur de proprio.*

24 *Fiscus an possit ex necessitate cogere cõductorem ad soluẽdum pensionem ante tempus, & nu. 25.*

Pacta debent ab omnibus seruari, sub num.24.

26 *Vectigalium fisci conductores absque interpellatione in mora constituuntur, & possunt expelli propter pensionem in tempore non solutã, & n.27. ampl. & declara vt nu.28.*

29 *Conductores rerum fiscalium, eiusq. socij habent vtilem in rem actionem contra*

debi-

debitores gabellarum.

30 Conductores rerum fiscalium possunt capere bona non soluentium gabellas, ac etiam illos carcerare.

Conductores rerum fiscalium possunt intra quinquēniū agere cōtra debitores ad solutionem vectigalis, vel ad commissum, sub nu. 30.

31 Vectigalium fisci conductores habent iudices, seu magistratus particulares, licet officiales regij non dicantur.

Vectigalium fisci conductores multa habent priuilegia, sub nu. 31. remissiue.

32 Clerici à conductione vectigalium fisci excluduntur, nec pro huiusmodi conductoribus possunt fideiubere.

33 Familiares Sanctissimæ Inquisitionis, nō possunt cōducere gabellas Regias, nisi prius facta renuntiatione fori.

34 Officiales, & magistratus non possunt conducere gabellas Regias maximè, si sint officiales pecuniarij, & nu. 35.

35 Vectigalia fisci conducere, quæ personæ prohibeantur, remissiue.

36 Extractio frumentorum est de regalibus, & in generali concessione illorū nō venit, nisi expressè dicatur, n. 37.

38 Extractio frumentorum moderata, sicut maximum vtile, & beneficium Regno affert; ita si fuerit excessiua magnū detrimentū illi tribuere videtur, & n. 39. & ibidem assignatur rō.

40 Prorex Regijq. Consiliarij Patrimoniales non ita facile frumentorum extractionem cōcedere debent, & si fortè concedant, quid prius facere teneantur, & nu. 43. & 44.

41 Vniuersitates Regni debent quolibet anno transmittere Reuela frumentorū ad Tribunal Regij Patrimonij.

42 Extractiones frumentorum concessæ Regnis Aragoniæ, & Lusitaniæ intelliguntur, prouiso prius Regno Castellæ.

44 Mercatores in materia frumentaria vti interessati publicam vtilitatē non respiciunt.

45 Pretium tractarum, seu extractionū frumentorū dēt esse moderatum, & de ratione vide nu. 46. 47. 48. 49. & 50.

50 Pretium tractarum, seu extractionū frumentorum ex varietate temporis diuerso modo statuitur.

51 Extractio frumentorū quo casu per Principem possit prohiberi.

52 Arma, & alia ad Bellum pertinentia an sint à Regno extrahenda.

53 Extractio monetarum an sit in Regno prohibita.

54 Tractarum vēditio bis in anno fieri dēt.

55 Extractio frumētorum quo tempore fieri deberet, & assignatur ratio.

59 Tractarum concessio si alicui fuerit facta, & exinde recollectio frumentorū minima redderetur, annusque sterilis efficiatur, licitum est tractas iam cōcessas denegare, ampl. n. 57. & 58. & ibidem intellige & declara cum num. seq. vsque ad num. 83. vbi etiam assignātur rationes, lim. n. 80. & 82.

59. Aqua ducendi facultas ex publico aqueductu si alicui cōcedatur, intelligitur ex aqua superflua.

60 Frumenti certa quantitas, si alicui ex aliqua communitate debeatur, intelligitur quando frumentum est superfluum, & in abundantia, & nu. 61.

61 Extractio frumētorū quæ Ianuensibus fuit concessa per Regem qualiter intelligatur, & n. 62.

63 Pascuorum concessio alicui facta qualiter sit intelligenda.

65 Annua præstatio fructuum si alicui debeatur, si in vno anno fructus deficiant, an in sequenti anno suppleri debeant, declara vt in num. seqq. vsq. ad num. 83.

66 Annua præstatio, vel solutio fructuum, & commoditas, seu facultas percipiendi, siue vtendi differunt, & nu. 67. & 68.

63 Extractio frumentorū si alicui cōcedatur, & exinde ex cā, & culpa Regis, vel Curiæ non sequatur, tenetur Rex, vel Curia ad interesse, lim. nu. 69.

70 *Res promissa, vel legata si pereat, an & quando debitor illius sit liberatus, & nu. 71. 72. 73. 74. & 75.*

76 *Tractarum promissio, quam obligationẽ contineat.*

81 *Andr. in cap. 1. de not. feud. declaratur. Bald. in c. 1. de not. feud. declaratur.*

84 *Vniuersitates Regni non possunt detinere consilium absq. licentia D. Proregis, ac Regij Patrimonij.*

85 *Computa vniuersitatum Demanialium à quibus reuidcantur.*

86 *Computa vniuersitatum Baronũ, an possint per Delegatos Regij Patrimonij destinatos reuideri.*

87 *Computa Vrbis Messana reuidentur per Sindicatores particulares, vel per vnum ex Magistris Rationalibus.*

Computa Ciuitatis Catina reuidentur per Delegatum particularem, sub num. 87.

88 *Computa Vrbis Panormi reuidentur per Magistrum Rationalem ab eadem Vrbe electum, & non per Regium Patrimonium.*

89 *Thesaurarius Generalis à Rege eligitur ad beneplacitum.*

Thesaurarius Generalis, quid ratione sui officij facere teneatur, sub nu. 89.

90 *Thesaurarius Generalis olim quibus nominibus appellabatur.*

91 *Fiscus licet multa dicatur habere priuigia contra primipilum, eiusq. vxorem, & haredes, ac caeteros suos creditores, hoc tamẽ in Regno nõ seruatur.*

92 *Thesaurarij Generalis officiũ maximã habet authoritatem, qui inter Regios Consiliarios cõnumeratur, habetq. sub se plures alios officiales subordinatos.*

93 *Thesaurarius generalis potest interuenire in omnibus Conferendis, & Consilijs Patrimonialibus votando, prout caeteri Magistri Rationales laici.*

94 *Thesaurarius Generalis, quid ex officio semel quolibet mense facere teneatur.*

95 *Thesaurarius Generalis semel qualibet hebdomoda tenetur certiorare Dom. Proregem de introitu, & exitu pecuniarum.*

96 *Pecunia conseruantur in archa Regia Thesauraria cum duabus clauibus, quarum vnã detinet ipse Thesaurarius, alterã vero Regius Conseruator.*

97 *Thesaurarius Generalis, ratione pecuniarum debet assistere in Regia Thesauraria per horas sibi designatas.*

98 *Thesaurarius Generalis curam habet faciendi omnes emptiones, & prouisiones necessarias pro Regia Curia cum interuentu Conseruatoris, & aliquãdo vnius ex Magistris Rationalibus.*

99 *Thesaurarius Generalis an possit contrahere, & negotiari, & nu. 100.*

100 *Officiales Regij maxime Patrimoniales, an possint contrahere, & negotiari.*

101 *Thesaurarius Generalis non potest pecunias regias priuatis necessitatibus applicare, nec in alios vsus conuertere et quod pro Principe deseruiãt.*

102 *Thesaurarius Generalis est immunis à collectis.*

103 *Thesaurarius Generalis nõ potest cognosci, nec contra eum procedi per Tribunal Regij Patrimonij, nisi consulto Do. Prorege.*

104 *Locumtenentis Thesaurarij officium, quid sit.*

105 *Locumtenens Thesaurarij, licet ratione pecuniarum, & computorum ab officio Thesaurarij dependeat, attamen in reliquis cum Tribunali M. R. C. vnionem habet.*

106 *Locumtenentis Thesaurarij officium, licet inter officia vendibilia connumeretur, hodie tamen ex decreto particulari vendi prohibitum est.*

107 *Conseruator Regij Patrimonij, quibus nominibus nuncupetur, & nu. 111.*

108 *Conseruator Regij Patrimonij est Regius Consiliarius laicus à Rege ad beneplacitum creatus.*

109 *Conseruator Regij Patrimonij põt esse exter, vel naturalis Rgni.*

110 *Cõseruator Regij Patrimonij amplã hẽt pote-*

potestatē, nec aliū superiorem, quàm Regem, & Proregem recognoscit.
112 Conseruator Regij Patrimonij potest interuenire in omnibus causis, & negotijs, quæ ad Regium Fiscum, & regale Patrimonium spectare videntur.
113 Conseruator Regij Patrimonij ad sui libitum potest interuenire in omnibus conferendis, & causis fiscalibus tàm ciuilibus, quàm criminalibus, ac etiā Patrimonialibus, suum votum præstando, prout cæteri Magistri Rationales laici, & nu. 114.
Conseruator Regij Patrimonij firmat, & subsignat omnia guidatica, saluas guardias, & gratias criminales, ac omnes prouisiones, & literas, quæ per Tribunal Regij Patrimonij expediuntur, sub n. 113. 114. & 115.
116 Conseruatoris Regij Patrimonij præsentia, et interuentus requiritur in emptionibus, & prouisionib. faciendis pro regia Curia, ac in omnibus stipendiorum solutionibus, quæ de regali pecunia fiunt, vel eo absente per eius pro Conseruatores locorum, & nu. 117.
118 Proconseruatores Terrarū Regni à Conseruatore Regij Patrimonij electi, licet salarium non habeant, nonnullas tamen habent immunitates.
119 Conseruator Regij Patrimonij plures habet officiales sibi subordinatos residētes tàm in eius officio, quàm etiam in generali Thesauraria.
120 Cōseruator Regij Patrimonij tenetur semel quolibet mense detinere conferēdam de rebus ad regias fiscalias pertinentibus. Et qui officiales ibi interuenire debeant, & qualiter sedeant, & num. 121.
122 Cōseruator Regij Patrimonij recognoscit regias literas, & priuilegia, quæ ī Regno exequi debent, & per eum facta relatione D. Proregi exequuntur.
123 Fisci Patroni Regij Patrimonij officium quod sit, & ad quæ teneatur, & n. 129
124 Fisci Patronus Regij Patrimonij, quæ iura percipiat.
125 Fisci Patronus Regij Patrimonij, tanquā vnus de sacro Consilio togat⁹ incedit, & sedet cum alijs Magistris Rationalibus in eodem Tribunali.
126 Fisci Patronus Regij patrimonij dēt esse præsens in decisione causarum, & si ab esse contingat, supersedendum est, aliàs quidquid agitur est nullum.
127 Procurator Fiscalis Regij Patrimonij nō pōt interuenire ī votādis causis, neq. in emptionibus faciendis per R. C.
128 Fisci Patron⁹ Regij Patrimonij nō tenetur dare fideiussores, et assignatur rō.
129 Procurator fiscalis Regij Patrimonij, ad quæ ex officio teneatur, & nu. 130.
131 Fisci Patronus Regij Patrimonij recognoscit oīa rescripta, quæ extra Regnum veniunt, & ad eius relationem conceduntur eorum exequutoria, intellige & declara ut nu. 132.
133 Sollicitator Fiscalis Tribunalis Regij Patrimonij pro executione mandatorum illius dicitur constitutus.
134 Magisternotarius Tribunalis Regij Patrimonij pro executione mandatorum illius ad instar Magistri Notarij M. R. C. est constitutus.
135 Fisci Patroni materiā, vide remissiue.
136 Magister Portulanus olim Liminarcha dicebatur.
137 Magister Portulanus maximā hēt authoritatem in locis maritimis, in quibus publica frumentorum oneratoria reperiuntur; ibique suos Viceportulanos detinet.
138 Viceportulani officiū vendibile est.
139 Magister Portulanus, quā iurisdōnē habeat, & in quas psonas, ac quos officiales detineat, & n. 140. cum seqq.
140 Viceportulani in eorum Terris eamdem habent iurisdictionem, quam ipse Magister Portulanus.
141 Magister Portulanus concedit licentias extrahendi frumenta, & nu. 156.
142 Tractarum iura, quæ competunt R. C. pro extractione frumentorum extra

ARGVMENTVM.

De Tribunali Regij Patrimonij, eiusque Magistratibus.

CAPVT IX.



Vbsequitur inde Tribunal, seu Cōsilium Regij Patrimonij, in quo † de
1
rebus grauioribus ad Patrimonium Regale, statum, & Bellum pertinentibus agitur, nec non de redditibus, & bonis vniuersitatum
2
Regni, cui' officiū apud antiquos dicebatˉ Procurator Cæsaris, f m *Pancir. in Notit. Imper. Oriental. c.87. Corrad. ī Templ. om. iud. lib.1. c.8. Surg. de Neap. illustr. c.26. nu.23.* vel, vt alij dixerūt, Procuratores Dominici, *l.1. C. de repud. Cōstāt. Hermo. ī Epit. iur. ciuil. tit. de digni.* aliqñ Curatores Cæsaris, *l.3. ff. de offi. Procurat. Cæsar.* aliqñ Curatores Reipublicæ, *l. Curator. C. de mod. mulct.* aliqñ Præsidentes Sacri Ærarij, *l. vlt. C. de aduocat. fisc. Lamprid. in Alex.* aliqñ vero Rationales, *l. ad fiscum, & l. nullum, C. vbi causa fiscal. & in rubr. ff. de offi. Procur. Cæsar. & d. l. vlt.*

*vl.C.de aduoc.fif.*vnde in Regno Magistros † Rationales dicimus ad differentiā rationalium,q non ipsi pdictis assimilanī,sed q̄a Magistris Rationalibus,seu Cæsaris procuratoribus cōputa R.C.referūt,& describūt. In hoc aūt Tribunali ī primis residet Preses,
3

4 olim † Comes rerū priuatarū dictus, vel Comes Sacri Patrimonij,*l.vni.C. de offic.Comit.rer.priuat.l. si qs,C.vbi caus.fiscal.Cassiod.in eius formul.lib.6. var.Pancir.in d.c.87.Frec. de subfeud. lib.1.ī tit.de offi.Mag.Camer.n.2.et 14.*

5 & à Rege nominatur ad eius beneplacitum cum eodem salario,& præeminentijs,prut de Pręside M. R.C. dictū est, ne id bis repetamus,& ad præsens huiusmodi officium administrat Doctissimus, & Excellētissimus Iurisc͡osultus Io.Baptista de Blaschis.

6 Post Præsidem constituti sunt † sex Magistri Rationales à Rege pariter creati ad eius beneplacitū cum solito salario, tres quidē Togati, qui vltra

7 supra dicta † debēt decernere cās oēs

8 inter fiscum & priuatum, idque † (vt alias dixi) ab Alexandro Seuero Imperatore introductū, vt quod Pŕiceps ipse iudicare posset ēt in causa ppria; per alios determinari valeat, ac si ab ipso Rege iudicarēt,*l.1.ff.de offi. Procurat.Cæsar. toto.tit.C.vbi causæ fiscal. Frec.in loco citato,n.13.D. Carol.Tap. lib.2.iur.Regni,tit.de offic.procur.Cæsar.rubr.6.in princip.* nec † vllam ha-

9 bēt iurisdictionē extra causas fiscales, *l.1.C.de iurisd.omn.iud. Surg. de Neapol.illustr.d.c.26.nu.23.*

10 Alij vero tres nobiles laici,qui de rebus ad iustitiam nō pertinentibus cognoscunt, apud quos omnia negotia per D.Proregē cū voto Præsidis diuidunī,sigulis assignādo tres Regni Valles,singulas singulis togatis, & laicis, vni videlicet Togato, & alteri laico;

11 sicut † ad eosdē laicos Magistros Rationales pertinent negotia militię Regni,hospitia, & stipendia militū,prouisiones castrorum,armorum, aliorūque rerum ad Belli expeditionem spectantium,prouisiones triremium, arrendamenta Regiæ Curię,cura expoliorum Prælatorum ecclesiarum vacātium de iure patronatus Regio,emptiones,cambia,securitates necessarię pro Regia Curia, interuentus, seu superintendentia officij Magistri Portulani,Magistri Secreti, secretorum Panormi,Messanæ,Catinæ,Syracusarū, & Thermarum, Perceptorum, & Ra-

12 tionalium; hiq. † ob faciliorem negotiorum expeditionem habent singuli pęnes se vnum coadiutorem extraordinarium ad effectum adnotādi prouisiones,seu vt nos dicimus significatorias,aliaq.mādata,quę ex ijs oriuntur, pro exactione pecuniarum, aliarumque rerum fiscalium, eaq. ad Regium Thesaurarium, vel alium Officialem pæcuniarium pro effectu prædicto transmictuntur, quorum oneri inde incumbit earū exactio, vel ostendere diligentias pro recuperatione factas sub pęna soluendi de proprio,nec

13 † potest aliquo modo fieri solutio de pecunijs Regijs,pro quacumq. causa, nisi pręcedente mandato Excell.Suæ, & Regij Patrimonij. Sūt autem Magistri Rationales in hoc Tribunali hodie residētes Illustris Don Marius Gābacurta Marchio Mottę, & Spect. Don Franciscus Maria de Bononia, Antonius Ferrer, Bernardus de Lelmo,Lutius Denti, Don Antonius de Bononia, & supernumerarius Don Ludouicus Rao.

Et quāuis multa sint, quæ in dicto Consilio Patrimoniali pertractētur,

14 duo† tamen maxime necessaria explicabimus, quorū primū est,quod Regij Patrimoniales Cōsiliarij valde inuigilare debent circa arrendamenta omnium Regaliū introituum, seu se-

15 cretiarū,quę à Censoribus†olim apud Roma-

Romanos fiebant, vt dixit *Liuius lib.*
16 *39. & 43.* eiusq. practica † est in Tribunali Regij Patrimonij, quod prius emanantur banna ad offerēdum, deinde certa assignat̄ dies pro oblationibus, quæ apportari debent secretò in eodem Tribunali ad hoc vnito, ita q̄d vnus ignoret de alio, & super melioti oblatione, si videatur cōpetens, accēditur postmodum candela in certa die assignata in eodem Tribunali, & liberatur, cui in licitādo remanet candela extincta, & propterea nō nisi p̄cedētibus subhastationibus, & publicè facere permissum est ad excludēdū collusiones, & fraudes, quæ inde oriri consueuerunt, *l. fi. vbi Ioan. de Plat. & Luc. de Pēn. C. de vendēd. reb. Ciuit. lib. 10. l. Præses, C. de publica. And. in tit. q̄ sint regal. in verb. vectigalia, nu. 12. Rol. cōs. 90. vol. 1. Menoc. cōs. 80. Guttier. de Gabell. quæst. 141. & 150. cum plur. seq. D. Borel. de præst. Reg. Cathol. c. 11. nu. 28.* & prouisum est in Regno per Regias pragmaticas, vnde *Cicer. de lege Agrar. contra Rullum* ait, *Censoribus vectigalia locare, nisi in conspectu populi Romani non licet, decē uiris vendere, vel in vltimis licebit.* aliàs enim locationes nullæ redderētur *Guttier. lib. 4. p. q. 58.*
17 sicut † è ɔ̄ ex subhastationibus ita verum & iustum pretium probat̄, vt postea fiscus ad lucrū restitui nō possit, neq. locationis ɔ̄tus rescindi valeat, etiam prætextu læsionis, ad text. *in l. Lucius, §. fi. ff. ad municip. & ibi gl. quæ alia iura allegat, Bar. & Doct. in l. si tēpora per illum text. C. de fid. instrumen. & iur. hast. lib. 10. idem Bart. Bald. & Angel. in l. 1. C. de præd. decurio. lib. 10. Alex. ad Bart. in l. si quos, C. de rescind. vend. & in d. l. si tempora, Alciat. in respons. 110. nu. 2. Alber. in l. & si fine, §. quæsitū, ff. de minor.* vbi ait, q̄ perfecto ɔ̄tu, si cōpareat plus offerētes, nō dēt admitti iterato licitatio, ac si vniuersitas sit lęsa, & ita iudicatū fuisse testat̄ per tex. *in l. 1. & 3. C. de venden. reb. ciui lib. 11.* & q̄a fides hastæ fiscalis nō dēt decipi, *l. si hypothecas, C. de remissio. pignor. cumq.* sequutus est *Affl. dec. 340.* vbi idem iudicatū fuisse refert ɔ̄ fiscū, *Auend. de exeq. lib. 2. c. 12. n. 3.* nisi tñ
18 † lęsio causetur ex noua causa superueniente p̄m eū, quem sequitur *Menoch. in cōs. 843. n. 28. cons. 844. n. 33. cū seq. & melius cons. 1121. n. 1. & 2.* & maximè, q̄n coram † magistratu ɔ̄heretur,
19 vbi cessere v̄r omnis suspitio fraudis, ad not. per *Bar. in l. frater à fratre, nu. 50. vers. tertio quæro, ff. de cōd. indebit. Alex. in l. transactione, in fi. C. de transact. Alciat. de præsump. reg. 1. præsump. 21.* & ita seruatur in Regno cessante
20 fraude, q̄a perfecto ɔ̄tu, non cōceditur amplius reiterato licitatio per oblationē maiorem postea superuenientē, ad tex. *ī l. si minori, C. de iur. fis. lib.*
21 *10.* nisi † tñ adesset aliqua fraus, quib⁹ casibus, neq. vidi licitationem de nouo fieri, nisi palatino modo de mandato D. Proregis; licet in Regia Camera aliter seruari tradat *D. Pont. in tit. de regal. impositio. §. 5. nu. 48. cum plur. sequent.* de quo multa tradit in proposito, *Auil ī c. 32. Prætor. verb. de Puyar, num. 10. & seq. Auend. de exequen. manda. lib. 2. d. c. 12. per totum.*
22 Sed an † per oblationē secūdi primus sit liberatus? latè examinat *And. in d. ver. vectigalia, n. 12. ver.* sed si primus, vbi cōcludit quod primus non erit liberatus, per tex. *in l. Sabinus, ff. de in diem add. Bar. in l. licitatio, q. 1. ff. de pu bl. vbi Alex. ī add. Fab. de Mōt. de empt. & vend. q. 5. Auend. d. c. 12. sub num. 8. uer. item infertur Alfa. de iur. fis. gl. 34. §. 2. nu. 86.* eo quod primus, qui obtulit potuit alium non idoneum nō soluendo submittere, vt ipse liberet̄, vide tamen *Auil. in d. c. 32. n. 8.* vbi allegat *Bal.* contrarium tenentem, *Ann. sing. 39.* & latissimè *Guttier. de Gabell. q. 134. & Anto. Sola super consuetud. Pedem.*

dem. tit. de form. & ord. proced. glo. 4.
23 vbi conciliant opiniones.

Eoq. oritur, quod † locantes vectigalia fisci debent illa locare psonis habilibus, & cum idoneis fideiussorib⁹, alias tenentur de proprio *Ioa. de Plat. & Luc. de Penn. in l. 1. C. de locat. prædio. ciuil. & facit tex. in l. quicumq. C. de fund. patrimonial. lib.* 10. *Andr. late in d. ver. vectigalia, nu.* 13. *Guttier. de Gabell. q.* 133. *&* 154. vbi mulcta discutit de huiusmodi fideiussoribus, *Alfa. de iur. fisc. gl.* 34. §. 2. *&* 6. Sed an
24 † possit fiscus aliqua imminente necessitate cogere conductorem adsoluendum pensionem ante diē ? vř quod non, quia esset ꝯ æquitatem prætoriā, quæ iubet pacta seruari, nec alias fuisset conducturus absque illo pacto de soluendo in tempore *ad text. in l. cum qui Kalēdis ff. de verbo. obligat. l. si mādauero la prima ff. manda. l. cedere diem ff. de verbor. & rer. signific. §. plus antē*
25 *insti. de actio.* Sed cōtrarium est verius præsupposita necessitate Principis, & soluto interesse medij temporis *l. 1. vbi Bart. not. ff. de condit. ex leg. quem text.* notant Doct. contra datiarios, & conductores gabellarū, quod possint ante tempus cogi ad soluendum, ibiq. subdit *Bald.* frequenter hanc esse praxim. *Iaf. in l. in diem ff. condi. indeb. Alex. in l. pecuniam ff. si cert. peta.* & pro singulari tradunt *Marsil. sing.* 255. *Anto. Trigona sing* 7. *& post alios D. de Pont. in loco citato* §. 8. *num.* 13. *Peregr. de iur.*
26 *fisc. lib.* 6. *tit.* 6. *num.* 21. Sic etiam † vectigalium fisci conductores absq. alia interpellatione in mora constituuntur *ad tex. in l. cum quidam* §. *ex locato ff.*
27 *de vsur.* & possunt expelli ex causa pēsionis in tempore non solutæ *l. vectigalia* §. *non solutis vbi Bart. ceteriq. de publican. Bart. in l. fundum vectigalem C. de iur. reipub. lib.* 11. quinimo tenentur ad interesse *d. l. vectigalia.* §. *fi. cum simil. adductis per D. de Pont. decis.* 29.
28 *nu.* 6. vbi ampliat etiam † pro pecunia intercepta, & si fuerint in lucro cogun tur pro anno sterili ad reddūcendum *Guttier. de Gabell. quaſt.* 140. *Dom. de Pont. in d.* §. 8. *num.* 14.
29 Datur tamen † huiusmodi conductoribus rerum fiscalium vtilis in rem actio *Bar. in l. 1. Si ager vectig. latè Menoch. de retinen. posse. remed.* 4. sicut, & socio à conductore fisci assumpto, *l. 1. C. de locat. publ. Guttier. lib. 4. practic.*
30 *quaſt.* 59. & possunt † capere bona nō soluentium gabellas *Bart. per illū tex. in l. creditor in princip. de actio. empt. Ioseph Ludouic. latè decis.* 15. *incip. conductores vectigalium*, sicut, & eos carcerare *ad text. in l. nemo carcer. Cod. de exact. lib.* 10. *& in l. ex eo ff. ad l. Iul. pecul. Alfar. d. glo.* 34. §. 2. *num.* 99. *&* 100. necnon intra quinquēnium agere, vel ad solutionem vectigalis, vel ad commissum iure venditoris iuxta doctrinam *Azon. C. de vectigal. & cōmis. Bald. in rubr. ff. de rer. diuers.* Rursus
31 † particulares Iudices habent, multęq. aliæ immunitates conceduntur, de quibus per *D. de Pont. in d.* §. 8. *nu.* 18. prout ī Regno, vbi certus iudex, fisc⁹, & Magisternotarius cōstituti reperiūtur, Officiales Regij dici fortè nō possint, *Anch. cas.* 110. *Bertach. ī ver. frans ver. penult. Afflict. in cōstit. Regn. rub.* 47. *num.* 4. *&* 10. *Sese de inhibit. instit.*
32 *c.* 4. §. 7. *nu.* 36. Hinc est, qđ † à conductione vectigalium fisci excluduntur clerici §. *aliam in authen. de sanctissim. Episcop. ibiq. Angel.* infert quod nec fideiubere possunt pro huiusmodi con-
33 ductoribus, idemq. † dispositum est in familiaribus sāctissimæ Inquisitionis, nisi prius facta renūtiatione fori; neq.
34 Magistratus, † & officiales, fm *Bald. in l. quisquis, C. si cert. petat. Ang. in* §. *œconomis in auth. de non aliena. Menoc. consi.* 843. *n.* 22. *& seq. vol* 9. *Alfar. de iur. fisc. gl.* 24. §. 2. *nu.* 77. *Guttier. de Gabell. q.* 132. *num.* 34. *cum seq.* vbi ponit

35 nit † alias personas prohibitas à con-
ductione vectigalium fiscaliũ, ma-
xime si sint officiales pecuniarij, de q-
bus per *Bonad. lib. 3. polit. c. 4. nu. 35. &
c. 8. Guttier. pract. q. 55. & 56. lib. 4.*
& est prouisum per Regiam *pragm. de
offi. Secr. prag. 5. §. 14.*

Alterum quod in hoc Tribunali sę-
pe sępius discutitur est in materia fru-
mentariæ extractionis, quod ius de
36 regalibus est, ad tex. *in c. 1. ver. portus
ripatica*, secũdum *Bald. & ibi Andr.
quæ sint Regal. Laude. de Prĩcip. q. 362.
Capic. in sua inuest. in ver. cum iuribus
tractarum fol. 114. D. Card. Tuscus in*
37 *ver. Regalia, nu. 16.* nec † in concessio-
ne regalium comprehenditur, nisi de
eo expressa fiat mẽtio, vt tradit *Loffr.
consil. 24. in princip.* quæ frumentaria
38 extractio, † sicut ĩ maximũ R. Curię, &
totius Regni beneficium redundat, tũ
quia maximam pecuniarum copiã ex
externis locis ad nos cum magno Re-
gni emolumento afferre cõsueuit hæc
negotiatio, tum etiam, quia Regnico-
læ, & pręsertim Burgenses eorum fru-
menta cõpetenti pretio vendunt, quæ
alias viliori pretio distrahere cogeren-
39 tur, ita † non minoris detrimenti esse
solet, qñ immoderatè corũ extractio
permissa fuerit, ad not. *p Arist. 2. ethic.*
40 *c. 6.* & ppea † debent Excellent. Pro-
rex, Regijq. Consiliarij Patrimoniales
curare, ne ad hanc negotiationem (q̃
vẽditionem tractarũ vulgo dicimus)
deueniant, nisi prius fuerit benè pro-
uisum Regnũ, & præcipuè Vrbs Pa-
normi, Messanæ, aliæq. vniuersitates,
habitis prius Reuelis à publicis one-
ratorijs, & alijs Regni vniuersitatibus,
41 quæ † ad Tribunal Regij Patrimonij
quolibet anno transmittere tenentur,
secundũ *Luc. de Penn. & Plat. in l. si qs
per diuinã, C. de aqueduct. lib. 11. l. Præ-
ses Prouinciæ, C. de seru. & aqued. Rip.
in tract. de pest. p. 2. sub nu. 16. & 189.
Floria. in l. si pendẽtes, §. si qd cloacarij,
ff. de vsufr. Montal. ĩ l. 4. tit. 5. quæst. 5.
Auend. de exeq. mãd. lib. 1. ante nu. 36.
ver. item eadẽ ratione, optime Mexia de
tax. pan. concl. 1. nu. 56.* vbi dicunt, qđ
42 † concessiones Regiæ, vt frumentum
asportetur ĩ Regna Aragoniæ, & Lu-
sitaniæ, intelligi debẽt, prouiso prius
Regno Castellæ, vt supersit abundã-
tia, cuius publicæ vtilitati prius cauẽ-
dum est, vt per Plat. in loco nuper ci-
tato, & repetit *Mex. concl. vlt.* subdẽs,
ita ibi seruari, idemq. prouisum est ex
ordine Regio dato Madrid die 5. De-
43 cembris 1603. sicut † & curare debẽt,
vt cum maximo secreto certiores fiãt
de locis, & Prouincijs, quę habeãt ne-
cessitatem tritici, & de quo alio loco
possint sibi prouidere, necnon, & de
frumẽtorum quãtitate in Regno exi-
stente, & cum his se regere debent, de-
44 tinendo † pęnes eos viros confidentes
pro effectu prædicto; qui tamen non
sint mercatores, nam vt plurimũ sui
interessati excæcantur, vt alias dicebã,
ac beneficiũ publicum minimè respi-
ciunt, vt dixi *supra lib. 3. c. 1. nu. 35.*
45 Aduertere † præterea debẽt, vt pre-
tium ipsarũ tractarum sit moderatũ,
ne ob excessiuam petitionẽ mercato-
res ab alijs partibus sibi prouideant;
46 nam † pręterq̃ quod R. Curia ammit-
teret iura tractarũ, vt pluries euenisse
vidimus, iuraq. secreriarum diminue-
rẽtur, quia naues, aliaq. nauigia, quæ
occasione extractionis accederent ad
coemẽda frumenta, nõ sine alijs mer-
cib. onusta huc appellerẽt, insuper Re-
gnũ ẽt detrimentum pateretur, quia
(vt diximus) pretia frumẽtorum mi-
nima redderentur in agriculturæ dã-
num, quę in Regno amplissima, & ne-
cessaria est, eaq. conseruari debet, in
47 tantum quod † aliàs his expositis fuit
per Regem Ioannem ad petitionem
Regni stabilitum certum, & minimũ
pretium huiusmodi tractis *ex cap. 27.*
48 *eiusdẽ*, id quod in † maximũ R. Curię
com-

cōmodum factum fuisse ibi asseritur, quoniam agricultura augebitur, & segetes multiplicabuntur, & eam exercentes ditabuntur, idemque clarissimè elicitur ex *capitu.84. Ferdinandi Regis, & cap.59. cum pluribus alijs Ca-*
49 *roli V. Imperatoris*, prout † hoc anno idem cōclusum fuisse in generali Parlamēto vidimus, quo statutū fuit moderatum pretium huiusmodi tractis;
50 quamuis aliàs † ob temporis variationem, tractarum pretium de trimestre in trimestre habita diligenti consideratione recollectionis, requisitionis, & pretij victualium statutum fuerit per Alfonsum Regem, *in cap.24.* pro quo de iure communi facit *text. in l. pretia rerum, in vers. nō nullam, ff. ad l. falcid.* & in specie *Ias. in l. non vtique §. nunc de officio num. 4. ff. de eo quod cert. loc. Surg. in add. ad Neap. illustr. fol.425.*
51 & propterea † in locis vbi expressa nō extaret prohibitio, vt est in Regno; Pricipi permitteretur victualium extractionem prohibere, *Canonist. in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. Silua. cons.35. num.32. Roland. cons.3. nu.13. volu.2. Brun. cons.151. volu.2.* maximè tēpore necessitatis, seu penuriæ *Franc. Marc. dec.230. & 236. par.2. Soc. iun. cons.76. volu.4. Pancirol. cons.116. nu. 22. Bertaz. cons.83. vol.1. in criminal. Surd. cons.210. num.9. vol.2. & 558.*
52 *vol.4. Rim. iun. cons.183. vol.3.* sicut † & de extractionæ armorū dicitur *l.1. C. vt armor. vsus, & in Const. Regni incip. intentionis cum alijs traditis per And. in rub. quæ sint regal. num.5. quæ reassumit D. de Pont. de Proreg. tit. de diuers. prouisio. rub. de arm. num.1. cum seq.* vbi idē ait de alijs rebus ad bellum pertinē-
53 tibus; idemq. † de extractione monetarum statutum est in Regno per Regias Pragmaticas, & particulares literas, & de Regnis Hispaniarū latè *Anst. in c.52. Prat. per totum, Surg. de Neap. illustr. c.24. nu.10. & seq.*

54 Curare item † debent, vt venditio tractarum fiat bis in anno, in mense Ianuarij, videlicet, quo tempore plena habetur notitia de quantitate seminerij, & prouisione Regni; altera in mense Maij vbi de optima futura recollectione securi esse possunt; & si
55 meo quidem iudicio, in re tam graui tutius sit ad extractionem non deuenire, nisi recollectione facta, quandoquidem non semel vidimus etiam in mense Maij, & Iunij calidis ventis ex meridie flantibus omnia perijsse.

Id tamen prætereundum non erit,
56 quod † si facta venditione tractarum, seu earum cōcessione, recollectio frumentorum sterilis appareret, ne Regnum exauctum remaneat, licitū erit tractas iam cōcessas denegare, ad tex. *in l. q saxum, vbi optime Castrens. ff. de donatio. & l. quarundam, ff. de acq. poss. Affl. per illum tex. in c. post natale in 6. notab. de pac. tenend. & dec.290. Surg. de Neap. illust. c.15. nu.46. & 47. D. de Pont. de potest. Proreg. tit. de tract. nu.5. nouissime Marcell. Maur. alleg.38. p.2.*
57 qđ maxime amplũiand erit in habentibus particularia priuilegia extrahēdi quolibet anno certam frumentorū quantitatem (prout plures habemus in Regno) qui nedū euenięte sterilitate impediri possunt, ne extrahāt, verū nec in sequenti anno competeret refectio extrahēdi summas non extractas in annis præteritis, ex Regia *pragm.2. tit. de assignat.* ac alijs particularib^9 regijs literis, & fuit pluries determinatū, maxime contra Ducem Terrenouæ, cum huiusmodi cōcessiones, seu assignationes, & si præstationē in annos singulos habeant, in annos tamen singulos per se consideranda sunt, ac si concessio, seu assignatio certæ summæ in vnum, & deinceps in alium annum specialiter facta esset, ita vt pro illo anno, in quo fructus non nascantur, vel minus nascantur videatur restricta cōcessio,

Cc

cessio, & assignatio, argu. *l. si debitor*, §. *verisimile*, ibi, *quæ collecta essent*, *ff. de actio. empt. & l. cum certus*, *ff. de vin. trit. & ole. legat.* & cõsequenter qđ pro illo anno sterili cesset facultas extrahendi, atque extinguatur, non autem suspendatur, neque prorogetur illius executio in annos sequẽtes vberiores,
58 maximè stante† clausula, in huiusmodi priuilegijs apponi solita, secundũ *Affl. vbi supra* (prouiso prius Regno, vel in casu inopiæ,) quæ non solum excipit, sed etiam facit concessionem cõditionalem, quasi dixisset, in anno sterili nõ deberi extractionem, ea quidem ratione, quod Rex concedens prius censeatur voluisse prouidere Regno, quàm cõcessionatio, ad text. *in l. si quis, C. de aqueduct. libr. 11.* vbi
59 beneficium ducendi aquam ex publico aqueductu ex superflua aqua intelligendum esse ait, ea causa) vt dixit *idem text.* ne abundantia aquæ ciuibus desit, ibi, *pro abundantia ciuium conueniat deputari, quod his personis, quibus nostra serenitas indulsit, ex aqua superflua conueniat deputari*, quam decisionem, ibi ampliat *Luc. de Penn. in verb. superflua, & in l. diligenter, in fine, eod. tit.* & tenuit *Bartol. ibidem, in*
60 *fine*, dum ait, quod † si de frumento communis Perusij alicui debetur certa quantitas annalis, quod tunc debet tribui, quando de frumento superest, & Plat. eodem loco, dicit hoc es-
61 se, ex quo† concessio hanc habet tacitã condictionem, si triticum erit superfluum, eosq. sequitur *Rip. de praeseru. remed. contr. pest. num. 28. & seq.* vbi loquitur de licentia concessa per Regem Ianuensibus extrahendi frumen-
62 tum, quam conclusionem † idem extendit etiã, quod motu proprio Principis concessio facta fuerit *in l. quo minus, nu. 12. ff. de flumin. post Felyn. in cap. cæteris de rescript.* eamdemq. opinionem pariter sequuti sunt, *Gregor. Lop. in l. 5. titu. 31. p. 3. Paris. cons. 27.*
63 *nu. 134. lib. 1.* qui loquitur in pascuis, *Auendag. de exequend. mandat. Princ. libr. 1. cap. 4. nu. 27. Anton. Padill. in l. si Præses, nu. 13. C. de seruit. & aqu. qui alios* refert, *Camill. de Curt. in 1. p. diuers. feudal. in verb. Redeundo igitur, nu. 61.* vbi refert ita iudicatum, ideq. testatur *D. de Pont. in d. titu. de tract. nu. 9.* licet valde dubitet *ex dec. Andr. in loco citato*, quę in proposito adaptari minime potest, vt infra dicam. Qua-
64 si † habeat facultas prædicta (vt diximus) tacitam condictionem, vt prius alantur Regnicolæ, ipsisque prius inseruire debeant frumenta, quæ in Regno nascuntur. Nec obstare videtur,
65 quod† præstationes annuæ certę quãtitatis fructuum ex aliquo loco, si vno anno fructus deficiant, ex sequẽtibus, vel præcedentibus annis suppleri debeant, per tex. vbi Doctores maximè *Bart. nu. 5. & 6. in l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. obligat. l. Lucius, ff. de aliment. & cibar. legat. Lex ea via no. ff. de tritic. vin. & ole. legat. l. legatũ, §. vini Salerni, ff. de ann. legat. & l. firmio, in princ. ff. quand. dies leg. ced. & per Andr. & Bald. de not. feud. in princ.*
66 nam† aliud est, & differunt præstatio, siue solutio fructuum, de qua in dictis iuribus habetur, & commoditas, siue facultas percipiẽdi, siue vtẽdi, quæ est facti, *l. si vsusfructus, ff. de iur. dot. cum alijs adductis per Bartol. in quæst. sua 4. num. 14.* & ideo Rex † non est
67 obligatus ad fructus dandos, seu soluendos, sed solum ad pacientiam præstandam, vt ille possit extrahere, quæ cum facti sit, vt declarat idem *Bartol. in l. 1. ff. locat. & in l. 4. §. Cato, ff. de verbor. significat.* si præcessisset culpa
68 † Regis, vel Curiæ, ex qua concessionarius impeditus fuisset extrahere, teneretur solum ad interesse, ad text. *in l. stipulationes non diuiduntur vbi Doctores, ff. de verbor. obligatio.* non autem

tem ad refectionem ex fructibus alterius anni, cum non fructus, sed pacientia vtendi facultate illorum extrahendorum promissa fuerit, cessante † tamē culpa, sed casu, seu fortuna, vt quia annus esset sterilis, & Regnum non esset prouisum, concessionarius non potuisset extrahere, eo quidem casu Rex, nec ad interesse, nec ad refectionem teneretur; ex quo factum, & sic pacientiam in illo anno amplius præstare nequeat, idque absque culpa, & facto promissoris, *dict. l. stipulationes non diuiduntur, & ibi Doctores*; eo magis, quia in casu iurium ex aduerso relatorum, sic communiter distingui solet, Primo quando † promittitur, vel legatur aliqua res in genere effuso, veluti triticum, vinum, & huiusmodi similia, & hoc casu debitor non liberatur, sed expectādus erit primus, secūdus, tertius, siue millesimus annus, ea ratione † quod genus perire non possit, *l. incendium, ff. si cert. petat.* Secundo quando † promissio, vel legatum est in genere subalterno simpliciter, puta ex fundo Salerno; & non natis fructibus primo anno, suppletur ex proximo immediatè sequēti solum, non ex alijs, & est decisio *text. in d. §. sacram*. Tertio, quādo † promissio est in genere subalterno, additur tamen dictio taxatiua, tunc non natis, vel consumptis fructibus vnius anni, non expectantur fructus annorum sequētium, quia debitor liberatur, ad text. *in dicta l. cum certus, ff. de tritic. vin. & ole. legat.* Quarto, quando † promittitur, vel legatur species, quam promittens, vel legans habet in sua cella, vt vinum, vel frumentum in granario, siue horreo, vel pecuniam in arca, & hoc casu videt promissum non genus effusum, nec subalternum simpliciter, nec taxatiuè, sed species, quæ rectè promitti potest, ad tex. *in d.* §. *sacram*, ibi, *vini autem non speciem, sed genus*, & hoc † casu si res pereat absq. culpa promissoris, promissor ipse liberatur *l. si ex legati, ff. de verbor. obligat.* quæ distinctio colligitur ab hijs, quæ tradunt Doctores, & præcipue *Zas. in d. §. sacram, num. 12.* at in † casu promissionis tractarum, solum pacientia, & factum dicitur promissum, ex prædictis, & consequenter nullus prædictorū casus adaptari poterit, si quidem primus casus de genere effuso, siue generalissimo non comprehenditur in ipsa concessione, minus secundus de genere subalterno simpliciter promisso absque dictione taxatiua, quod si in tertio, vel in vltimo casu versaremur, vbi genus subalternum taxatiue est promissum, & sic extractio fructuum per dictiones taxatiuas, & restrictiuas de anno in annum, hoc inquam casu extractio ex fructibus recollectionis præcedentis facienda, non autem ex alterius sequentis anni fructibus supplenda erit, & Rex, cum fructus eo anno nati non essent, vel ad Regni prouisionem cōuerti debuerint, ab obligationibus penitus liberatus est, *d. l. cū certus*, & notantet tradit *Angel. in l. si fideicommissum, §. tractatum, num. 1. & 2. ff. de iudic.* vbi tenet † obligationem fructuum ex certo loco, si sit coartata ad fructus percipiendos in certo tempore; non suppleri ex fructibus annorum sequentium, quem eo loco eleganter loqutum fuisse, dixit *Barbat. in addict. ad Bart. in d. l. si legatum, §. vini Salerni*, si vero † speciem esse cōcessam dicamus, de facultate, siue cōmodo extrahendi intelligere debemus, quę non solū est minus ipsa specie, cum aliquādo in numero, pondere, & mēsura recipere possit diuisionē, sed etiā illius obligatio est indiuidua, *d. l. stipulationes nō diuiduntur*, & sic sicut † liberatur promissor perempta spe-

specie, multo fortius, si factum promissum absq; culpa, & dolo suo præstari nequeat; eaq. maximè in Regno confirmari videntur per infinitas literas regales, & regiam Pragmaticam, ex quibus constat de voluntate Regis prohibentis huiusmodi refectionem, vnde *Vlpia. ĩ d.l. ex eo vino, à Bart.* in suam opinionẽ relata, *ff. de tritic. vin. et ole. legat.* approbans sententiã Sabini
80 limitat eam, † nisi concedẽtis, siue mãdantis voluntas aduersẽt, & facit *tex. in d.§. sacram, in fin.* & notanter tradit *Camill. de Curt. in loco citato, num.*
81 *44. in fin.* Sic † etiam intelligẽdus erit *Andr. & Bal. in d.c.1. de not. feud.* nimirũ, vbi locus, & tempus demostratiuè non taxatiuè apposita sunt, vt latissimè deduxit *D. Camill. de Curt. vbi supra, nu. 39. cum seq.* eoq. magis, quia ipsi loquũtur in feudo Cameræ, quod ĩ pecunia ex iuribus Doanæ percipiẽda consistit, ideoq. non extendendũ, vbi de facultate iuris percipiendi fructus ageretur.
82 Prædicta tamẽ procedunt † nisi tractarum priuilegium cõcederet etiam expresse refectionem, (prout habet in Regno Comes Modicę, & aliquando habuit Religio Hierosolymitana S. Ioannis) secundum *D. de Pont. & Camil. de Curt. vbi supra.* Verum tamen est, quod si illo anno ex culpa concessionarij extractio minimè facta fuerit, nõ poterit ĩ sequẽtib. annis extractionẽ facere, vt pariter fuisse iudicatũ, tradit *Camil. de Cur. vbi sup. n. 51.* quẽ sequitᷓ *Cãcer. var. resol. lib. 3. c. 13. n. 264.*
83 Tandem in hoc † Tribunali agitur de rebus oĩb. ad Vniuersitatũ Regni
84 patrimoniũ ptinẽtibus, & ꝓpea † non pñt se cõgregare, nec detinere cõsiliũ ꝓ imponẽdis gabellis, vel alio quocũq; negotio, nec eo ꝯgregato illud exequi, nisi habita à D. Prorege, & eodẽ Tribunali licẽtia, & cõfirmatione, vt dixi *sup. lib. 3. c. 4. nu. 444. & seq.* Sic
85 ẽt de mãdato prẽdicto reuidentur cõputa oĩum Ciuitatũ demanialiũ per tres Magistros Iuratos à Regia Maiestate pro effectu prẽdicto nominatos,
86 vnũ ꝓ qualibet Valle; licet † in vniuersitatib. Baronũ data aliqua suspicionis cã cũ eorũ dominis cõsueuerĩt eorũ cõputa reuideri per Delegatos particulares à Regio Patrimonio destinatos, vt dixi *sup. lib. 4. c. 16. n. 136.* Est
87 tñ aduertendum, quod † in Vrbe Messanæ reuidentur vel per Sindicatores ad hoc potestatem habentes, vel per vnũ ex dictis Magistris Rationalibus dicti Tribunalis, qñ Curia ibi degeret, sic et in Ciuitate Catinæ, in qua ꝑ particularem ad hoc Delegatum reui-
88 dentur; ab his tamen oĩbus † excludiẽ Vrbs Panormi, cuius cõputa reuidentur per Magistrũ Rationalem ab eadẽ Vrbe electum, nec in eis se aliquo modo ingerere potest Regium Patrimonium ex priuilegio sibi concesso per Regem Alfonsum.
Post ꝑdictos Magistros Rationales ab eodẽ Tribunali depẽdet Gene-
89 ralis Thesaurarius, q † à Rege eligiẽ, ad beneplacitũ, curamq; hẽt exactionis, & cõseruationis oĩum regiorũ introituũ, & pecuniarũ. Is antiquis tẽ-
90 poribus † Quæstor Ærarij dicebatur, *l. 2. ff. de orig. iur.* sub Imperatoribus autem Comes sacrarum largitionũ, de quo habentur *tituli particulares in in Codice, de Palat. sacrar. largit. lib. 12. & similes*, & apud *Cassiod. libr. 6. variar. Surg. de Neap. illust. c. 5. nu. 20.* sed secundum *Ioan. de Plat. & Luc. de Penn. in rubr. C. de primipil. eod. lib. 12. post gloss. ibi*, primipilus appellatur, quasi primus inter administratores regalis pecuniæ, quos sequuti sunt *Afflict. in constitut. Regn. patres pro filijs, nume. 8. Angel. in l. 1. C. de priuileg. fisc. Castald. de Imperat. quæst. 110. priuil. 257. Surg. in loco citato, num. 17. cum seq. Franc. Lucan. in simil. tracta.*

de priuil. fisc. nu. 18. *& 19. & Laudens. q.* 214. *Capic. dec.* 129. *num.* 15. *Peregr. de iur. fisc. lib.* 6. *tit.* 6. *nu.* 43. *Alciat. de præsump. reg.* 3. *præsump.* 4. *in fi. & optimè D. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. de regal. imposit.* §. 8. qui verus est intellectus, quidquid multi à prædictis relati asseruerit; & post eos *Nuños de Escobar in tract. de ratioci. adminis. cap.* 39. *nume.* 10. *cum seq.* & quam-
91 uis multa fisco competant priuilegia contra huiusmodi primipili officium exercentem, eiusque vxorẽ, hæredes, cæterosq. creditores anteriores, *ex d. l.* 1. *C. de priuileg. fisc. l. satis notum, C. ex qb. caus. pign. vel hypot. tacit. contr. l. vtilitas, C. de primipil. lib.* 12. *& vbique Doctores*; attamen in Regno non seruantur, vt vidi pluries practicatũ, & determinatum per doctissimos viros in eodem Tribunali degentes, id etiã de Regno Neapolitano testatur Dominus *de Pont. in d.* §. 8. *sub nu.* 17. & de Regno Lusitaniæ tradit *Alfar. de iur. fisc. gl.* 16. *nu.* 94.

92 Hoc igitur officium maximam habet authoritatem, & inter Regios Cõsiliarios connumeratur, habetque sub se plures alios officiales subordinatos, & ex particulari Regio decreto, quod
93 passim cõcedi consueuit, põt † interuenire in omnibus cõferendis, & consilijs Patrimonialibus, votando prout cæteri Magistri Rationales laici, quã-
94 uis † ex natura officij non nisi semel quolibet mense teneatur in causis Patrimonialibus referre debita omnia dictæ Regiæ Curiæ, cum diligentijs contra eosdem debitores ab eo factis, quæ in scriptis redigi debent, cum earum iustificationibus, illæque consignari quolibet quadrimestri Rationali, ad quem spectat dictorum computorum reuisio, vt in fine cuiuslibet anni iuxta eius obligationem præsen-
95 tare valeãt; sic † etiam teneẽ semel qualibet hebdomoda Excellentissimum Proregem certiorem facere de introitu, & exitu pecuniarum hebdomodæ præteritæ, ac etiam de residuo, quod
96 tunc tẽporis effectiuè remanet in Regia Thesauraria, quæ † pecuniæ conseruantur in arca cum duabus clauibus, quarum vnam detinet ipse Thesaurarius, alteram vero Regius cõser-
97 uator, & † pro effectu prædicto assistere debet in eadem Thesauraria per horas sibi designatas.

98 Curam † item habet faciendi omnes emptiones, & prouisiones necessarias pro Regia Curia cum interuentu officij Conseruatoris, licet ex mãdato Regio cõsueuerit interuenire vnus ex Magistris Rationalibus laicis, & propte-
99 tea prohibetur negotia exercere ex *pragmatica* 13. §. 30. *de offic. Thesaur. & ex ordine* Regio dato sub die 16. Iulij 1591. pro quo faciũt tradita per *Io. Ant. Lanar. cons.* 43. *D. de Põt. cons.* 49. *n.* 32. *cũ seqq. vol.* 1. *Burs. cons.* 325. *&* 326. *vol.* 3. qui latè tractãt, quãdo of-
100 ficiales, & præcipue Thesaurarius possunt contrahere, & negotiari, prout tàm in eo, quàm in cæteris officialibus Patrimonialibus prohibitum est in Regno per Pragmaticas, & literas regias, de qua re vide in materia *Tholos. decis. nouiss.* 11. *Auil. cap.* 2. *Prat. in verb. de heredar, Menoc. cons.* 844. *Matthiens. dialog. relat.* 3. *c.* 27. 28. *&* 29.
101 sicut † nec pecuniam regiam priuatis necessitatib. applicare, vel ĩ alios vsus etiam Principis conuertere, ad text. *in l. præcipit, vbi Io. de Plat. C. de canon. largit. lib.* 10. *l. hac lege, & ibidem Plat. C. de aqueduct. lib.* 11. *& in l.* 2. *C. de frum. vrb. Constant. eodem lib. Auil. in cap.* 44. *Prat. in verb. ni tomar, & in*
102 *verb. sequen.* vbi ait, quod † isti Thesaurarij sunt immunes à collectis, durantibus eorum officijs, secundum *Luc. de Penn. in d. l. præcipit*, prout nec
103 contra eos procedi potest per Tribunal Regij Patrimonij, nisi consulto Ex-

Excellentissimo Prorege, *ad text. in l. fi. C. vbi senat. vel clariss. & ibi Salicet. & Alberic. qui text.* loquitur in Thesaurario Principis, vt notant *ibi Odofred. & Angel.* & ita practicatum fuisse refert *Dom. de Ponte decis. 13. num. 3.* hoc autem officium hodie vacat, licet de mandato Excellentissimi Domini Proregis vsque ad alium Regiũ mandatũ administret Paulus Ansalonus.

Adest etiam eius Locumtenens, cu-
104 ius † officium est exigere bona, & pecunias ex confiscationibus, & pœnis, mulctis, ac fideiussionibus fractis per ueniẽdas, quas nos Fiscalias vocam°,
105 qui † licet ab eodẽ Tribunali circa pecuniarũ dispositionẽ, & cõputorũ redditionẽ dependeat, attamẽ in reliquis oĩbus cũ Tribunali M. R. C. annectitur, siquidem earũ exactio, & bonorũ vẽditio fiũt ad literas Excellẽtiæ suæ, & eiusdem M. R. C. & quamuis offi-
106 cium † prædictum aliàs inter officia vẽdibilia connumeratũ fuerit, vt dixi *sup. lib. 1. c. 20.* hodie tñ ex decreto particulari Regio sub die 16. Iulij 1591. vendi prohibetur.

Cum eodem Tribunali annexũ est officiũ Conseruatoris Regij Patrimo-
107 nij, qui † fortè Quæstor dici posset, & procurator Cæsaris, ex his quæ infra dicã, & latè tradit *Frecc. lib. 3. de subfeu. tit. de differen. feud. reg. sub nu. 20. Io. Calu. in lexico iur. in verb. Quæstores,* vbi multa in proposito notat, & ideo
108 † Regius est Cõsiliarius laicus, a Rege
109 ad beneplacitũ creatus, & † potest esse exter, quamuis aliquos videri im natu-
110 rales, amplamq. habet † potestatẽ, nec aliũ superiorẽ, quàm Regẽ, aut Proregẽ recognoscit, vt post *Frecc.* quẽ ipse allegat, tradit *D. de Põte in tit. de regal. imposit. §. 8. nu. 21.* qui loquitur in of-
111 ficio scribæ portionis † qđ officio Cõ-
112 seruatoris assimilatur, & ob id † in quibuscumq. negotijs, & causis, vbi de rebus ad Regiũ fiscum, regaleque patri-

monium tractari cõtigerit, potest esse præsens. Inde est quòd ad sui libitum interuenire permissum est in omnibus cõferendis, & causis fiscalibus tàm ciuilibus, quam criminalibus, subsignã-
113 do omnia † guidatica, saluasguardias,
114 & gratias criminales, nec non & † cõuenit etiam in omnes conferendas, & causas patrimoniales, suũ pariter votũ præstando, prout cæteri Magistri Ra-
115 tionales laici, subscribendo † omnes, & quascumque prouisiones, & literas, quæ per dictũ Tribunal Regij Patri-
116 monij expediuntur; prout nec possunt fieri emptiones, seu prouisiones ꝑ Regia Curia absque eius interuẽtu, sicut
117 etiam assistit † in omnibus stipendiorũ solutionibus, quæ de regali pecunia fiunt, & eo absente per eius Procõseruatores ab eo electos, in omnibus Re-
118 gni locis existẽtes, qui † ratione huiusmodi laboris, cum salarium non percipiant, nonnullas habent immunita-
119 tes, q̃ pariter alios officiales habet sibi subordinatos, residẽtes tàm in eius officio, detinendo libros totius patrimonij Regalis, q̃ etiam in Regia generali Thesauraria pro annotãdo introitum, & exitum pecuniarum R. Curię.
120 Præterea † in eius officio quolibet mense detinetur cõferenda pro rebus ad regias fiscalias pertinẽtibus, in qua interueniũt Fisci patronus, & Procuratores fiscales Magnæ Reg. Cur. Locumtenẽs Regij Thesaurarij, vti fisca-
121 liarum collector, & † ipse Conseruator præsidet sedẽdo ĩ capite mẽsæ, prout ĩ cæteris Tribunalibus sedent Presiden.
122 Et demum omnia † priuilegia, & Regiæ literæ in Regno exequi non possunt, nisi ab eo prius (de mandato Excellẽtissimi Proregis) recognoscãtur, & inde facta relatione concedatur executoriæ, vt ex dispositione *Pragmatica 7. §. 4. de offi. Conseruat.* & nouissimè ad hunc Magistratum fuit assumptus *Don Franciscus de Gamboa.*

In

In eodem Tribunali Regij Patri-
123 monij † constitutus est alter Fisci pa-
tronus,qui fisco incõcernentibus Re-
gale Patrimoniũ contra priuatas per-
sonas patrocinium pręstat,secundum
Afflict.in const. inter multas num. 11.
124 *Alfar.de iur.fisc.gl.9.nu.24.* vnde† sa-
larium, & ratam iurium inuestitura-
rum,& exequutoriarum percipit, isq.
125 † Togatus incedit tamquam vnus de
Sacro Cõsilio, & sedet cum alijs Ma-
gistris Rationalibus in eodem Tribu-
nali,& alijs sessionibus, *ad tex.in l.lau-*
126 *dabile C.de aduoc.diuers. iud.* & † pręsẽs
esse dẽt in decisione causarũ *l. fi. C. de
aduoc.fisci.* ideq̃.prouisum est ex legib.
Regni,quod si abesse cõtingat, super-
sedendũ est,ad notat.per *glos.ibi,* aliàs
quidquid ageretur nullum esset, vt
tradit *Bart.post glo.in l. vnic.C.de sen-
tent.contr. fisc.lat. lib.*10.*cum similib.
relatis per Gars.de nobilit.glos.*3.*nu.*12.
& 13. nec non per literas regias sub
die 16. Iulij 1591. tenetur semel quo-
127 libet mẽse informare Excellentissimũ
Proregem de causis pendentibus in
128 dicto Tribunali, quamuis Procura-
tor Fiscalis, qui pariter in eodem
Concilio residet, de ijs certiorem fa-
cere cogitur qualibet hebdomoda il-
lustrem Consultorẽ; & ex decreto ex-
presso Suæ Catholicæ Maiestatis non
potest interuenire in uotandis causis,
neq.in emptionibus faciendis per Re-
giam Curiam; licet vti fiscus † non
teneatur dare fideiussiones, cũ præsu-
129 matur idoneus ex substantia fisci, &
sit soluẽdo, *ad tex.in l.*2.*& ibi gl.ff. de
fund.dotal. & l.*3.*S.idẽ scstendũ,ff.si cui
plusquàm per leg.Falc. l.*1.*S.si ad fiscũ,
ff.vt legat.nom. cauea. l.* 4. *vbi glos. &*
130 *Bart.C.de vsufr.Alfar.de iur. fisc.glos.*
16.*nu.*126. multaq. habet priuilegia,
de quibus per eumdem *Alfa.gl.*16.*&*
131 17.*& gl.* 34. † ipse idem fisci patronus
de mãdato Do. Proregis recognoscit
oĩa rescripta,quę extra Regnũ veniũt,
quibus ad eius relationem concedun-
132 tur exequutoriæ, nisi † res esset adeo
grauis,quę in tali casu recognosci cõ-
sueuit per omnes illustres Præsides,&
Consultorem, & aliquando per om-
nes Doctores Sacri Consilij. Cũ prę-
133 dictis † constitutus est Sollicitator fi-
scalis pro exequutione mandatorum
ab eisdem causis dependentium, nec
134 non, & † Magisternotarius ad instar
Magistrinotarij Mag.Reg.Cur. Reli-
135 qua † verò in materia fisci patroni di-
ximus *supra in capit. præcedenti.* Hoc
officium hodie exercet Don Ioseph
de Neapoli inter primarios olim Re-
gni Aduocatus; ac in legali scientia
doctissimus,ac celeberrimus.
136 Adest etiã officium Magistri † Por-
tulani olim Liminatchæ dicti *l. Limi-
narcha C.de seru. fugit.* & in Regno de
consilio est, vt dixit *Frec. lib.*1.*de sub-
feud. titul. de offi. magn. admirat. nu.*
11.*&* 33.*cum seq. D.de Pont.decis.*13.
137 *num.*1. eiusq. authoritas pariter † ma-
xima in locis maritimis, vbi publica
frumentorum horrea existunt, in qui-
bus frumenta cuiuscunque deponun-
tur ad instar Bancorũ publicorum;
& in his suos detinet Viceportula-
138 nos, quorum officium † pariter ven-
139 ditur; sicut etiam,& pęnes se † detinet
Assessorẽm Fiscalẽ,& Magistrumno-
tarium cum iurisdictione ciuili,& cri-
minali, mero,& mixto imperio in oẽs
Officiales,& ministros suos, & dicto-
rum oneratoriorum,nec non,& con-
tra oẽs delinquentes in materia fru-
140 mentaria; quamuis,vbi † procedendũ
esset ex abrupto, & dispensatiuo mo-
do,& in alijs causis grauioribus; non
nisi de eis facta relatione Excellẽtiss.
Proregi, fieri permictatur; eãdemq.
iurisdictionem habent supradicti Vi-
ceportulani in eorum locis.
141 Ad eius † quoque officium pertinet
cõcedere licentias extrahendi frumẽ-
ta per loca infra Regnum, & pariter
præce-

precedente mandato Domini Proregis per loca extra Regnum, soluto
142 tamen † in hoc secundo casu iure tractarum, & granorum octuaginta pro huiusmodi licentia Regiæ Curiæ cō-
143 petente, cuius oneri † incumbit earū exactio, prout de generali Thesaura-
144 rio dictum est, & propterea † in eodē officio præstatur fideiussio de non apportando frumēta prædicta ad loca prohibita, & plura alia, de quibus in Regno particulares reperiuntur cōstitutiones *in 2. thom. pragma. sub rub. de offic. magist. Portulan.*
145 Id tamen adnotandum est, † quod eueniente decoctione alicuius ex conseruatoribus, seu magazenerijs frumētorum in dictis oneratorijs existētiū, nō poterit Magister Portulanus esse Deputatus, nec in ea se intromittere ex decreto Regio dato Madrid sub die 8. Aprelis 1591. prout & in eodē decreto pariter prohibitum est, ne
146 † Magister Portulanus in visitatione dictorum oneratoriorū (quam semel
147 † in anno facere tenetur) possit nec valeat ipse, vel eius substituti, & alij quicumque officiales sui, hospitari in domo Viceportulanorum, & aliorum officialium, quos visitare debet, sed hospitium sibi præstare teneant̄ Terræ, vbi degere necesse erit, ad notat. p *Bonad. lib. 2. polit. c. 20. num. 13. & seq.*
Et quamuis officium prædictum sit
148 † vendibile, attamen ob eius præeminentiam ex decreto Regio dato sub die 20. Maij 1599. oblationes tantū recipiuntur per Excellentissimū Proregem, & Tribunal Regij Patrimonij; & inde transmittūtur ad supremū Italicum Consilium, à quo nominatur persona, cui fieri debeat, huiusmodi venditio an hodiernis tamen temporibus officium hoc habet incomēdatū D. Aloisius de Mastro Antonio.
Post hos subsequitur Magister Se-
149 cretus Regni † Regius pariter Consi-
150 liarius, eiusq. officium vendibile † est, maximamque † habet authoritatem, cum sit Procurator Generalis D. Re-
151 gis, & administrator, & gubernator omnium secretiarum Regni, circa exactionem gabellarum, & aliorum iurium Regi competentium ex portub⁹ dicti Regni, nec non & earum arrendamentorum, exceptis tamen Panormo, Messana, Catina, Syracusis, &
152 Thermis, quæ habent † particulares Secretos immediate subditos Tribu-
153 nali Regij Patrimonij, easq. † visitare tenetur, vel per ipsum, vel eius Locumtenentem quolibet triennio, vnā videlicet ex trib⁹ Siciliæ Vallib⁹ quolibet anno, eiusq. computa reddere, eaque in Tribunali Regij Patrimonij præsentare, necnō secretorum, & aliorum ministrorum actiones recognoscere, & eis de opportuno remedio
154 prouidere, licet † nō possit in domibus secretorum hospitari ex ordine particulari Regio sub die 16. Iulij 1591. &
155 per eius officium † fiunt expeditiones extractionum, excepto tritico, quod
156 † ad Magistrum Portulanū pertinet,
157 vt supra dictū est, sicut etiam † ad mādatum Excellentissimi Domini Proregis, & dicti Tribunalis soluere stipendia militum in castris degentium, officialium nouæ militiæ, aliaq. onera sibi in specie assignata super eisdē secretijs, hoc officium administrat Don Petrus Saladinus.
Demum ab eodem Tribunali de-
158 pendet † Collector decimæ, & tarteni, cuius officium, & si alias vēdibile fuerit, attamen hodie ex decreto particulari Regis nostri amplius vendi non
159 potest, ad quem † pertinet exactio iurium Regi competentium ex venditionibus bonorum feudalium, & subiugationibus, quæ super ipsis imponūtur, vel super vniuersitatibus regalibus, ac etiam iurium Releuij cōpetentium ex successione Baronum in

feudis,

feudis, vel ob non petitas inuestituras vigore Capitulorum Regni, licet expeditiones pro huiusmodi effectu fiāt per Tribunal Regij Patrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Consistorij Tribunal supremum est in Regno, eique certa forma à Catholico Filippo II. data esse videtur.*

2 *Consistorij Tribunal est superior, quàm cætera Regni Tribunalia, repræsentans conscientiam Principis.*

3 *Consistorij Tribunal, de quibus causis cognoscit, & quare uide n. 4.*

5 *Solon à Senatorum decretis ad se prouocationem instituit.*

6 *Hipodamus certum Tribunal ex senioribus elegit, ad quod malè iudicata deuoluerentur.*

7 *Appellatio de minori magistratu ad maiorem competit, intellige & declara vt num. 8.*

9 *Consistorij Tribunal, licet sit maius ratione administrationis causarum appellationum, tamen ratione dignitatis Magna Curia satis illud authoritate, & præeminentia antecedit.*

10 *Maior & minor respectu diuersorum, quis esse non prohibetur.*

11 *Cardinalis, licet sit maior Episcopo ratione administrationis, tamen non pracedit respectu dignitatis.*

12 *Episcopatus culmen est dignitatum.*

13 *Appellatio non datur à sententijs Tribunalis Consistorij, & de ratione nume. 14. datur tamen reclamatio, vt num. 15.*

14 *Consistorij Tribunal fuit subrogatum in locum Præfecti Prætorio, eiusque prærogatiuas consequitur, & in pluribus æquiparantur.*

16 *Instantia an pereat postquam processus est introductus in Consistorio.*

17 *Consistorij Tribunal quare ita dicatur.*

18 *Princeps ipse propriè Consistorium habere dicitur, & n. 20.*

19 *Consistorium quibus etiam non inibus appelletur.*

21 *Præses Consistorij Quæstori candidato æquiparatur.*

22 *Præses Consistorij easdem habet præeminentias, et prærogatiuas, quas habent alij Præsides Magnæ Curiæ, & Patrimonij.*

23 *Præses Consistorij cum post Præsides M. C. & Patrimonij ortum habuerit, illos subsequitur.*

24 *Præses Consistorij in paritate votorum, votum habet.*

25 *Præses M. R. C. in paritate votorum, votum habet.*

26 *Iudices tres biennales Consistorij à Rege eliguntur cum sportulis, siue salario, & quales esse debeant.*

27 *Iudices Consistorij tanquam Regij Consiliarij incedunt Togati, & qualiter sedeant coram D. Prorege, vel in Sacro Consilio.*

28 *Magistri Notarij Consistorij officium vendibile est.*

ARGVMENTVM.

De Tribunali Consistorij Sacræ Regiæ Conscientiæ, eiusque Magistratibus.

CAPVT X.



1 ONSISTORII Tribunal †supremū est in Regno, quāuis certam Magistratus formam nouissime à Catholico Philippo II.
2 Rege habuerit, cum † sit superius cęteris, quę in Regno pręsunt, repræsentās
3 conscientiam Principis, & † cognoscēs de omnibus causis ciuilibus, quæ veniunt via appellationis, reuisionis, & omni alio modo ab ipsa M. R. C. à Tri

bunal Regij Patrimonij inter priua-
tas personas, à Tribunali Regiæ Mo-
narchię,& ab omnibus,& quibuscun-
que alijs iudicibus delegatis; indeco-
4 rum † enim visum fuit, vt quod à su-
premis iudicibus, Regijsq. Cōsiliarijs
prædictorum Tribunalium iudicaba-
tur, vnius tantum, vt olim consueuit
in Regno, iudicio committeretur; ac
in eis perpetuum sępissimè imponere-
tur silentium; tamquam à superiori
magistratu, prout dicitur Iudex appel
lationum, vt dixi *supra lib.5.c.1.nu.5.*
& tradit *Io.Ferrar.in tract. de appell.c.*
1.nu 9.cum simil. relatis per *Do. Angi-*
vel.in suo eruditissimo tract.de appell. in
præfat.num.7.& seq. vbi subdit, quod
5 † Solon à Senatorum decretis ad se
prouocationem instituit, veluti à su-
6 periori Tribunali; & de † Hipodamo
Euriphontis filio refert *Arist. 2.polic.*
c.6. qui certum elegit Tribunal ex se-
nibus quibusdam electis, ad quod ma
lè iudicata deuoluerentur, cum simil.
de quibus *Ayma.Riualliad.lib.2.n.64.*
7 quandoquidē † prouocatio nō nisi de
minori Magistratu ad maiorem cōpe-
tit, ad tex. *in l.1.§.si quis in appellatio-*
ne, ff. de appellat.& §. illo videlicet, in
auth.de appell. ibi, *vt à spectabilibus ad*
Illustrissimam appelletur Præfecturam,
non ad alios eadem spectabilitate decora-
tos, cum non oporteat (vt inquit ibi
Iustinianus) ad compares iudices ap
pellationem referre, sed à minori iudi-
cio ad maius Tribunal ascendere, pro
quo facit etiam *tex.in c. anteriorum, §.*
illo videlicet, & c.placuit 2.q.6. Pet.de
Gregor. Tholos. in tract. de appell. lib.4.
8 *c.1.num.1.cum seq.* qui hoc † intelligit
ratione iudicij, non dignitatis, secun-
dum *Bar.in l.1.§.si quis in appellatio-*
ne,& ibi glo.in verb.Consules, ff.de ap-
9 *pellat.* & propterea licet † Consistoriū
maius sit Tribunal ratione administra-
tionis causarum appellationum ex p̄-
dictis, negandum tamen minime erit,
quod ratione dignitatis Magna Cu-
ria satis illud antecedit authoritate,
præeminētia,& alijs prærogatiuis, vt
supra c.8. discussimus, nec id incōue-
10 niens existimandum erit; cum † possit
quis maior esse ratione administratio-
nis, qui minor sit ratione dignitatis,&
11 è contra, vt de Cardinale † non Epi-
scopo, qui maior est Episcopis admi-
nistratione, sed non dignitate, cum
12 † Episcopatus culmen sit dignitatū,
ad tex. *in c. venerabilis de preben. cap.*
quamquam 2.q.7. gl.in c.2.in verb. di-
gnitatem de preben.in 6. Hinc est, quod
13 † à dicto Tribunali Consistorij non
14 datur appellatio, cum fuerit † subro-
gatum in locum officij Præfecti Præ-
torio, qui non aliter quàm propria cō-
scientia Principis esset iudicaturus, ad
tex. *in l.1.§.1.ff.de offic.Præfecti Prat.*
l.Præfectis, ff.de minorib.l.1.§.à præfe-
ctis, ff.de legat.3.l. si quis aduersus. C.
de precib. Imperator. offer. ideoque
cōsequitur omnes eius prærogatiuas,
& conditiones, vt dixit *Bart. in l.2. §.*
equidem, ff.ad Tertull.Petr.de Greg. in
tract.de iud.caus. feudal.q.46. nu.5.cū
seqq. D.Mat.super Cap.18.Alfon.& in
consuet.3. Pano.nu.19. prout de Sacro
Consilio Neapolitano dixit *Gram.de-*
cis. 13. nam in pluribus æquiparantū,
ad not. *p Affl.dec.283.cū alijs* pluribus
adductis *per Leonard.de Mugell. cap.4.*
& de Senatu Pedemōtano refert *Pur-*
purat.in l.1.n.94 ff.de offic.eius. Asola.
super decret.Pedem.8.8.de concl. in cau-
sa gl.1.p.3.n.4. vbi idem testatur de
Senatu Delfinatus, Mediolani, &
15 Mōtisferrati, quamuis † competat re-
clamatio secundum communem opi-
nionē, de qua *per Den. Vdis.vol. pen. in*
princ.C.de auct. diu. Adeia tolle.Guid.
Pap.dec.50. Rol.cons.94.n.1.vol.1. Me-
no.h.cons.406.n.27.& 28. quę tamen
semel tātū cōcedit *Vinc. de Franc.dec.*
135.n.3.& dixi *in dec. 146. nu.31. &*
158. vbi multa in materia deduximus,
eaq.

eaq.coram iudicibus criminalib⁹ M.
R.C.cognoſcatur *ex d.c.Phil.2.in fin.*
licet in Sacro Conſilio Neapolitano
ex particulari præeminentia ab eiſdē
iudicibus eorum reclamationes reui-
deanť *Vinc.de Frãc.dec.528.n.4.* adeo
16 quod ſemel † introducto proceſſu, in-
ſtantia nunquam perit, prout de Cõ-
ſiſtorio Principis habetur *in Auth. ſed
lis, & ibi Doct. C. de tempo. appell. Bal.
in anthen.quæ ſupp.C.de præc.Imper.of-
fer.* & ſeruari in Regno teſtatur *Pet.de
Greg.in loco citato,q.47.* vbi id etiã cõ-
firmat ex diſpoſitione Ritus; nam ali-
ter iudicio meo dicendum eſſet, vt ibi
17 adnotauimus. nec † ab re huiuſmodi
nomine decoratum fuiſſe iudicandũ
18 erit, cum Principes propriè † conſiſto-
rium habere dicantur, in quo legatos,
& quoſcumq. ad ſe adeuntes admit-
tunt, audiunt, cauſaſq. cognoſcunt in-
quirentibus conſiſtorianis, *ad tex. in l.
1. C. de ſilentiar. lib. 12.* ibi, *in noſtro
Conſiſtorio, et Rubr. in nigro, C. de Com-
tib. Conſiſtor. vbi etiam Bart. eod lib. l.
quiſquis, in prin. C. ad l. Iul. Maieſt.* ibi,
*virorum illuſtrium, qui Conſilijs, & Cõ-
ſiſtorio noſtro interſunt, l. 2. C. de prox.
ſacr. ſcrin. lib. 12.* ibi, *Conſiſtorium no-
ſtrum ſæpe ingredientibus, l. fi. C. de of-
fic. diuerſ. iudic.* ibi, *Cõſiſtorium noſtrũ,
l. decurionum, in inſcriptione, C. de pœ-
nis*, ibi, *Imperatores Dioclet. & Maxi.
in Conſiſtorio dixerunt, l. 4. in princ. C.
de aduocat. diuer. iudic.* ibi, *Sacri noſtri
Conſiſtorij, & l. cum aduocatio, eod. tit.*
ibi, *cum comitiua Conſiſtoriana, Auth.
ſed & lis, C. de tempor. appellat.* ibi, *in
Conſiſtorium, l. cum antiquioribus, §. in
his autem eod. tit.* ibi, *& litem in Sacrũ
noſtrum Conſiſtorium introducere cogãt,
l. litibus, in fine, C. de agricol. & cenſit.
lib. 11.* ibi, *recitata in intimo Conſiſtorio
Palatij Iuſtiniani, et de nou. Cod. faciẽd.
§. 1. in fi.* ibi, *Comitem Sacri noſtri Con-
ſiſtorij, l. humani, C. de legib.* ibi, *in Sacro
noſtri nominis Conſiſtorio, cum ſimilib.*
relatis per *Reſtaur. Caſt. in tract. de Im-*
19 *perat. q. 79.* vbi ſubdit, quod † aliquan-
do conſilium nominatur, aliquando
audiẽtia, vel Senatus, de quo diximus
20 *ſupra lib. 1. c. 1. nu. 17.* quamuis † Con-
ſiſtorium ad illud tantum conſeſſum
referatur, vbi Princeps aſſidet, vt nota-
tur *ex Amminio Marcello, lib. 15. et Va-
rino, quos* refert *Marc. Anton. Surg. de
Neapol. illuſtr. c. 26. n. 27. & 28.*

In hoc inquam Tribunali conſtitu-
21 tus eſt Præſes, qui Quæſtori candida-
to æquiparatur, ad tex. *in l. 1. ff. de offi.*
22 *quæſt.* & eaſdem † hẽt qualitates, præ-
eminentias, & prærogatiuas, prout alij
Præſides Magnæ Curiæ, & Patrimo-
nij, quos quidem ipſe ſubſequitur, cũ
23 † poſt eos (vt iam diximus) ortũ ha-
buerit, vt habetur *in tit. de reform. Tri-*
24 *bunal.* §. 13. eoque † maxime vt in pa-
ritate votum habeat, prout de Præſi-
25 de † M. R. C. conſtitutum eſt; idque
per actum Viceregium factum ſub die
10. Aprelis 1606. Hoc autem officiũ
hodie exercet Illuſtr. Dõ Petrus Cor-
ſettus in legali diſciplina, aliarumque
ſcientiarum peritiſſimus, ac eminen-
26 tiſſimus. Tres inde † iudices biennales
à Rege eliguntur, vnus videlicet Pa-
normitanus, alter Meſſanenſis, & ter-
tius de toto Regno, ſicut de iudicibus
M. R. C. diſpoſitum eſt, abſque tamẽ
ſalario, ſed cum ſportulis conſuetis;
27 qui † tanquam Regij Conſiliarij ince-
dunt Togati, & ſedent in publicis ſeſ-
ſionibus in banco cũ humerali rubeo
pãno cooperto immediatè poſt Titu-
latos, licet in ſacro Conſilio locũ ha-
beant poſt Magnam Curiam, ijq. ad
Præſens ſunt doctiſſimi viri Don An-
tonius Claramonte, Ludouicus de
Blaſchis, & Don Sebaſtianus Gui-
dotti.

Adeſt etiam Magiſtenotarius per-
28 petuus, cuius † officium vendibile eſt.

SVMMARIVM.

1 *Sacrum Consilium quid esse dicatur, & quæ personæ in illo interueniant, & num. 9. sed quæ ibi tractentur, vide num. 3.*

2 *Prothonotarius est Secretarius Sacri Consilij, & in illo votum habet.*

3 *Prorex est Caput Sacri Consilij, qui tractanda proponit.*

4 *Sacrum Consilium an aliquando detineatur absente Domino Prorege.*

5 *Præses M. R. C. absente D. Prorege est caput in Sacro Regio Consilio, & successiue alij Præsides.*

6 *Consiliarij, & Doctores Togati, qui interueniunt in sacro Consilio prouident causas concessionis inuestiturarum.*

7 *Præsides, & Consultor Do. Proregis, aliquando vniuntur pro magnis, & grauioribus causis decidendis ex mandato D. Proregis.*

Præsides, & Cōsultor D. Proregis in nominationibus officialium faciendis illi consulere debent.

9 *Sacro in consilio solent interuenire aliqui consiliarij extraordinarij, & supernumerarij cum præcedentia aliorū.*

Causis Patrimonialibus solent adesse, & interuenire alij cōsiliarij extraordinarij, et supernumerarij cum præcedētia aliorum, sub nu. 9.

ARGVMENTVM.

De Sacro Regio Consilio.

CAP. XI.

1 ACRVM † Consilium in Regno formam accepit ex quadam extraordinaria vnione, quæ fit præcedente mandato Excellentissimi D. Proregis consiliariorū omnium, in prædictis Tribunalibus degentium, qui in totum sunt viginti septem, tres scilicet Præsides, Consultor, sex iudices M. R. C. sex Magistri Rationales Regij Patrimonij, Thesaurarius Generalis, Cōseruator, duo Fiscipatroni, tres iudices Consistorij,
2 Regius † Prothonotarius, qui huius sacri Consilij Secretarius est, & dat votum, Magister Portulanus, Magister Secret°, & Auditor Generalis militū;
3 eiusq. caput † est Excellentissimus Prorex, qui proponit ea, quæ sibi tractanda conuenire visum fuerit, maximè si de legibus, & pragmaticis constituendis ageretur, vel alijs rebus grauioribus, statum Regni cōcernentibus, quāuis
4 † sæpissimè viderim vnionem prædictam fieri absente D. Prorege, licet † de
5 eius mandato; & eo casu Præsides M. Curiæ vti caput omnium consiliariorū præest, & successiue cæteri Præsides, &c. hic etiam Doctores togati de eo-
6 dem † Sacro Cōsilio prouident causas concessionis inuestiturarum ex capit.
7 Alfons. Regis. Sed † aliquādo cōsueuit in Regno vniri tātūmodo illustres Præsides, & Consultorem Eccell. suæ pro determinandis reuisionibus causarum criminalium venientium à M. C. ex decreto D. Proregis, vt dixi sup. *c. 6. nu. 226. cū seq.* vel pro appellationibus, & reuisionibus causarum inter fiscū & priuatum, quæ deuoluuntur à Tribunali Regij Patrimonij, vt expressè per regales literas decretum est, sicut & pro rebus ad regiā iurisdictionem pertinentibus, & alijs grauioribꝰ causis D. Proregi beneuisis, cum sint Magistratus maiores Regni, quorum
8 † etiam munus est Proregi consulere in nominationibus officialiū faciēdis, prout de Collaterali Consilio Neapolitano dixit *D. de Pont. in suo tract. de potest. Proreg.* In hoc † sāt Sacro Cōsilio solent vltra prędictos à sua Catholica Maiestate nominari quidam consi-

consiliarij extraordinarij, & supernumerarij, vt fuerunt Don Carolus de Aragonia senior Dux Terrenouę, Dō Ioannes de Padilla Adelantadus maior Castellæ, & Don Carolus minor nepos, & hodie sūt Don Ioannes de Aragonia Dux Terrenouę, Dō Petr⁹ Gonzales de Mendoza, Dō Octauius de Aragonia, Dō Honofrius escribāt Comes Feræ, & isti interuenire possūt tàm in causis patrimonialibus, quàm etiam in eodem sacro Consilio, prout me præsente vidi interuenire Dō Carolū de Aragonia, & præcedere oēs cō siliarios, sicuti & inde audiui euenisse in personam dicti Dō Ioannis Ducis modernissimi, & Dō Petri Gonzales; sed contradicentibus consiliarijs patrimonialibus, quamuis hodie ex ordine Regio non possint interuenire, nisi prius fuerint vocati à D. Prorege.

SVMMARIVM.

1 *Prothonotarius Regnì alio nomine Logotheta dicitur.*
Prothonotarij officium vendibile est, sub num. 1.
Prothonotarius maximam & illustrem dicitur habere dignitatem, sub n. 1. & 2. & ibi ampl.

3 *Prothonotarius apud Romanos Quæstor, seu magister scrineorum appellabatur.*

4 *Prothonotarius est in Regno Regius Cōsiliarius, & in sacro Consilio votū habet, ac aliorū vota describit tanquā illius secretarius, & nu. 5.*

6 *Prothonotarius duos habet in officio coadiutores.*
Coadiutorum Prothonotarij officia vendibilia sunt, sub nu. 6.

7 *Prothonotarius si est iurisperitus incedit Togatus, prout cæteri consiliarij.*

8 *Prothonotarius interuenit in electione officialium annualium Regni, cum per D. Proregē eliguntur simul cum eius Secretario, ei consulendo, & informando de qualitatibus personarum.*
Officialium prouisiones, & tituli per officium Prothonotarij expediuntur, sub num. 8.

9 *Pragmaticæ, constitutiones, ac omnes actus perpetui per officium Prothonotarij expediuntur.*

10 *Prothonotarius designat loca tàm Dom. Proregi, quàm Titulatis, & Baronibus, cæterisque officialibus de sacro Consilio competentia, eorum lites circa præcedentias diffiniendo, licet aliquando per Præsides, & Consultorē D. Proregis terminentur.*

11 *Prothonotarius cum celebratur publicum Parlamentum, tenetur recognoscere, & recuperare mandata procuratorum, ac annotare omnia acta, quæ in illo fieri solent, eaque Dom. Proregi referendo.*

12 *Prothonotarius vti Secretarius interuenit in deputatione Regni, acta necessaria faciendo, & nu. 24.*

13 *Prothonotarius Regni refert Do. Proregi partium supplicationes, seu memorialia.*

14 *Prothonotarius Regni suscipit solitum iuramentum à D. Prorege in ingressu noui regiminis, ac etiam ab alijs officialibus cū in præsentia illius pro suscipienda officij administratione iurare necesse est.*

15 *Prothonotarius suscipit iuramentum, quando Barones, & similes iurant fidelitatem D. Regi.*

16 *Prothonotarius examinat, & ad eius relationem creantur omnes Notarij.*

17 *Prothonotarius dicitur primus omnium Notariorum.*

18 *Locumtenens Prothonotarij, licet non sit consiliarius, nec votum habeat, tamē absente, vel impedito Prothonotario eamdem potestatem habet.*

19 *Locumtenentis Prothonotarij officium vendibile est.*

20 *Secretarius Cameræ, licet non sit de consilio.*

filio, tamē Prothonotario assimilatur, & quid facere possit.

Prothonotarius in aliquibus Ciuitatibus Regni, quæ de Camera nuncupantur se intromittere non potest, nec eius Locumtenens, sed ad secretariū Camera spectat, sub nu. 20.

21 *Secretarij Regni qualiter olim nominabantur.*

22 *Secretariorum Regni officium quod sit, & quæ ad illud spectare videntur, & nu. 23. & 24.*

ARGVMENTVM.

De officio Prothonotarij, eius Locumtenentis, & de Regijs Secretarijs.

CAPVT XII.

1 FFICIVM hoc Prothonotarij, † seu Logothetæ maximam habet authoritatē, licet sit vendibile, vt loco suo diximus, eiusq. † dignitas illustris est, vt tradit *Iacobin. in l. 1. col. 4. ff. de offi. assess. Affl. in Constit. Regni incip. in locis demanij per totam, & post Bar.* not. *Free. lib. 1. de subfeud. tit. de offic. Logothe. nu. 2. & 22.* maxime in Regno Neapolitano, secundum eos, vnde † apud Romanos Quæstor dicebatur, vt p *Luc. de Pen. in l. neminem, C. de decurio. libr. 10. And. in c. 1. §. quoniam, col. 2. de prohib. feud. alie. p Lotar. Mathiē. dialog. relat. 1. c. 3. nu. 2.* seu magister scrineorū, vt dixit *And. de Berul. ī rub. C. de magist. scrineor. lib. 12. et ibidē Luc. de Pen. Bellug. ī Spec. Princ. rub. 6. n. 10.* vbi etiā *D. Camill. Borel. ī annot. ad eū litera N.* & proinde † Regius est in Regno Cōsiliarius, & vti talis in sacro † Consilio votum habet, & aliorum vota describit, vt illius Secretarius, licet pro effectu prædicto † detineat duos coadiutores, quorum officia pariter per Regiam Curiam vendūtur; quinimo qū † illud exercens est iurisperitus (prout hodie) incedit Togatus, sicut cæteri Consiliarij, sic pariter † interuenit in electione officialium annualium Regni, quæ fit per Eccellent. D. Proregem, simul cum eius Secretario, eiq. consulit, referēdo nominationes, seu habilitationes personarū, quę p escrutinium transmittunē per omnes vniuersitates Regij demanij; & eorū prouisiones, seu tituli per eius officiū expediuntur, sicut † & oēs pragmaticæ, cōstitutiones; & actus perpetui. Eius quoq. † munus est designare loca tàm Eccellentiss. Proregi, quàm Titularis, & Baronibus, cæterisq. magistratibus de sacro Consilio cōpetentia; eorūq. lites circa prçcedentias diffinire, & si aliqū huiusmodi cōtentiones cōsuerunt per Illustr. Præsides, & Cōsultorem terminari, sic quādo celebrādū erit publicum Parlamentū (de quo infra dicemus) recognoscere, ac recuperare teneē mandata procuratorū, ad id venientiū nomine conuocatorū, ibiq. annotare acta omnia, donationes, cōclusiones, & petitiones Regni, & corā Eccellēt. Prorege personaliter publicat, & refert. Prout etiam vti † Secretarius † interuenit in deputatione Regni, ibiq. acta omnia describi faciēdo per eius coadiutorē, licet ipse subscribat literas, quæ per officium d. Deputationis cum subscriptione Eccellentissimi Proregis, siue sine ea expediūtur; Refert † præterea D. Proregi partiū supplicationes in oī negotiorū genere; & in eius manus † præstant solitū iuramētū, tàm d. Prorex in ingressu Regiminis, quàm etiā omnes alij magistratus maiores, & minores, qū in presentia Proregis iurare necessarium est pro suscipienda officiorū administratione; sicut & † Barones dū Heumagiū, & fidelitatis iurm præstare tenentur;

(Left-column margin numbers: 2, 3, 4, 5, 6; right-column margin numbers: 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15)

16 tur; & demum ad eius† relationem, & examē creantur per D. Proregem notarij, de quo per *Frec. in loco citato*, vñ
17 † Prothonotarius dictus quasi primus omnium notariorũ Regis, ad not. per *Abb. in c. 1. de priuileg. Rebuff. in l. praeclaram, C. de primicer. lib.* 12. Hodie autem hoc officiũ exercet Ioannes Garlanus vtriusq. Iurisconsultus.

18 Adest etiam eius Locumtenēs, qui licet non sit cõsiliarius, nec votum habeat, attamē absente Prothonotario, seu impedito, eamdem potestatē hēt vt diximus *in dec. 52. per totam, vol. 1.*
19 cuius† officium vendibile est.

Sic & Secretarius Cameræ, quod
20 † idem est, ac Prothonotarius, licet nõ sit de Consilio in quibusdam Ciuitatibus Regni, quæ de Camera nuncupantur, in quibus non se ingerit Prothonotarius Regni, nec eius Locumtenens.

Nec ommittendi sunt sex Referen-
21 darij, siue Regni Secretarij, † qui olim Regij libellenses dicebantur, seu proximi sacrorum scriniorũ *tot. tit. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. Surg. de Neap.*
22 *illust. c. 26. nu. 20.* quorum † officiũ est referre D. Proregi oēs supplicationes partium, easq. decretare, & in actis describere, & registrari facere, ad not. per *Boer. ī consuet. Bituric. in glo. in ver. notariorum, Frec. de subfe. lib. 1. tit. de offic. magistr. Iustit. n. 35.* subscribendo pariter omnes prouisiones, & literas, quę emanant à Magna Curia, & quolibet alio Tribunali, vel Consiliario, vbi tamen adsit D. Proregis sub-
23 scriptio, exceptis dũtaxat literis Regij patrimonij, quæ per Magistrum notarium eiusdē Tribunalis subscribun-
24 tur; & literis † Deputationis Regni, quę pariter, vt dictum est, per Prothonotarium, vti eius Secretarium subsignantur.

SVMMARIVM.

1 *Officia Comestabilis, & Magniadmirati hodie in Regno vnita sunt.*
2 *Don Ioannes de Aragonia Dux Terrenouae est hodie in Regno ad vitam Comestabilis, & Magniadmiratus.*
3 *Officium Comestabilis, & Magniadmirati maximam habet authoritatē.*
4 *Officium Comestabilis supremum est, & quam iurisdictionem habeat.*
5 *Officium Comestabilis quo alio nomine sit appellatum.*
6 *Holofernes sub Nabucdonosor Comestabilis fuisse dicitur, licet alio nomine nuncupetur.*
Comestabilis apud nos dicitur Magister Campi Generalis, sub nu. 6.
7 *Comestabilis officium quod sit, & quae ad illud spectent.*
8 *Comestabilis potestas in Regno tunc deseruit cum D. Prorex est absens.*
9 *Prorex dicitur Locumtenens, & Capitaneus Generalis in rebus bellicis à Rege creatus.*
10 *Magniadmirati officium qualiter olim appellabatur.*
12 *Magniadmiratus quam iurisdictionem habeat, & num. 12. & 18. declarat vt num. 13.*
14 *Mare dicitur habere districtum, sicut Terra.*
15 *Magni Admiratus ita deberet purgare mare malis hominibus, sicut Praeses in terra facere teneretur.*
16 *Magniadmiratus solũ à Rege creatur.*
17 *Curia Magniadmiratus appellatur ēt Magna Curia, & Tribunal supremum, quod procedit per literas hortatoriales.*
19 *Magniadmiratus literis creditur ad finem remittendi subditos suos ad eius iurisdictionem.*
20 *Magna Curia Vicaria nullam habet iurisdictionem in Tribunal Magniadmiratus, sed ab eius sententijs appella-*

latur ad sacrum Consilium, & nu. 21.
Sacrum Consilium in Regno Neapolis nomine Regis in causis procedit, prout etiam Regia Camera, sub numer. 21.
22 *Appellatio à sententijs latis in Curia Magniadmirati interponitur ad Magnam Regiam Curiam.*

ARGVMENTVM.

De officio Comestabilis, & Magniadmirati.

CAPVT XIII.

1 FFICIA hæc † Comestabilis, & Magniadmirati ex Regia concessione ad vitam detinet hodie † Don Ioannes de Aragonia Dux Terrenouæ, prout habuerũt pater eius, & proauus, eaq. maximam habent authoritatem, vt latè scripserunt *Affl. in constit. fidelium nostrorum, & post eum Frec. de subfe. lib. 1. tit. de offic. Magn. Comesta. & in titu. de offic. magn. admirat. Surg. de Neap. illustr. c. 26. nu. 13.* Qñquidem † si de Comestabile loquamur, suprem⁹ est magistratus, sub quo sunt oẽs Marescalchi Regni ad not. per *Luc. de Penn. in l. fi. C. de re mili. lib. 12.* & olim apud Romanos Magister militum dicebatũ *l. 1. C. de offi. magis. milit. l. 1. ff. de offi. prefe. prat. Capic. dec. 27. num. 4. Surg. de Neap. illust. cap. 22. num. 10. Luc. de Penn. in l. neminem, & d. l. vlt. C. de re mili. lib. 12.* seu Dictator vel Tribunus celerũ, vt post alios not. *Petr. de Greg. Tholos. syntag. lib. 6. cap. 8. nu. 6. & lib. 19. cap. 18. nu. 6.* & in veteri testamento Princeps militiæ nominabatur vt fuerunt † Holofernes sub Nabucdonosor. Rege Assir. & alij relati per *Guliel. de Benedict. in c. Rainutius in verb. & vxorem nomine Adelasiam nu. 500.* Sed apud nos dicitur Magister campi generalis, cuius officium est † prouidere de exercitu, custodia, excubijs, de loco vbi castra ponit exercitus, & de tentorijs, seu vexillis Regijs, instruere acies equitum, ac peditum, & omnia alia prouidere, quæ ad exercitum necessaria videbuntur, *l. officium ff. de re milit. Luc. de Penn. in l. tam collaterales colum. 2. C. de re mil. Frec. in loco citato num. 13. & seq. Io. Fran. de Leonard. de Magis. cap. 3. num. 19. Petr. de Greg. vbi supra nu. 6. Cassan. in Catalog. glor. mund. p. 6. cõsid. 7. & optime scribit Lelius Brancaccius in cap. 8. de muner. militari.* Hæc † tamen potestas in Regno deseruiet absente Excell. Prorege, qui † cõstitutus est à Rege Capitaneus generalis in rebus bellicis, secundũ *Surg. in loco citato num. 11. & Frec. vbi supra num. 23.* subdens quod ex hoc nullum fit authoritati dicti officij præiudiciũ, cum Rex id sibi expressè reseruet, qui propriè vti Capitane⁹ generalis dicitũ magister militum *l. 1. & fin. C. de offi. magi. mili. Muscatell. in tract. de dector. dignit. part. vlt. num. 45.*

10 Quod autem † attinet ad officium Magniadmirati, qui olim curator littorum, seu præfectus maris appellabatur, vt not. *Frec. ibidem*, & omnem iu-
11 risdictionem habet ciuilem, & criminalem etiam cum clausula abdicatiua in causis maritimis, eamdemq. attem exercentib. vt dixit *Rebuff. in rub. C. de classic. lib. 11. Affl. in ver. Armandia num. 6. qua sint Regal. Fab. de Ann. cõs. 107. num. 2. vol. 2. Vinc. de Fran. decis. 142. num. 1. & decis. 417.* idq. tam in locis demanij, quam Baronũ, vbi suos
12 cõstituit Viceadmiratos, secũdũ *Frec.*
13 *in d. tit. de offic. admi. num. 19.* si tamẽ
14 sit in districtu Regni, † nam in mari est etiam districtus vt notat *Affl. in c. 1. in 1. glo. Quib. mod. feud. amitt. & in*
15 *loco citato* subdens, quod sicut † Præses

in

in terra debet purgare Prouintiā malis hominibus, ad tex. *in l. congruit, ff. de offic. Præs.* vt sæpius dictum est supra, ita Admiratus debet purgare mare, ad tex. *in l. vlt. vbi Bart. C. de Class.*
16 *lib. 11.* & tantum à Rege creari potest, cū sit ius regale, ad not. *p Bal. & Affl. in d. verb. Armādia*, de quo scripsimus *supra lib. 3. c. 10. nu. 261.* eiusq. Curia
17 † dr̄ etiā Magna Curia *Fab. de Ann. d. cons.* 107. *n.* 18. & Tribunal supremū, quod procedit per literas hortatoria-
18 les, & † cognoscit de delictis suorum officialium secundum eum, quinimo
19 creditur † eius literis ad finem remittendi subditos ad suā iurisdictionē, vt post *Frec. in loco citato, nu.* 15. sequitur *D. de Pont. dec. 13. n. 1.* subdens, quod
20 † M. C. V. nullam habet in istud Tribunal iurisdictionem, sed ab eius sen-
21 tentijs appellatur ad Sacrum Consilium, quod nomine Regiæ Maiestatis in causis procedit; prout etiam Regia Camera, vt fuisse iudicatum testatur
22 ibi num. 2. quamuis† in Regno appelletur ad Magnam Curiam; multaq. alia sibi competunt, quæ potius laboriosum esset referre, quam vtile.

SVMMARIVM.

1 *Consilium Belli quod sit, & an necessarium, & qua persona in illo interueniant.*
2 *Doctores etiā interuenire debent in Cōsilijs Belli simul cum militibus.*
3 *Magistratus fortitudine, & doctrina periti esse debent.*
4 *Sapiens melior est viro forti.*
5 *Sapientia melior est quàm arma bellica.*
6 *Consilium Belli vnde ortum habuit, & quare detineatur.*
7 *Consilium Belli si sit detinendum, qualiter persona interuenientes inter se pracedere debeant in sessionibus locorum.*
8 *Consiliarij Belli qualiter olim ab Imperatoribus appellabantur.*
9 *Consiliarij Belli quam authoritatem habent.*
10 *Consiliarij Belli votum habent tantummodo consultiuum: non autem decisiuum, nec aliter iudicant.*
11 *Consiliarij Belli possunt pro eorum negotijs cognosci à M. R. C. licet hodie coram Auditore bellico conueniantur tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

ARGVMENTVM.

De Consilio Belli.

CAPVT XIV.



1 ONSTITVTVM est pariter ī Regno † Consiliū pro rebus bellicis, admodum necessarium vt in *prouerb. c. 20.* ibi, *Cogitationes consilijs roborantur, & gubernaculis tractanda sunt bella, idest prudentia, & consilio, & in lib. 1. Machab. c. 5. In die illa ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in prælium, & Tucidides lib. 2. Magna ex parte bellum vincitur consilij, & pecunia vi*, vnde *Io. Magn. lib. 4. Historia Gothica, c. 20. Quamuis (ait) multa sint ad rem bellicam necessaria, nihil tamen aque, ac consilium valere putandum est*; idq. non solū publico omnium consensu, sed ipsa experientia, (quæ rerum est oīum magistra) cōpertum habemus. Equi, arma, opes, fortuna deniq. ipsa, quæ in bellicis rebus plurimum posse existimatur, nisi bono consilio dirigant; tanquam fluxa, & caduca euanescunt, sępèq. illis perniciem afferre solent, qui eis vti nesciunt, *& Belisar. apud Procopium lib. 2. de bello Persico; Bellum sana, ac diligen-*

ligenti consultatione administratum feliciter succedere solet, refert, & sequitur *Bonad.lib.4.polit.c.2.num.30.* subdens *ex Ciceron.* quod parua sunt foris arma, nisi sit consilium domi, & *idem in Lelio, Non enim viribus, aut velocitatibus, aut celeritate corporum magna res geruntur, sed consilio, & authoritate*; eoq. ortum habuit, vt nedum Milites, & Duces in militari solertia, & experientia illustres Veterani ex particulari Regio Diplomate creãtur, sed etiam omnes Cõsiliarij patrimoniales interueniunt, maxime iurisperiti, iuxta tex. *Iustiniani Imperatoris in prohem. instit.* ibi, *non solum armis, sed etiam legibus, & in l.1.C.de Iustin.codi.confi.* ibi, *Summa enim Reipublica tuitio de stirpe duarũ rerũ oritur, vimq. suã exinde muniuit, armorũ scilicet, & legum, Onosand.de re milit.lib.2.c.33. Marcus Antonius de Camos in Microcosm.1.p.dialog.10.* quos refert, & sequitur *Bonad.lib.1.politic.c.10.nu.1.& 34.* vbi ait idem seruari in Regnis Hispaniarum, & Indiarum, *Surg. de Neap.illustr.c.26.nu.29.* quinquidem in
2 belli consilijs cum militibus Doctores etiã cooptantur. Hinc *D.Chrisostomus in c.3.in Isai.& D.August.ad Eremit.*
3 *sermon.35.* Magistratus† fortitudine, & doctrina peritos esse debere voluerunt, vt vtrumq. tempus, & bellorum, & pacis possint recte gubernare, ad not. per *Imperat. in d. Prohem. Insti.*
4 quinimo melior sapiens viro forti est, & qui dominatũ animo suo expugnator est Vrbium, *In prouerb. c. 16. & c. 21. Ciuitatem fortium ascendit sapiens, & destruxit robur virtutis illius, & c.*
5 *9. melior est † sapientia, q̃ arma bellica,*
6 eo tamen† id ortum habuisse arbitror, quod Regij Patrimoniales Consiliarij de regali patrimonio conscij pecunias necessarias ad rerum bellicarum distributiones faciẽdas destinare possint; & in quibus casibus, & cõtra quas personas bellum indicendum existiment; quæ omnia iurium authoritatibus, & Regni cõstitutionibus deter-
7 minantur; & quãuis† inter eos pluries fuerit disceptatum circa locorũ præcedentias, attamen ex regalibus literis, in latere dextero sedent Consiliarij laici iuxta tẽporis anterioritatem, nulla habita consideratione si titulo Ducis, seu alterius huiusmodi decorati reperiant, ad not.per *Frecc. lib.2. de subfeud.de diff. feud.regal.nu.10.* in latere vero sinistro sedent Consiliarij Tribunalis Regij Patrimonij.
8 Huiusmodi † aũt Consiliarij, olim ab Imperatoribus Comites Cõsistoriani, vel sacri Cõsistorij dicti sũt, *tot. tit.C.de Comit.Cõsisto. lib.12.Surg. de Neap. Illust. c.26. nu.27.* & nullã aliã
9 habent † authoritatem, nisi tantum in re bellica Principi consulere, nec habent iurisdictionem, vt tradit *Frecc. in loco citato, nu.19.in fi.* ibi, *penes ipsos sedent Consiliarij bellici*, subdens, quod in Collaterali consilio illius Regni assistunt, dum res bellica tractatur, qua finita à Collaterali consilio recedunt, eumq. sequitur *D.de Pont.in tracta.de potest.Proreg.tit.de assens.Regi.nu.22.*
10 *cum seq.* vbi addit, quod† eorum vota sunt consultiua, & non decisiua, neq.
11 aliter iudicant; in tantum † quod pro eorum negotijs possunt per Magnam Curiam cognosci secundum eũ, prout de Regijs Consiliarijs tradit Eruditissimus *D. Scipio Rouitus in suis cõment. ad reg. Pragm.2. titul. de offic. reg. Consil. num. 2.* licet aliter seruetur in Regno, nam coram Auditore bellico conueniuntur tàm in ciuilibus, q̃ etiã in criminalibus. In hoc consilio caput est Excellentiss. Prorex vti Generalis Capitaneus, & Consiliarij sunt Illustr. Dõ Petrus de Leyua Generalis Præfectus triremium huius Regni, Dõ Octauius de Aragonia, Don Petrus Gonzales de Mendoza,

Æques Hierosolymitanus,& Baylius de Lora, Garsias de Oliuera, Ioannes Frãciscus de Rao, Dõ Emanuel Carrillo, Bernard⁹ de Lyermo, Dõ Iulius Agliata,& Spatafora, Petrus de Ciauarria, Don Petrus Celestri Marchio Sanctæ Crucis, Don Emanuel Pons de Leon,& Dõ Franciscus Gamboa.

SVMMARIVM.

1 *Officium Deputatorum Regni vnde ortum habuit.*

2 *Parlamentum generale quando, & ex quibus causis detineatur.*

3 *Parlamentum a Romanis originem traxit, & quibus alijs nominibus à Germanis, Gallis, et Hispanis nũcupetur.*

4 *Parlamentum à Rege, seu eius Locumtenente conuocatur.*

5 *Persona, quæ in Parlamento olim conuocari debebant remissiuè, & quid hodie num. 6.*

7 *Brachium Ecclesiasticum, militare, & demaniale quale sit.*

8 *Parlamentum in quo loco detineri dẽt.*

9 *Donatiui oblatio fit nemine exempto.*

10 *Immunitate donatiui à Rege concessa, eius portio cedit in damnum Regiæ Curiæ, lim. n. 11. & 12.*

13 *Res quæ in Parlamento post oblationem donatiui tractari debent.*

14 *Parlamenti maior pars determinat dubia, quæ in eo tractari cõtingunt, quod intellige vt ibidem.*

15 *Conclusio parlamẽti fit per tria Brachia, & de quolibet p maiorẽ partẽ p̃sentiũ, amplia ĩ seruitio Regio, n. 17. lim. n. 16*

18 *Brachia tria Regnum repræsentant, & omnes ligant.*

19 *Regnicola fieri non potest, nisi concurrentibus tribus Brachijs nemine discrepante.*

20 *Contradicentes obligantur à maiori parte in Parlamento. Et ita in practica receptum, ampl. n. 28.*

21 *Maior pars minori non præiudicat, in his, quæ sunt communia vt singulorũ, & adducitur ratio nu. 22. limita nu. 23. intellige nu. 25. & 26.*

24 *Patrimonia Regnicolarum non sunt cõmunia.*

27 *Donatiua fieri non possunt Dom. Proregi in Parlamento, & de pœna in contrarium facientis.*

29 *Donatiua quæ Regi fiunt necessaria potius, quàm voluntaria dicuntur, & num. 31.*

30 *Munus quod est in Regno.*

32 *Omnes tenentur ad subueniendum Regi in eius necessitatibus, maximè tempore belli.*

33 *Donatiuum nomen simulatum dicitur, sed verè est impositio, & nu. 34.*

35 *Vocati tenentur accedere ad Parlamentum, ampl. in Prælatis Ecclesiasticis, num. 36.*

37 *Prælati non tenentur ad donatiua, nisi sponte offerant, & an tacendo censeãtur consentire, nu. 38. & 39.*

40 *Parlamentum dicitur, si non veniant omnes conuocati, & de ratione nu. 41. intellige nu. 42.*

43 *Parlamentum ex causa potest prorogari.*

44 *Brachium Ecclesiasticum præcedit alia Brachia, & dat primam uocem.*

45 *Vocati ad Parlamẽtum, & impediti possunt constituere procuratores, ampl. in Prælatis, nu. 46.*

47 *Procurator plurium potest quis esse, & habere plures voces, limita in Regno, num. 48.*

49 *Officiales nõ possunt esse aliorũ procuratores in Parlamento, & ita seruatur.*

50 *Barones pro eorum Terris comparent, & offerunt.*

51 *Procurationes, & mandata pro Parlamento qualiter esse debeãt remissiuè.*

52 *Prothonotarius in Regno recognoscit mãdata pro Parlamentis.*

53 *Barones cõpleto anno decimoquarto possunt interuenire in Parlamento, limita in minoribus impuberibus, nu. 54. & de consuetudine, nu. 55. sed quid*

in Regno, nu. 56. 57. & seq.

59 *Balij Baronum quando ad Parlamentum admittuntur.*

60 *Balij non habent locum, prout ipsi Barones, & Titulati.*

61 *Subrogatus non habet locum, ut principalis.*

62 *Procuratores qualiter sedeant in Parlamento.*

63 *Conuocati ad Parlamentum, eorumque procuratores, & verū detentores gaudent exceptione Hostica, prout in vacatione pro seruitio militari seruatur.*

64 *Actus facti in Parlamento cū Regio assensu vim legis obtinent, & dicuntur Capitula Regni.*

65 *Capitula Regni stante donatiuo dicūtur contractus.*

66 *Capitula Regni non possunt reuocari, nisi conuocato iterum Parlamento.*

67 *Rex potest pro priuilegijs concedendis recipere donatiuum.*

68 *Proreges ante administrationem iurant de seruādo Capitula, & Constitutiones Regni.*

69 *Rex, seu Prorex dat licentiam concludendi Parlamentū, & quando ibidē.*

Deputati eliguntur pro exequutione decretorum in Parlamento, & defensione Capitulorum Regni.

Deputati Regni debent esse Regnicolæ, & quid in Prælatis, sub nu. 70.

Prælati ratione ecclesiæ quam regunt, & dignitatis, quam in Regno habent dicuntur esse ciues, & originarij, sub num. 70.

71 *Nomofilaces olim dicebantur defensores legum.*

72 *Deputati Regni exigunt donatiua hodie.*

73 *Deputati Regni dicuntur procuratores Cæsaris.*

74 *Deputati Regni non habent iurisdictionem, nisi quatenus à Prorege conceditur, ampl. in criminalibus, n. 75.*

76 *Deputati habent iurisdictionem contra Castellanos, et milites Turriū Regni.*

77 *Deputati Regni non cognoscuntur à Visitatore Generali.*

78 *Deputatorum officium durat usq. ad nouam creationem.*

79 *Deputati Regni nihil possunt decernere nisi consulto D. Prorege.*

80 *Deputati Regni habent suos subordinatos ministros.*

81 *Monitio pro conuocatis ad Parlamentū.*

82 *Parlamenta frequentiora esse debent, et de ratione nu. 83.*

84 *Proreges tenentur certiorem facere Regem de gratijs, quæ à Parlamēto exiguntur.*

85 *Deputati Regni hodie qui sint.*

ARGVMENTVM.

De Regni Deputatis.

CAPVT XV.



AGISTRATVS † iste ex generali parlamētooritur, quod singulis tribus annis pro optimo Regni statu, publica vtilitate, ac pro confirmandis regijs donatiuis, alijsq. de nouo præstādis I Regno detineri consueuit, vt notat *Free. de sub. feud. lib. 1. fol. 14. Capibl. de Baro. prag. 10. nu. 15. & 16. Pet. de Gregor. de concess. feud. p. 1. q. 1. n. 15. Bellug. ī Spec. rubr. 6. nu. 18. Cunt. in prælud. feudor. nu. 43. & 56. Tholosa. de Republ. lib. 24. c. 4. nu. 2. & 3.* idq. à Romanis originem † traxit, & Comitia appellarunt, licet a Germanis, & Gallis Dietæ, ab Hispanis vero Curię dictę sint, ad tex. *in c. 1. de prohib. feud. alie. per Fider. Bellug. ī Spec. Princ. rub. 2. in princ. vbi D. Borell. in add. Nell. de Bannit. p. 1. secundi tempor. q. 56. circa medium, Caguol. in l. 2. nu. 300. ff. de origi. iur. Affl. in*

*in const. Statuimus, Calic. in extrauag. Curiar. c.2. uers. tertium probatur, Cabed. dec.3.p.2. Gutier. de tutel. p.1. c. 18.nu.48. Surg. de Neap. illustr. c.11. nu.*24. nec alteri, quàm Domino Regi, seu eius Proregi, & Locumtenenti stãte speciali potestate, cum voto Sacri Consilij in Regno illud conuocare
4 † permissum est, secundum *Ang. in l. apertissimi in 1. notab. C. de iud. Bellug. & ibidem Borell. vbi supra nu.3. in ver. Locumtenens, Calic. de fisc. dubit.8. num. 28. & in Extrauag. Curia. c.4.* maximè in Catalonia, secundum eũ, & tradũt *Oliban. de iur. fisc. c.6. nu.18. Cabed. d. dec.3.p.2. Fontanell. de pact. clauf.3. gl. 3. nu.69.* & quamuis olim circa perso-
5 nas, † quæ in huiusmodi Comitijs interuenire oporteret, multa cumulauerit, *Io. Rosc. antiq. Roman. lib.6. cap.10.*
6 attamen hodie tria Brachia † Regnũ totum repræsentantia conuocantur;
7 Ecclesiasticum † scilicet, in quo Prælati omnes Ecclesiastici conueniunt; Militare, qđ ex Titulatis, & Baronibus vassallorum cõficitur; & Brachiũ Regale, seu demaniale Vniuersitatum huius Regni, vt dixit *Pet. de Gregor. in tract. de concess. feud. p.1. q.1. nu.15. & 16. Calic. in loc. citato, c.6. Cami. in d. prælud. n.43. & 56.* & de Regno Cataloniæ tradit *Fontanell. vbi supra n. 69.* in tãtum quod attento concursu Procerum, Prælatorum, & procuratorum pro effectu prędicto confluentiũ,
8 non nisi in Vrbe Panormi † aliquando vero Messanæ, & Catinæ primarijs Regni locis celebratũ vidim⁹, ad not. *in c.11. sub Ioanne Rege, Calic. in d. extrauag. Curi. c.5. nu.1. cum seq.* Eoque cõuocato, & audita D. Proregis propositione sequenti die vnitis brachijs
9 fit oblatio donatiui nemine exẽpto, adeo quod si aliquis fieret per Regem
10 immunis † talis portio cederet in dãnum Regiæ Curiæ, & non contra ipsum Regnum, vt alias fuit dispositum per *cap. Alfon. Regis, & de iure tradit Iac. de S. Georg. tit. de Homag. col.11. ver. sed pone, cum simil. relatis supra libr.3. c.10. nu.132. & seq.* nisi tamen ab ali-
11 quibus exigi † non valerent ob inhabilitatem, quo casu alij tenerentur pro rata, secundũ *Bal. in c.1. §. similiter in ver. extra gl. de contron. inuest.* quãuis in contrariũ sit *tex. in l. vnica, in princ. C. vt null. ex vicar. lib.11. vbi Luc. de Pen. q idem tenet in prin.* referẽs prouisionẽ Regis Roberti, idcq. dicẽdũ es-
12 set si vna † terra collectata, diminueretur eius habitatio, vt dixit idẽ *Luc. de Pen. in l. cũ territoriũ per illum tex. C. de cen-*
13 *sib. & censi. lib. 11.* inde ĩ cæteris sessionibus de rebus ad bonũ publicũ, & Regni cõseruationẽ pertinẽtibus agitur,

Hinc est, quod in hoc Parlamento si aliquod oriatur dubiũ inter maiorẽ
14 partem, & minorem, † nemo cognoscere habet, nisi cętus ipse ad informãdum eorũ animum, vt canonica decisio sequatur, non tamẽ vt possit iudicare, & sententiare vt Iudex, secundũ *Abb. singulariter in c. in Genesi, col.2. in 3. notab. de electio. & elect.* & si hodie hoc nõ seruetur, sed stat maiori parti
15 præsentiũ, per q̃ tria Brachia repræsentant, & cõcludũt, ad notat. per *Abb. in c. nõ est in 1. notab. de regul. & in c. scriptum de elect. Fely. in c. suscitatum, & ĩ c. pastoralis, vbi etiam Abb. de appellat.*
16 qui loquitur de Nationibus, quæ interueniũt in Consilio generali, vt di-
17 uersa corpora, maximè in seruitio Regi præstando, vt admonet *D. de Pont. in Rubr. de regal. impesit. n.18. cũ seqq.*
18 & hæc tria Brachia † totũ Regnũ repræsentant, eorumq. obligationes, & oblationes ligãt omnes personas Regni, vt dixit *Cassa. in cõsuetud. Burg. rub.9. §.9. nu.31. ver. item & quod plus est, & in rub.4. §.7. nu.59. Tiraq. de legib. connub. glo.8. n.173. Ioa. Ferron. in cõsuetud. Burdegalen.* eoq. magis si aliquis
19 vti Regnicola coaptandus † esset, nam

om-

omnes nemine discrepante concurrere dent, ex actu facto de anno 1550. & disponit *Cap. 166. sub Carol. Imperatore.* in tātum quod ēr cōtradicētes minores obligantur à maiori parte, *Bellug. ī spec. rub. 45. ver. vnde, Guid. Pap. dec. 424. D. de Pont. post Innoc. & alios in d. rub. de regal. impos. nu. 20. & sequ.* & ita in practica receptum est, licet de iure cōtrarium sustineri possit, ex re-
21 gula, quod maior pars † non pōt præiudicare etiam vni ex his, quæ sunt cōmunia vt singulorū *l. per fundū, ff. de seru. rustic. prædio. l. Sabinus in princ. ff. cōm. diuid. gl. in c. cum omnes de cōst. vbi Fel. c. quia propter de elect. cū concordātibus,* de quibus *per Bellug. ī loc. cit. in princ. And. quē ipse nō allegat in prælud. cōst. Regni,* & diximus *in dec. 40. lib. 1.*
22 cuius ea ratio esse pōt, nā qū fit alicui præiudiciū in singulari, tunc omnium consensus requiritur, *c. quia pp de elect. Bar. in l. suam, §. fi. ff. de pact.* subdens, quod etiā si essent mille, vni nō præ-
23 iudicarent, nisi fauore † liberationis, *l. fi. C. qui bo. cede. poss.* quinimo ibi nō est hoc de regula, sed quia *text. vltra procedit in statuēdo, vt ibi probatur in verb. sancimus, & notat Dec. ī d. c. cū omnes;* qui casus longe clarior est, qūquidem iura illa loquunt̄, qū multi habent rem cōem in vtilitatē singulorū, vt domū, vineam, territoriū, &c. at in casu proposito nulla cadit cōitas, quia
24 Regnicolarū patrimonia nō sūt cōia, sed quilibet hēt proprium suū acquisitum ex suo labore, & sic vr̄ nō posse aliquos offerre donatiuū, ac cōtradicētes obligare, & sic disponere ꝯ volūtatē dn̄i de re sua non cōi *And. ī d. rub. cōstitu. Regni,* licet aliud sit ad cōden-
25 dū † legem generalē, secundū *Affl. ibi in q. 4.* eoq. magis, vbi ageretur de fa-
26 ciendo † donatiuo Excellentiss. Proregi, vel alteri personę, quàm Regi no-
27 stro, quæ hodie sunt † expressè prohibita, ex capit. Carol. 165. & literis Regalibus sub die 20. Octobr. 1612. obtētis tēpore regiminis Marchionis Villenæ, adeo quod Prothonotarius de illis stipulari prohibet̄ sub pęna priuationis officij, & pariter imposita est pęna scutorum mille pro quolibet oībus cōcurrētibus, qui quidē ordo notificari debet in prima vnione oībus de Parlamēto. Quidqd tn̄ sit de prędi-
28 ctis circa Regia donatiua ꝯriū seruat̄ de cōsuetudine, ad notat. p *D. de Pont. ī loco citato,* eaq. ex eo sustineri videtur,
29 nam & si donatiua † prædicta voluntaria dicant̄ ad differētiā muneris, qđ
30 apud nos illud † est, ad qđ ex cap. Regni tenet̄ Regnū ī quatuor casibus, ad tex. *in l. munus propriè, ff. de ver. signif. iuncto tex. in l. donari, ff. de regul. iur. Guid. Pap. dec. 371.* attamen necessaria
31 † potius dici merent̄, vt docuit *Do. de Pōt. dec. 3. n. 9. & ī tract. de potest. Proreg. tit. de regal. impos. §. 8. n. 37.* quia sunt loco seruitij, & pro Domino in bello adiuuando, suisq. necessitatibus
32 subueniendo, ad quod oēs † tenentur, *c. 1. §. si cōtingerit de nou. form. fidel. Bal. & And. ī c. 1. qb. mod. feud. amitt. Affl. dec. 265. num. 50. vnde Frecc. de subfeud. lib. 2. autho. 3. num. 26.* nomen
33 hoc donatiui † simulatū esse ait, cū singulis tribus annis irremissibiliter petat̄ à Rege cū expressis literis ad Proregem transmissis; & pro effectu prædicto tria Regni Brachia per literas cō-
34 uocātur, vnde verè impositio † dici poterit, secundū *Petr. de Gregor. de cōcess. feud. p. 7. q. 8. nu. 35. Bolognett. cōs. 1. nu. 86. cum seq. Camil. Borell. remissiuè de præst. Reg. c. 20. num. 54.* eleganter tradit *D. de Pont. in dec. 3. nu. 14. Surg. de Neap. illust. c. 5. n. 21. & Mutius frater in add. fol. 374. Tholos. in sua Repu-*
35 *bl. lib. 24. c. 5. nu. 3.* adeo quod oēs vocati accedere tenentur, ad tex. *ī l. vnica, & ibi Platea, nu. 12. C. de cōducto. & procurat. dom. Aug. lib. 11. Sese de inhib. iust. Arag. c. 5. §. 4. n. 9. & 12. Bellug. ī specul.*

specul. rub.4. & de Prælatis Ecclesia-
36 sticis † tex. in c. petimus 11. q. 1. c. Prin-
ceps, c. administratores, & c. Regum 23.
q. 5. c. tributum, & ibi gl. 23. q. 8. c. si qs
Episcopus 18. dist. c. cũ parati, vbi Innoc.
de appel. Io. And. ĩ c. 1. de cler. coning. lib.
6. Bal. in c. si qs vero, per tex. ibi de pac.
iuram. firm. Fel. ĩ c. pastoralis, col. 2. ver.
quarto fallit de offi. deleg. per illum tex.
ibi à Rege, vel ab Archiepiscopo euocati,
Auil. in c. 1. Prat. glo. Mandamos n. 9. &
10. Carol. de Grassal. lib. 2. regal. Franc.
iur. 13. Azened. l. 1. n. 45. tit. 1. lib. 4. reco
pil. & post Greg. Lopez, & alios Bouad.
lib. 2. polit. c. 10. nu. 66. & c. 18. nu. 61.
Calic. de fisc. dub. 8. nu. 27. ver. 174. & in
specie Belluga in Specul. Princip. rub. 6.
nu. 17. vbi etiam Borell. litera y, Frec. de
subfeud. lib. 1. ver. alia etiam fuit, n. 28.
vsq. ad fin. licet hij non nisi sponte of-
37 ferentes† ad donatiua teneantur, vt ex
rescripto Apostolico dispositũ est, &
de Regno Galliæ notat Ferald. de iu-
rib. Franc. n. 14. Vleur. de regim. mund.
2. q. princ. nu. 88. qui loquitur de do-
natiuo, quod fit in Regno Nauarræ,
38 & quamuis si taceant censeantur † ꝯ-
dicere, ad tex. in c. qui tacet & c. is, qui
tacet de reg. iur. in 6. And. ĩ rub. consti.
Regni in q̃one de statuto facto cõtra par-
ticularẽ personã, & ibidẽ Affl. ĩ fi. quar-
ta q̃onis, Verum in casu proposito cũ
39 ibi sint vocati, vt consentiãt, †vel ꝯdi-
cant, ad not. per Affl. in loco citato, ni-
si expresse ꝯdicant, censentur cõsenti-
re his, quæ fiunt per maiorem partem
Parlamenti, ad tex. in l. municeps, ff. ad
munic. l. aliud §. refertur, ff. de reg. iur.
Alber. in 1. p. statu. q. 35. & notanter
Affl. vbi supra. Huc pertinet sciẽdum,
quod licet non oẽs Barones, vel Præ-
lati, aut Vniuersitates veniant, non ex
40 hoc desinit esse Parlamentum† secun-
dum Dec. cõs. 151. & Rip. in c. 1. de iud.
41 col. 1. nam minor pars† sufficit, data cõ-
tumacia maioris partis Bellug. rub. 45.
qđ intellige, dũmodo interueniat ma-
42 ior pars p̃sentiũ† in quolibet Brachio,
vt supra diximꝰ, & sic ex causa p̃dicta
43 †poterit Parlamẽtũ prorogari, vt tra-
dit Calic. in loco citato, c. 7. n. 9. Bellug. ĩ
Spec. rub. 5. in fi. & interea præcedit,
& primo dat vocem Brachium Eccle-
44 siasticum † Bellug. rub. 6. n. 21. Surg. de
Neap. illust. c. 23. nu. 36. inde Militare,
& denuo Demaniale; verum tñ est, qđ
vocati si aliquo modo impediti repe-
45 riantur, possunt constituere† procura-
tores, q̃ pro eis interesse valeant, vt est
prouisum per c. 38. sub Rege Ferdinãdo
Auil. in c. Prat. 52. per totum, Auend. de
exeq. mand. lib. 2. c. 10. nu. 7. ver. quinto
exemplũ, Bellug. in Spec. rub. 7. n. 1. ma-
46 xime in Prælatis † qui nõ possunt per-
sonaliter distringi, vt not. Bal. de pac.
Cõstan. super verb. in Ciuitate, Calic. de
fisc. dub. 8. sub n. 27. & in eo licet possit
47 esse vnus† plurium procurator, & ha-
bere tot voces, quot constĩõnes hẽt, c.
scriptum, & ibi Abb. col. 2. ver. ibi nota,
& ver. duo alij, de elect. vbi ĩs Apostilla,
quæ ponit an possit diuidere voces cõ-
stituentiũ, ad tex. in c. si qs iusto, §. por-
ro de elect. in 6. Alex. Randen. dec. 34. n.
124. Molin. de primog. Hispa. lib. 2. c. 5.
n. 52. Bellug. ĩ Spec. tit. de inaqual. vocũ
nu. 2. vbi Borell. ĩ add. Attamẽ ex for-
48 ma † d. c. Regni 38. nemo p̃õt hr̃e plu-
res voces, sed vnã tantũ, excepto Bra-
chio Ecclesiastico, & ita seruatũ fuit ĩ
hoc vltimo Parlamento, ex expresso
Viceregio mãdato; quãuis aliàs ꝯtriũ
seruatũ viderim; sicut & Titulati, &
Barones pro eorũ statu vnã tantũ ha-
bent vocẽ, nec officiales, & Magistra-
49 tus † aliorũ mandata suscipere debẽt,
vt ex eodẽ decreto prouisũ fuit, & tra-
dit D. de Põs. in tit. de elect. officia. §. 5.
n. 23. vbi plura notatu digna cumulat
50 in proposito; sic & Barones† pro eorũ
Tertiis cõparent, & offerũt, ad not. per
eũdem D. de Pont. in rub. de regal. im-
pos. nu. 24. cum seq. & §. 8. n. 38. quo lo-
co post Bald. in l. 1. ff. de magist. conuen.
po-

ponit etiam quales esse debeant pro-
51 curationes† & mandata Baronum, &
Vniuersitatũ Regni in donatiuis fa-
ciendis, *Bellug. in Specul. rubr.4.7. &*
43. vbi Borell. ĩ add. Capibl. de Baron.
*prag.3.nu.*80. *Calic. in d. Extrauag. c.*
*6.nu.34.& 35.*vbi enumerat personas
quę in Parlamento interuenire debẽt,
& à quo recognosci debẽt procurato-
52 ria, q̃ in Regno †fiunt ꝑ Prothonota-
53 riũ, sic ẽt Barones † cõpleto anno 14.
iuxta Regni cõstõnes in Parlamento
interueniunt, suaq. pręstant suffragia,
54 secus si impuberes† existant, *l.genera-*
liter §.minores, ff.de decurio, c.ex eo de
elect.in 6.Suarez alleg.12.n.2. licet de
55 cõsuetudine† aliud seruet̃, vt per *D. de*
Pont.consf.30.n.1.& 2.Capibl.de Baro.
prag.10.nu.16. In Regno tñ à Prorege
56 † habilitari consuerũt, vt sępissimè ser-
uatũ vidimus, maximè attenta perso-
næ qualitate, ad not. *per Bouad. lib. 1.*
polit.c.7.n.21.& 22.Pet.de Greg. Tho-
los. lib.47. Syntag.iur. c.9. sub nu. 23.
ver.non ambigitur; eoq. magis de con-
57 sensu † consilij, *Innoc.in c.sicsina, de re-*
scrip. Ang.in l.cum Prator, de iudic. vel
58 qñ patrem haberẽt, vt erat casus posi-
tus per *D.de Pont.in d.consf.30.*quibus
59 cessantibus admittunt̃ eorũ Balij, qui
tñ locum nõ habebunt, sicut ipsis mi-
60 noribus Baronibus, seu Titulatis† cõ-
peteret, cum sit ius honorificũ ipsorũ
ossibus infixum, ad tex. *in l. sed si hac*
*ĩ §.fi.vbi Bal.ff.de ĩ ius uocan.*quo loci
reuerentia, quæ debet̃ patrono, vt non
possit ĩ ius vocari sine venia, nõ debet̃
ipsius tutori, & fuisse determinatũ per
Collaterale Consilium testatur *Do.de*
Pont. in dec.15.nu.1.& 9. subdens de
hoc esse *tex.in l.comperimus C.de prox.*
*sacr.scrin.lib.12.*vbi qui subrogat ad-
iutorẽ in suum locum, licet succedat ĩ
61 officium, † non tñ subintrat in præce-
dẽtia loci antiqui, q̃ ille habebat, sed
erit vltimus, vt notant ibi *Luc.de Pen.*
& alij. Idq. in Regno seruat̃ ad instar

62 procuratorum, †quorũ præcedẽtia lo-
cũ hẽt tantũ inter ipsos procuratores
dũtaxat, iuxta constituentiũ pręroga-
tiuas, de quo tñ ordine sedẽdi pariter
loquuti sunt *Fret.in tit.de diffe. feud.*
reg.lib.3.& in lib.1. Surg. de Neap. il-
lustr. d.c.11.nu.24. Bellug. in Specul.
rubr.4. ver.quod non credo, & rubr. 6.
63 Multa itẽ hẽnt priuilegia cõuocati ad
huiusmodi Parlamẽtũ, eorũq. procu-
ratores, & rerũ deletores, ad instar va-
cationis pro seruitio militari, vt in cõ-
stitu. Regni Hostici, de qua plura di-
ximus supra *lib.3. c.10. n.447. & seq.*
eaq. oĩa, quæ pro beneficio Regni cõ-
stituunt̃, accedente tñ D. Regis assen-
64 su, vim legis † obtinẽt *Cancer. var.re-*
sol. lib.2.c.1.nu.1. Fontanel. de pact.d.
*cla.3.n.72.*quę capitula nos dicimus,
65 & cẽsent̃ contractus initi per epistolã
stãte donatiuo, vt cõsuluit *Alex. cons.*
216.n.8. vol.2. cũ alijs relatis per *Bo-*
lognett.cõs.1. Olib.de iur.fisc.c.1.n.16.
Fontanel.in d.gl.3.nu.70.Calic. in ex-
trauag. c.7. in fi. ver. venio ad octauũ,
66 subdens, quod D. Rex licitè põt pro
priuilegijs Regno cõcedẽdis recipere
donatiuũ; adeo quod non nisi iterum
conuocato toto Parlamento reuocari
66 † valeant, ad tex. *in l.humanum, C. de*
leg. Bal.ĩ l. q si patris, C.vnd.liber. Affl.
in consti.cõtra munitiones, col.2. D. Mu-
ta Regius Cõsiliarius, & collega meus
in prohem. Capitul. Regis Iacobi, nu.25.
cum plur. seq. vbi materiã eruditissimè
explicat, & est prouisum per *cap.* 418.
sub Alfonso Rege, maximè cũ sint plu-
ries cũ iuramẽto cõfirmata, ad not. ꝑ
Bellug.in d. rub.1.& 9. Aucl. Cap.Præ-
tor.17.& latè Cabed.d.dec.3.nu.5.Cã-
cer.var.lib.3.c.3.n.177. In rãtũ, quod
68 Proreges in ingressu administrationis
tenent̃ iurare de obseruando oĩa Re-
gni Capitula, & Cõstitutiones; eoq. ꝑ-
tinet, quod cõpletis rebus oĩbus, quæ
tractari contingerit in dicto Parlamẽ-
to, & data licentia concludendi, quæ
non

non nisi à Rege, † seu Prorege, à quo fuerit conuocatū, cōceditur, nec ante pe missum est, cum teneāt Curiā perfectam detinere, ad not. *in l. Lucius accepta pecunia, ff. de act. empt. Calte. cap. 8. nu 5. & Bellug. in Spec. rubr.* 48. pro exequutione rerum, quę in eo decreta fuerunt, & pro defensione Capitulorum Regni ortum habuit electio De-
70 putatorum † *ex c. 101. sub Rege Ioanne,* qui Regnicolæ esse debēt, cū officiales à Rege Ioanne nūcupentur, & vti tales non nisi originarios creari permissum est, vt latè explicauimus supra. *lib. 2. c. 7. n. 27. cum seqq.* nisi tū eligerentur Prælati de Brachio Ecclesiastico, qui ratione Ecclesiæ, q̄ regunt, & dignitatis, q̄ in Regno habent, dicūr ciues, & originarij ipsi° Prouintię, ad tex. *in c. cum nullus, de tempor. ord. lib. 6. Bart. in l. 1. ff. ad municip. Ang. in cōs. 23. n. 2. Loffred. cōs. 4. nu. 18.* ideoque licet sint alienigenæ, & vt plurimū de Regnis Hispaniarum, stante alternatiua, quę in Prælatijs Regni ex forma Capitulorū admittitur; attū ratione Ecclesię, & dignitatis, vt dictum est, pōt eligi, & nominati Deputati Ipsius Regni, secus aūt in cęteris alienigenis, etiā quod essent personæ Ecclesiasticę, qui vti aliorū procuratores in dicto Parlamēto interuenirēt, ij aūt, vt dixi supra *hoc eo. lib. c. 3. n. 85.* Athenis No-
71 mofilares † dicebant, qui apud Præfectos in oībus publicis Cōsilijs cādidis fasceis coronati assidebāt, vt prohiberent, ne quid ꝯ receptas leges decerneret, vt refert *Simās. de republ. lib. 4. c. 28. in fi. Guer. Pisan. in tract. de Magistrat. num.* 60. ad eo quod in omnibus negotijs ad Regnum pertinentibus di cuntur legitimi ꝯdictores, vt dixi *in dec. 164. num. 18. par. 2.* quinimo pro
72 exactione donatiuorū, quæ sibi cōpe-
73 tere dr̄, habentur vti procuratores Cęsaris *tot. tit. ff. de procurat. Casa.* nec vl-
74 lam habent iurisdōnem, nisi quatenus à Principe concedatur, ad tex. *in l. procuratores meos, C. de mod. mulcta.* ibi, *procuratores meos, vel rationales, multa indicenda ius non habere sæpe rescriptum est, l. si quis intra Prouintiam C. de bon. præscrip. cum simil.* de quibus per *Ica. Garf. de nobil. glo. 3. in princ. nu.* 3.
75 maximè pro furto † facto cōtra Principē, vel alia simili causa criminali, *l. cum aliud colonus, & l. nullam ex officio, C. vbi caus. fisc.* quamuis hodie
76 in pluribus huiusmodi causis et contra Castellanos, & milites Turriū, qui ab eis eligunt, delegatā habeāt ptātē,
77 sicut nec subsunt † Generali Visitatori, vt fuit per literas regales prouisum per Catholicā Maiestatem; nec extin-
78 guit eorum officium, † nisi ad nouam aliorum creationem, secundū ea, quæ tradit *Boer. dec.* 149. & fuit semper practicatum. Nec aliqd possunt decerne-
79 re † nisi cōsulto D. Prorege, qui vt plurimū cōsueuit oīa acta cōfirmare, qūquidē fiunt discusso prius negotio, & mature considerato, cū inteructu eorū secretarij, qui, vt dixi, est Regni Pro-
80 thonotari°, † & pariter adest Consultor, Aduocati, & Procuratores cū eorum actuarijs, & librorū detētoribus.

Hæc sunt, quæ breuiter in cōpēdiū redigere potui, circa ea, quę in materia Parlamenti contigere consueuerunt, quæ & practicaui, dū pluries in eis interueni, & palios practicari vidi; Vnū prætereundū non esse arbitratus sum, quód opportunè se mihi obtulit occa-
81 sio, publica de re differendi, monēdiq. eos oēs officij sui, q vel Ecclesiā Christi administratores, seu Duces, ac Barones iure feudi, siue Ciuitatum, & Terrarum procuratores ad generalē hunc Regni conuenctū de more conueniunt, haud quidē ex eorum dignitate esse in rebus ludricis, confectionibusq. tp̄s terere in eo loco, qui sanctus est, ac sacer, quo qdqd in Regni Ecclesijs, & vrbibus pręcipuum est, coit,

maximè vero intelligant, ac secum ipsi animo reuoluāt, quem in finē conuenerint, ac procuratores destinari sint, cōsulant apud se q̃d illis agendū, quaue religione teneātur, Regis nostri seruitiū debitū respiciant, bono publico rē gerant, quæq. toti Regno vtilia sunt procurent, videāt ne priuatis cōmodis flecti se sinant ab ea mēte, quā vnicuiq. in pectore cōscientia, e cœlo Deus objicit, bonorum, malorumq. seuerissimus iudex, neq. enim in eo cōuentu officio suo satisfaciunt, qui publicas vtilitates ad propria commoda vertūt, nec Regno, aut Ciuitatibus, à quibus mittuntur, sed sibi ipsis, liberisq. & amicis seruiunt, grauius in ijs prouintialibus cōuētibus peccāt, qui vt Principi obsequantur, ea petūt, aut fieri permittūt, quæ sunt cōtra ius Regni, & in Regnicolarum detrimentū cedūt, æquum vero est, vt ea maximè tum à Dom. Rege supplicentur, quæ ex vtilitate publica, totius Regni, eiusq. Ciuitatū, & Terrarū sunt, atque ab eo Rege, cuius præcipuę dotes sunt bonitas, & beneficētia, & cuius tā potissime indulgentiæ sinus laxatur, cū Regni donis, humilibusq. officijs deuincit; vnde *Pet. de Greg. Tholos. in re-publ. lib. 24. c. 5. nu. 2.* ait, quod conuē-
82 tiones † huiusmodi frequentiores esse deberēt, cum in his de reformatione
83 † morum, & vitiorum Reipublicę vniuersę, de correctione abutētium potestate Regia sibi concessa, aut de nobilium superbia, quā subditi opprimūtur, agēdum sit, accepto etiam ab illis remedio, quod melius excogitari valuerit; hinc Principes possunt instrui, & doceri de vniuersis, quæ in Regno sunt calamitatibus, & subditorū necessitatibus, cui quidem negotio accedit voluntas optimi Regis nostri, a
84 quo emanauit ordo † sub die 10. Iunij 1600. exequtoriatus in Regno sub die 11. Martij 1601. vt Prorex in quolibet Parlamēto debeat Regem certiorē facere de oibus gratijs, quæ in d. Colloquio exigunt, cum eius iudicio circa ea, quæ sibi cōcessibilia videantur, vt possit Dom. Rex melius consultus ea, qua solet munificentia Regnum gratificare; addens, quod talis ordo sit perpetuus, & de eo notitia Proregibus detur, sed in hoc munere exequēdo, faxit Deus, ne turpiter peccēt nostri Barones, cæteriq. illuc conuenien-
85 tes. Sunt hodie Deputati † huius Regni ꝑ Brachio Ecclesiastico Illustris. ac Reuerendiss. Bonauentura Segusius Episcopus Cathinēsis, & Patriarcha Constantinopolitanus, Don Frāciscus Bissus Prior Deliæ, Procurator Illustrissimi, ac Reuerendissimi Cardinalis Doriæ Archiepiscopi Panormitani, Dō Vincentius de Branciforibus Abbas S. Mariæ Nouę Lucis, & Procurator Illustris. & Reuerendissimi Archiepiscopi Montis Regalis, & Paulus Antolonius Regni Thesaurarius interueniēs pro Ecclesijs vacantibus de iure patronat⁹ Regio, & Procurator Reuerēdiss. Archimandritę. Pro Brachio militari Illustr. Dō Fabritius de Brācifortibus Princeps Boterę miles Aurei Velleris; Don Hercules de Brancifortibus Dux Sancti Ioannis; Don Ioannes de Ioenio, & Cardona Procurator Illust. Pricipis Castellionis; Dō Antonin⁹ Mosso Baro Gibellinę. Et ꝑ Brachio Regali, seu Demaniali Illustr. Prętor Senatus Panormitani, Don Ioannes de Brancifortibus Procurator Ciuitatis Agrigenti, Bernardus de Lyermo Procurator Ciuitatis Salem, & Don Ioseph de Neapoli Procurator Ciuitatis Corleonis; qui duo vltimi interuenerunt in dicto Parlamento non obstāte quod essent de Sacro Regio Consilio, ex dispensatione Illustrissimi, & Excellētissimi Domini Proregis, in vltima die electionis Deputatorum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Auditoris militia officium antiquissimum est, cum titulo Spectabilis, et stipendio Regia Curia.*

2 *Auditor militum in Regno Neapolitano Auditor Campi nuncupatur.*

3 *Auditor militum suos habet officiales subordinatos, & nu.4.*

5 *Auditor militum de quibus causis cognitionem habet, & n.6.7.8.9.& 10.*

11 *Auditores particulares existunt circa equestrem militiā; & Regiarum triremium.*

12 *Appellatio non datur à sententijs Auditorum, sed tantum reuisio cōceditur.*

13 *Modus procedendi in negotijs bellicis.*

14 *Processus ad modum belli resecat tantū exceptiones iuris ciuilis.*

15 *Milites grauius puniēdi sunt, quàm alij pro delictis militaribus, intellige n.16.*

17 *Auditor militū non procedit ex abrupto, nisi consulto Principe.*

18 *Auditor militum cognoscit de delictis militaribus.*

19 *Delicta communia militum cognoscūtur per loci ordinarios, et ampl.n.20.22. lim.nu.21.*

23 *Auditor datur iudex adiunctus cum M.R.C. quādo delictum committitur per milites, & subditos ordinariorum.*

24 *Delicta militum, quæ sint remissiuè.*

25 *Auditor assistit in publica audientia, quæ detinetur à Dom. Prorege; & in quo loco.*

26 *Officium Auditoris militum est perpetuum, et à Prorege uti Capitaneo Generali confertur.*

27 *Ioannes Franciscus del Castillo Auditor militum in Regno Sicilia.*

28 *Auditor militum gaudet priuilegijs aliorum Consiliariorum in sessionibus, & alijs actibus publicis.*

29 *Auditor militum sedet post omnes Consiliarios M.R.C. & n.31.*

30 *Auditor Campi in Regno Neapolitano in quo loco sedet.*

32 *Auditor militum votat in Sacro Consilio, & subscribit Pragmaticas Sanctiones, & alios actus, qui ibidē fiūt.*

ARGVMENTVM.

De Officio Auditoris Generalis huius Regni.

CAP. XVI.



1 FFICIVM † Auditoris Generalis militum in hoc Regno antiquissimum est, & semper habuit titulum Spect. pro ut cæteri Regij Consiliarij, cum stipēdio ordinario, prout in alijs officialibus maioribus militiæ Hyspanorū seruati consueuit, & in Regno Nea-
2 politano Auditor Campi † nuncupatur ad not. per *Surg. de Neap. illustr. c. 26. nu.8. D. de Pont. de potest. Proreg. tit. de assens. Regi. §.7. num.11.& 12.* Iuraq. dicti officij regulantur iuxta
3 pandectas M.R.C. Habet † eius Magistrū Notarium, & Algozirium vnū cum stipendio regio. Et pariter alios commissarios, & Algozirios pro seruitio dicti officij, quamuis ī grauibus negotijs, & in associando condemnatos ad pœnam capitalem teneatur deseruire Capitaneus Campanæ cum eius socijs, qui sunt destinati pro seruitio dicti officij, & Tertij militum, cū stipendio Regiæ Curiæ.
4 Sic etiam cum simili regio stipendio constitutus est Procurator † pauperum, qui defendere tenetur causas militum Hyspanorū, & Tertij, & Castrorum, nec non & Aduocatum, & duos Procuratores Fiscales hēt, cū viginti prouisionatis, qui cum literis Viceregijs gaudent foro bellico.
5 Cognitionem habet Auditor † Generalis omnium causarum tàm ciuilium, quàm criminalium militū Tertij Hyspanorum, ad tex. *in l.2. ff. de re*

milit. l.certi iuris, C.de iud. l.magisteria, C.de iurisd. omn.iud.l.2. C.si à non compet. iud. l.officium Regentis, §.officium Tribunorum, ff. de re milita. & si ab alio carcerenẽ, debent vnà cum oĩbus actis remitti ad eorum Magistrũ militum *l.si miles, C.de exhibe.& trãsmitt.reis, cum simil.* adductis per *Farinac.cõs.4.nu.18.vol.1.* licet debeant esse descripti in numero, seu rollo militum, nec sufficiat, quod fuerint electi pro militibus, ad tex. *in l.ex eo, ff. de milita. testam. & ibi Odoffre. Bart. Bal. & Angel.* vbi infert ad plura, *Farina.d.cons.4.n.9.* & similiter oĩum militũ Castrorũ huius Regni, & Insularũ coadiacentiũ, Liparis videlicet, Pãtellariæ, Fauignanæ, & maretimi; Ac ẽt cãtũ oĩum Tratenutorũ ĩ hoc Regno, q̃ hẽnt stipẽdiũ à Sua Catholica Maiestate, ad not. per *Surg.de Neap. illus. c.16. n.8.* prout etiam totius familiæ domus Excellentissimi Proregis, quia militare dñr *l.1.C.de tabula. lib.10.l. vnicuiq.C.de proxim.sacr.scrin.cum simil.* relatis per *D. Castill.dec.105.n.7.* ac omnium officialium militię maiorum, & minorum, vt Magistri miliiũ, Conseruatoris, Veditoris Generalis, Thesaurarij eorumq. officialium, qui in rebus spectantibus ad militiam interueniunt, & eorum famulorum, qui verè eorum vacant seruitijs, nec non & pedestris Cohortis Alemanæ, quos Alibarderios nominamus ab hastatis armis, quibus vtuntur, quas alibardas dñt, quos tamen celeres esse dignoscitur ex Plutar. in vita Romuli, cũ alijs relatis per *Surg. de Neap. illust. in loco cit. n.14.* subdens nouũ non esse Germanorũ vsum in hoc ministerio, sed antiquissimum fuisse à primis Romanorum Imperatoribus institutum, vt refert *Sueton. in Galba c.16.*

6 Præterea cognoscit † Auditor Generalis causas Infidelium, vt Maurorum, & similium, qui reperiuntur in
7 Regno; Insuper & causarum omniũ explosorum, aut libratorũ, seu vt vulgo dicitur (Arriglieri) qui habẽt stipendium a Regia Curia, eorumq. discipulorum in schola disciplinam capiẽtium pro exercendo, vt decet, postea dictum officium, ac etiam Generalis dictæ Artellariæ, eiusque famulorum.

8 Habet ẽt cognitionem † causarum omnium militum Militiæ Regni, dũ actualiter vacant seruitio Regio tàm pedestrium, q̃ equestrium, sed exinde cognoscunt Iudices ordinarij locorũ, ad not. per *And.in const. Regni, vt vniuersis, Vin. dec.254.nu.1. lib.2.*

9 Cognoscit itẽ de causis † Porteriorum Camerę Excellentiæ suæ, qui reputantur tãquam famuli domus Do. Proregis, licet aliàs cõtrarium fuerit seruatum, nam corã M.C. carceratos, & tortos viderim pro falsitatibus in eorum officio commissis.

10 Habet ẽt cognitionẽ causarũ † militum leuis armaturæ, & eorum qui seruiunt Regijs Triremibus, sed hoc via recursus, nã in prima instantia habẽt
11 eorum Auditores † particulares, cum eisdẽ pręeminentijs, licet non sint de consilio, nec Togati incedant, vt infra dicam.

A sentẽtijs, & alijs prouisionib⁹ prędicti Generalis Auditoris nõ appella-
12 tur, † sed rãtum datur Reuisio, & hoc per prouisionem faciẽdam ab Excellentia Sua, & solet dari vt plurimum Illustris Consultor, vel alius Regius Consiliarius ad electionem Excellentissimi Proregis.

Habet ẽt supremã potestatẽ in modo procedendi, quia in negotijs belli-
13 cis est necessarium causas celeri expe-
14 ditione finire, & sic sollemnitates † iuris ciuilis resecando, vt notat *Io.Grãd. de Bell. exul. q.3.* vbi declarat verba cõmissionis dictãtis modũ procedendi ad modum belli, *& in ver. incip. primo*

mo quaero, num. 8. *& sequen. D. de Pont. in tracta. de potesta. Proreg. titu.* 1. §. 4.
15 *num.* 1. grauius † enim puniendi sunt, quàm alij pro delictis militatibus, *l. si desertorem, C. de deser.* & dixit *Iul. Ferres. de milit. instit. num.* 23. *&* 45. *in fi.* subdens, quod quandoque debet esse
16 placidus & lenis † *capitu. domino Sancto* 50, *dist.* attenta criminum qualitate, temporum, personarum, & locorum. Vbi tamen ageretur de termino
17 extraordinario † dando, aut inferenda tortura, vel de cõdemnando aliquem ad Triremes, aut alia pęna capitali, nõ nisi consulto Principe faciẽda erit huiusmodi prouisio vt pluries diximus.
18 † Prædicta autem iurisdictio, quæ circa milites ad dominum Auditorem competit, in delictis tantum militaribus extendenda erit, non autem
19 in delictis communibus, † in quibus loci ordinari⁹ Iudex adesdus erit, maximè vbi M. R. C. degeret, ad not. per *Doct. ĩ l.* 1. *per illum tex. C. de re milita. lib.* 12. *Iaf. in l. fi. n.* 52. *ver. quarto limita. ff. de const. Princ. Sal. in d. l. si miles, C. de exhib. & transm. reis, nu.* 1. *& seq. Bonad. lib.* 4. *polit. c.* 2. *nu.* 67. *Vinc. de Franc. dec.* 88. *Caball. resol. crimin. cas.* 294. *nu.* 272. *Vinc. dec.* 254. *nu.* 4. vbi refert ita iudicatum; nisi aliter per particulares cõstitutiones à Principe demandarẽ: vt aduertit *Bonad. in loco citato, n.* 68. *& post eum D. Castill. in dec.* 105. *n.* 9. vbi subdit, quod per Regias, & Viceregias instructiones indistinctè causę militum cognoscũtur per eorũ officiales, & ad eos remitti debeant *Afflict. in l.* 1. *n.* 70. *tit.* 16. *lib.* 8. ideq.
20 ampliari posset in militia † maritima *l.* 1. *ff. de bon. poss. ex testa. & tot. tit. C. de class. mili. lib.* 11. *D. Io. And. de Georg. allegat.* 46. *D. de Pont. tit. de assens.* §. 7.
21 *n.* 17. licet contrarium † in hoc vltimo seruetur in Regno iuxta determinationem Sacri Consilij, vt non nisi in militaribus delictis remittãtur; Verũ tamen est, quod vbi delinquerẽt mili-
22 tes, & subditi Magnæ Curiæ, tunc ratione cõtinentiæ causę, omnes per nos puniri possent, vti de supremo Regni Magistratu, argum. eorum, quæ dixi *in dec.* 138. *lib.* 2. sed ad euitandas cõtentiones vidi seruatum, quod simul
23 cum ipsa Magna Curia † interueniat Sp. Auditor, & cũm ipsam cõiunctim determinare valeant; De criminibus
24 aũt, & delictis militum, vide *Iul. Ferres. de mili. institia per totum. Decia. to.* 2. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 15. *Petr. de Gregor. Tholos. lib.* 19. *syntag. iur. cap.* 17. *& per totum, cum simil.*
25 Præterea dictus Generalis Auditor tenẽ assistere in omnibus Audientijs publicis, vbi interuenit Excellentiss. Protex, q̃ solet esse duobus diebus in qualibet hebdomoda, vbi stat, sed capite tecto, pro ut stat vnus ex Spectabilibus Iudicibus Mag. Reg. Curiæ Sedis ciuilis, sed dictus Generalis Auditor stat in manu sinistra ad latus Capitanei Guardiæ Excellentiæ suæ, & Iudex Mag. Reg. C. stat in latere dextero.
26 Hoc autem officium est perpetuũ, † & confertur ab Excellentissimis Dominis Proregibus, & hodie illud ha-
27 bet eximius Iurisconsultus Ioannes Franciscus del Castillo in supremo olim Consistorij Sacræ Regiæ Consciẽtię Tribunali meritissimus Iudex. In tantum quod attenta eius personę qualitate, multa inde meruerit habe-
28 re priuilegia † ex decreto speciali facto sub die 2. mẽsis Septembris 1610. ibi.

Al supplicante, y a los de mas Auditores, que por tiempo fueren se guarden las preheminencias de que goçan los de mas consejeros de ste Reyno asi en el asiento, y poderse cubrir como en el lugar en las Audiencias, y actos publicos, visitas generales, y audiencias priuadas y el poder lleuar toga como lo vsan los de mas Consejeros en este Reyno. Aduertiendo, que

que en los assientes, y lugares le han de preçeder todos los de mas, que al presente son Consejeros, 29 † *y se ha de sentar immediatamente despues del Spect. Mastre Secreto, y esta prouista se registre en el officio del Spect. Prothonotario para que de aqui adelante se observe assi inuiolabilmiente.*

Prout dicta prouisio fuit inde registrata in dicto officio Sp. Prothonotarij, & exequuta, nã vsus fuit toga, prout Cęteri Consiliarij, & alijs pręhemineutijs, ad not. per *D. Tap. lib. 2. const. Regn. rubr.* 45. Est bene verum quod numquam voluit sedere iuxta prædi-
30 ctum decretum, ex quo Auditor † Generalis Regni Neapolis sedet cũ Cõsiliarijs Sanctæ Claræ, Præsidibus Summariæ, & Iudicibus Magnę Curiæ Vicariæ, & noluit prædicto officio præiudicium inferre. Sed exinde per Excellentissimum Dominum Proregem Ducem Ossunæ sub die 26. Februarij 1616. fuit facta alia prouisio, quod stante præeminentia, & dignitate officij Spect. Auditoris Generalis huius Regni Sicilię, alijsq. causis sibi bene visis, tàm ipse Generalis Auditor, quàm alij, qui pro tempore fuerint, possint, & valeant in omnibus actis publicis, & in Ecclesijs, alijsque locis, vbi interuenit præsentia D. Proregis, cũ Sacro Regio Consilio sedere immediatè apud Spect. Iudi-
31 ces, † & Fisci Patronum M. R. C. ac Spect. Prothonotarium huius Re-
32 gni, quinimo interuenire † possit in Sacro Consilio, & subscribere omnes Pragmaticas sanctiones, in quibus se subscribere consueuit Sacrum Regiũ Concilium; & omnes alios actus facere, & in omnibus interuenire, prout Cęteri Regij Consiliarij, non obstantibus quibusuis actis, ordinationibus, prouisionibus, & alijs in cõtrariũ disponentibus, & ita hodie seruatur.



DE GENERALI MAGISTRATVVM, VISITATIONE, ET SINDICATV.

LIBER SEXTVS.

DON GARSIA MASTRILLO,

CAESAREI, PONTIFICIIQ; IVRIS DOCTORE,
Regioque in Regno Siciliæ Consiliario Authore.



SVMMARIVM.

1 *Officiales, seu Magistratus omnes tenẽtur in Sindicatu reddero rationem sui officij administrati, & de ratione, nu. 2. & 3. & 14. ampl. n. 6. & 10.*

Deus scrutator est cordium, & cuncta videt, sub nu. 1.

4 *Officialium crimina ad vniversos pertinent.*

5 *Officialium crimina seueritate puniuntur: plebeorum vero tarditate castigantur.*

7 *Samuel Propheta, et Iudex Regni Israel post depositum officiũ Sindicatus iudicio se submisit.*

8 *Rex in suo Regno tenetur reddere rõnem pro subditorum iustitia.*

Delicta superiorum maiori pœna puniũtur, sub nu. 8.

9 *Officialis, qui alios in iudicando castigat, sua dẽt prius malefacta emẽdare.*

11 *Officiali debet sindicari etiã quod Princeps, vel Rex decreuerit, quod nõ sindicetur, lim. n. 12. intellige vt nu. 13.*

15 *Officiales puniendi, & sindicandi potestas penes ipsum Principem residet, vel ab eo deputatos ad sindicandum.*

16 *Visitator Generalis, quam potestatem habet, & quos officiales sindicare, seu visitare debet.*

17 *Prorex, non existente Visitatore Generali, põt officiales perpetuos visitare.*

18 *Officiales annuales de iure communi à Præfecto Prætorio sindicabãtur, seu à Iudice ordinario loci, uel successore in officio. Hodie autem in Regno Dom. Proregi hæc potestas conceditur, & nu. 19. 20. & 21 cum seqq.*

19 *Prorex in Regno dicitur subrogatus in locum Præfecti Prætorio.*

20 *Iudices M. R. C. post depositum officiũ à quo debeant sindicari.*

21 *Iudices Sacræ Regiæ Conscientiæ finito officio, à quo sindicantur.*

22 *Officiales loci, vbi residit D. Prorex, & M. R. C. à quo sindicantur.*

23 *Sindicatores, qui per Ciuitates Regni à Magna C. destinantur ad sindicandũ officiales, oportet extitisse Regios Cõsiliarios, vel Iudices Panormi, aut Messanæ, vel Catinæ, & n. 24. sed q̃d illis deficientibus, vel excusatis, vide nu. 25. vbi quales isti subrogati esse debeant, & nu. 26. & qualiter nomi-*

nen-

nentur nu.27.

28 *Sindicatores à D. Provege nominati non possunt se excusare sub pœna inhabilitationis ad officia.*

29 *Sindicatores maximam habens authoritatem, ac merum, & mixtum Imperium.*

30 *Sindicatores an dicantur Iudices ordinarij, vel Delegati, & nume. 31. 32. & 36.*

31 *Visitator Generalis à Rege constitutus ad visitandum officiales, dicitur Delegatus ad uniuersitatem causarũ, nõ autem ordinarius.*

32 *Officialis si sit sindicandus à Mag. R. C. vel Consistorio, & vnus ex iudicibus nollet interuenire cum alijs in causa diffinienda, possunt alij procedere in sindicatu, & nu. 33. & 34.*

33 *Officiales plures si sint creati, & vnus nollet acceptare officium, iurisdictio omnis remanet in acceptantibus, ampl. nu. 34.*

35 *Officiales si plures sint constituti ad sindicandum, potest bannum Sindicatus promulgari de mandato vnius tantũ, & nu. 36. hodie tamen seruatur quod bannum promulgatur de mandato D. Proregis, d. nu. 36.*

Bannum Sindicatus dicitur quadam interloquutoria, seu comminatio, sub num. 35.

37 *Barones habentes merum, & mixtum Imperium in eorum Terris sindicatores creare possunt, ac illos creare tenentur, nec in illis potest Magna C. se intromittere, limit. nume. 38. & num. 39.*

38 *Capitula Regni dantia potestatem M. R. C. sindicandi officiales qualiter intelligantur.*

39 *Appellationes in causis Sindicatus ĩ Terris Baronum an ad Magnam Curiã, vel ad Iudices appellationum ipsorum Baronum deuoluantur.*

ARGVMENTVM.

Pęnes quos resideat potestas visitandi, & sindicandi Magistratus.

CAPVT I.

1 

55 *Officiales Visitandi, vel Syndicandi debēt honorari à Visitatore, seu Syndicatore maxime si sint cōsiliarij, qui si interrogentur sedere debent.*

56 *Modus procedendi in syndicatu quis sit remissiue.*

ARGVMENTVM.

De Officio Visitatoris, & Sindicatoris, ac eorum modo procedendi.

CAPVT II.



ATERIAM hanc visitationis generalis officialium à nemine tactam in specie vidi, licet de ea aliqua tetigerint *Redi. de maiest. Princip. in verb. sed etiam per legitimos tramites, Simanc. de haret. cap. 41. nu. 28. & de Repub. lib. 7. cap. 23. & lib. 8. cap. 8. nu. 3. Rondinell. in tract. de sindicat. nu. 167. Paris. de Put. de sindicat. in ver. fideiussor officialium nu. 4. Randēs. in cōs. 49. & 50. vol. 1. Capibl. de Baro. pragm. 5. nu. 86. Bonad. lib. 5. polit. c. 1. & seq.* qui omnes in effectu vidētur
1 † æquiparare visitationem cum sindicatu, prout & idem ego arbitror circa cognitionem excessuum omnium officialium, licet quò ad modum procedendi valde differant; quādoquidem per *cōstitutiones, & leges* municipales
2 in vno † quoq. loco datur modus sindicandi officiales, à quo minime sindicatores recedere valent, id quod in materia visitationis constitutum non
3 habemus, sed † à Rege nostro singulis vigin-

viginti annis in hoc Regno, & passim in Regno Neapolitano, & in Ducatu Mediolanēsi Visitatores generales destinātur ? ipsisque conceditur amplissima potestas ad visitādum officiales perpetuos, & oēs alios sibi bene visos eo modo, via, & forma publica, vel secreta, quæ sibi melius expedire videt, *iuxta tex. ī l. 1. ff. de iur. delib. l. si fideicō missaria libertas la 2. ff. de fideicomm. libert. Gemin. cōs. 73. & ex pluribus Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 1. q. 8. nu. 1. cum seqq.* concedendo pariter vices, & voces Regias,

4 † quæ liberam, & absolutā potestatem ostēdunt, secundum *Bar. in l. creditor, §. lucius, ff. mandat.* cum alijs relatis per *Menoch. in loco citato q. 7. nu. 62. cum seqq.* In tātum qđ † nul-

5 lis iudiciorum sollemnitatibus astringitur, ad notat. *per glos. ī l. ictus fustiū, ff. de his qui notan. infam.* Sed sola veritate inspecta ꝓcedit, & quasi manu regia, cum Regis vices habeat, *Bar. in extravag. ad reprim. in verb. videbitur, nu. 2. Homod. de sindicat. nu. 142. Rip. in §. nihil cōmune nu. 181. ff. de acquir. possess. Roland. cōs. 70. nu. 16. Menoch. d. q. 7. nu. 69. & quæst. 31. nu. 5.* quam-

6 uis † hoc arbitrium regulari debeat, ne iuri ac æquitati repugnet, siquidē boni viri arbitrium cōmissum videtur, & nō quod turpe, vel iniquum sit, argum. *l. 3. §. si procurator, ff. quod quisq. iur.* & quod † adsint probationes legi-

7 timæ secundum *Bald. in l. 1. in fi. ff. de euict. specul. de offic. iud. §. postremo,*

8 *vers. & idem dico,* eo quod † arbitrium etiam liberum non tollit ea, quæ sunt iuris naturalis, vt notant *glos. & Io. de Imol. ī clement. pastoralis de re iudicat.*

9 vnde *Lap. allegat. 228.* dixit, qđ † vbi conceditur iudici, quod procedat etiā de facto, intelligitur concessum, quod procedat pręter legem, non autem cōtra legem, *l. 1. & l. si à milite, §. adicito, ff. de test am. milit.* & propterea non possct condemnare, nisi quatenus iustitia suaderet, secundum *Bald. ī l. vbi pactum, ī fi. C. de transact. & ī l. 1. ff. de*

10 *testam. milit.* vbi subdit, qđ † verbum, de facto, in iudice intelligi debet, non seruata forma iudiciorum, licet iustitia deesse non debeat, & ob id cō-

11 ueniens erit, quod † Visitator, & si arbitrium amplum in modo procedēdi habeat, quatenus expediēs esset secūdum leges de sindicatu officialium loquentes procedat, licet de necessitate eisdem legibus non teneatur, eo quod

12 ex huiusmodi liberi arbitrij concessione in modo procedēdi, intelligitur solum remissa sollemnitas iuris ciuilis, nō autem iuris naturalis, vel gētium, vt singulariter notat *Matthesila. singu.*

13 *14. & ibi addic.* & propterea † nō potest recipere testes inimicos, *Bald. & Ang. in l. filius familias, ff. de donat. & in l. presbiteri, C. de episc. & cleric.* maximè si à iudicibus visitandis fuissent carcerati vt dixit *Bald. in l. ipsius C. famil. hercisc. Gram. cons. 46. nu. 2. Anil. ī cap. 1. sindicat. nu. 4.* subdens quod etiā repellit inimicus putatiue apud vulgus secundum *DD. in l. Athleta, §. dat remissionem, ff. de excusat. tutor.* & repelluntur suspecti de inimicitia, quod tamen iudicis arbitrio relinquendum esse ait *Innoc. ī capit. cum oporter de accusat.* neque † procedere sine causæ co-

14 gnitione, *l. sed etsi per prætorem, §. quoties, ff. ex quib. caus. maior.* neque iura alterius lædi possunt contra naturalē æquitatem, *Bart. in d. extrauag. ad reprimend. in verb. videbitur nu. 12.* neq.

15 † debet procedere cōtra officiales, nisi constito de delicto *d. clement. pastoralis, de re iudicat. Bald. in d. l. milites, ff. de test am. milit. Homod. ī loco citato nu.*

16 *145.* subdens quod † neque potest reijcere legitimas exceptiones, neque tollere ius quæsitum parti, sed tātum ea, quæ concernunt sollemnitatē processus, vel quæ pendent ex suo officio, vt abbreuiare dilationes, vel supplere ex officio

officio etiam parte nō petente, vt singulariter dixit *Bart. ī loco citato in ver. videbitur nu. 12.* eoque magis † quia Visitator generalis in Regno constitutionibus, capitulis, & pragmaticis Regni nō astringitur, vt colligitur ex responsione facta per Imperatorem nostrum Carolum V. *in capit. 229.* & iterum *in cap. 29.* sub Rege Philippo II. idque clarius elicitur *ex capit. fi. instructionis dicti Visitatoris*, ibi, *Y embirtud dela presente declaramos que attēto que esto no es sindicado, sino visita extraordinaria para sauer como nuestros officiales an amministrado sus cargos y officios no embargāt e la dicha oppositiō procedais e la dicha visita conforme alo que os esta cometido, y ordinado en virtud dela dicha vuestra cōmission y esta instrucion non obstante qualquier otra interpretation y capitolos del Reyno, que se pudiessen allegar en cōtrario, los quales si necessario es para el effecto arriua dicho derogamos, &c.* quamuis multa adduci possint contra huiusmodi capitulorum derogationem. Sic et † habent potestatem suspendendi ab officio quoscumque officiales durante visitatione, vel ad eius beneplacitum vt *infra cap. 3.* dicemus.

17

18

19 Huiusmodi † visitatoris officium, & si necessarium esse videatur, attamē ad euitandas maximas regalis patrimonij impensas, quas inde oriri vidimus, Illustrissimo ac Excellentissimo D. Proregi committendum esse arbitratur *D. de Pont. ī tract. de potest. Proreg. tit. de elect. official. §. 7.* eo quod ipse vti bene de omnibus informatus, & qui cognoscit partes, & qualitates ministrorum, bene veritatem indagare potest in eorū excessibus, & sic euitarentur iurisdictionum cōtrouersiæ, quæ insurgere consueuerunt, inter D. Proregem ordinariam iurisdictionem habētem super omnes, & visitatorem in causis omnium magistratuum particularē delegatum destinatū ad *tex. in l. 1. C. de offic. præfect. vrb. cum simil. traditis per Surd. in suo notab. cons. 56.*

20 *vol. 1. per totum.* idq. † nō sine maximo Regiæ Curiæ, & seruitij Catholicæ Maiestatis detrimento, vt in hoc Regno experientia docuit in duabus vltimis visitationibus, nisi dicā in ipsorū visitandorū magistratuū damnū, qui pro resarciendis expensis publicis non obstāte, quod manus mūdas habeant, ad pœnam pecuniariam, etiam pro leuissima negligentia, si talis aliquando dici potuerit, condemnati reperiūtur, attamen quicquid sit de huiusmodi cōmissione, illud admonēdū

21 esse existimo, vt † Visitatores, & Sindicatores bonæ intentionis, & Dei timorati, qui rectè se gerere intendunt, de vita, moribus, virtutibus, & doctrina officialium visitandorum extra iudicialiter se informent a personis probis, & fide dignis, maximè aduocatis, procuratoribus, actuarijs, & alijs huiusmodi generis hominibus, cum quibus vt plurimum negotia geruntur, & his cognitis mali puniantur, & boni remunerētur, ac honoribus, & digni-

22 tatibus afficiantur, nec † aures præbere habeant ad malignorum voces, & falsas quærelas, quæ cōtra ministros Regios proponuntur, non cultu Iustitiæ, sed ex odio, & inimicitia, ac interesse particulari officiales defatigando, vt admonent *Mages. Rot. Lucen. decis. 1. nu. 21. Io. Bost. in tract. de ratio. stat. lib. 1.* & est exprese prouisum per Decretum Mediolanēsem editum de anno 1577. de quo testatur *Caualcan. de brach. reg. p. 5. nu. 96.* subdens, quod ex prædictis clarè sciet in quam partem arbitrium suum inclinare, & quid credendum; & pariter contra quos Iudices seuerus, vel potius mitis esse debeat: quamuis illud apertè cognouimus, quod mali nō timēt, quia scientes, quę egerunt, adhibent remedia, & omnia

omnia tempore Visitationis cōponūt, vt dixit *D. de Pont. in d.* §.7. *n.* 12. & ante eum aduertit *Bonad. lib.* 5. *polit. cap.* 1. *num.* 27. adducens dictū *Cicer. epist. lib.* 8. *epist.* 14. ī qua Cęcilius illius autor facetè notans Iudicem, qui sordibus abluere studebat sordes, quarū postulabatur, *inquit, Nā dū sordes Eluere vult, veras sibi omnes; & viscera aperit, hoc ipse nec impiorū auxilia deficiat*, Boni autem, qui ex fide viuunt iuxta dictū *D. Paul. ad Roma. c.* 19. reperiunt inde calumniati, defatigati, & vt plurimū ex falsis testibus condēnati, sed
23 sufficit, quod conscientiam puram habeant, quæ testimoniū est gloriæ suæ, vt docet *D. Paul. ad Hebra.* 4. ibi, *gloria nostra testimonium conscientia nostra*, & est *tex. in c. in cunctis* 11. *q.* 3.
24 Modus autem procedendi † in Visitatione generali, vt diximus arbitrio ipsorum Visitatorum remissus est, &
25 propterea † in dubus vltimis visitationibus consueuit procedi secreto modo, notificādo tātū Visitatis quærelas ex eadem Visitatione contra eos resultantes absq. testium dictis, & nomini-
26 nibus, quæ † practica (meo iudicio) rigorosissima est, quādoquidē testes ex hac spe facilius ad deponendum indu
27 cuntur, maxime in Regno, vbi falsitates facilius abundant, & defensiones diminuuntur, cum nesciant quid, & à quibus sit dictum, neq. ad omnia respondere possint iuxta *tex. in cap. qualiter, & quando il* 2. §. *dēt, de accus. vbi Fel. ī* 2. *notab. Castrē. ī l. is apud quem, n.* 5. *C. de edi. vbi post Bal.* ait, qđ iudex
28 dēt tradi facere inqsito copiā Inqsitionis, & oīum actorū ꝯ eū, qđ sequiī ibi *Ias. n.* 5. & si denegareī posset appellari, vt tenet *Homod. de Synd. vers. stē si petitur, Gādi. ī tit. quomod. cogn. de malef. n.* 18. dicēs qđ facta, & cōpleta inqsitione, testes, & tot* process* dēt publicari, & de eis fieri copia ipsi Reo, arg. *l. f. C. de bo. nacā.* ibi, *data copia reclamādi, & l. Diuus, ff. de custod. reor.*
29 maximè cū † nō simus ī causis grauissimis, vt hæresis, & similiū, de quibus ꝑ *Simāc. de iust. Cathol. tit.* 40. *de test. n.* 29. *&* 30. *Guttier. alleg.* 1. *Clar.* §. *fi. q.* 49 *n.* 2. *Redi. de maiest. Prīc. ī ver. sed ēt per legitimos tramites, n.* 150. *cū seq.* qđ qđ tū sit, ita receptū est, vt testaī *Redi. ī loco cit. n.* 165. *cū seq.* subdēs hāc esse laudabilē cōsuetudinē, eāq. ex plurib. cōfirmat, nec reclamāte aliàs Regno de hmōi modo ꝓcedēdi, potuit à Cæsarea Maiestate ꝯriū obtineri. Hīc est ꝙ
30 cauti † esse debēt dñi Visitatores, ꝗ sub Clipeo potētię magistratuū, vel ob timorē subornationis huiusmodi procedēdi modū amplexerūt, vt in examinatione testiū in causis ꝑdictis secretè deponentiū vigilāter attēdant ad eorū qualitatē, cōdōnē, ætatē, discretionē, famā, fortunā, & fidē, ad tex. ī *l.* 2. *et* 3. *ff. de test. Auil. in c.* 4. *Synd. n.* 5. *Azeue. l.* 11. *tit.* 7. *lib.* 3. *n.* 3. ne à maleuolis, inimicis, & præsertim suspectis testib. informationē capiant *l. fi. C. de prob. Dulcet. de Synd. nu.* 24. *&* 25. *Rand. cōs.* 49.
31 vbi enumerat, † qui possint esse testes ꝯ officiales, maxime si fuerint ab eo carcerati, & inquisiti, si tū carceratio non fuisset procurata, vt tradit *Azeue. l.* 10 *nu.* 20. *lib.* 3. *tit.* 7. *Bonad. lib.* 5. *polit. c.* 1. *nu.* 63. *cum seq. & nu.* 66. vbi loquiī in terminis visitationis secretæ, quinimo ab eisdē inquirere, an sint tales, vt possint testificari, *cap. indicantem*, 30. *q.* 5. *Bonad. d. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 66. *cum sequentib.*
32 eoque fortius † prędicta consideranda esse arbitror in prolatione sententiæ, si fortasse acta, & probationes nō concluderent, vel quia testes essent sin
33 gulares, nam † & si cōtra officiales in crimine barattariæ admictātur, secūdum *glo. in ver. ostenditur, in Auth. vt iud. sin. quoq. suffr. coll.* 2. cum similib. relatis ꝑ *Marsi. cōs.* 61. *n.* 32. *Passer. cōs.* 181. *&* 182. & diximus *infr. c.* 9. maximè cū alijs adminiculis, & circūstātijs.

*Anil.in c.1. Prator.verb.dadinas,n.*38. vel fint noti officialib⁹, vt fingulariter tradit *Aug.in l.nemo,C.vbi de crim. agi oper.* vel fint oī exceptione maiores,vt eſt prouiſum in Regno per Regiam *Pragmaticam 3.in tit. ne official.mune.*
34 *accip.* attamen † attento ſecreto modo procedendi in Viſitatione minime probarent,ne concurrant duo ſpecialia cōtra notat.*in l.t .C.de dot.promiſſ.* vnum videlicet, quod credaī teſtibus ſingularibus contra ius diuinum,& humanū:alterum quod minime ædātur nomina,& dicta teſtiū,vnde reſultat tectoriū audaciæ eorum,qui depoſuerunt falſum, ex qua celatione trūcatur, & diminuitur defenſio Viſitā-
35 dorum,& † ob id non niſi duo,vel plures teſtes probatæ vitæ requiruntur, vt concludit *Gabr. ī tit. de teſtib. concl.* 5. *num.*9.quem refert *Randenſ. in cōſ.*49. *nu.*13.*& 69. Flami. Cart. de exequut. capt.bān.in prafat.nu.*87.*Bonad. d.c.*1. *nu.* 68.*& ſeq.* quamuis aliud ſentire videatur *nu.*219.qđ meo iudicio procedet in Regno illo, in quo forte poſt ſequtam reſidentiam,tradātur reo atteſtationum copiæ,& alia acta, id qđ in Viſitatione huius Regni prohibeī, vt ex pluribus admonet *Io.Rox.in tra-*
36 *cta.de hares.p.*2.*nu.*228.& ppea † cautela bona eſſet, vt officiales Viſirandi antequam informatio ſecreta per Viſitatorem incipiatur, liſtā,ſeu memoriale traderent ipſi Viſitatori, cum nominibus teſtium inimicorū, & ſuſpectorum,vt ab eis dicta nō recipiat, ſecundum *Bar.in tract.de conſil.habent. per official. aſſeſ.in princ. A Zeued.ī d.l.* 10.*nu.*20.*verſ.& ideo.*
37 Præterea † in huiuſmodi cauſis debet Viſitator admittere quærelas partium accuſantium,ad tex.*in l.vnic. C. vt om.iud.* ibi,*vt pateat omnibus facultas libera ſuper furtis, aut criminibus quarimoniam commonēdi*, & in his cumulari poteſt ciuilis, & criminalis actio, cum extraordinariè procedaī, nec curatur de apicibus iuris, ſed proceditur inſpecta veritate, *ex Bald. in Rubr. C. de pan.iud.mal.iud.*& optimè tradit *Homod. in tract.de Syndicat.nu.* 216. *A Zeued.in l.*12. *num.*4. *tit.*7. *lib.* 3. *recop. Bonad.lib.*5 *polit.c.*1.*nu.* 238. & ita alias fuit ſeruatum, eo quia in ſententijs latis cōtra multos Viſitatos à Doctore Gregorio Brauo olim Viſitatore,fuerunt plures officiales condemnati ad pœnam Regio Fiſco applicatam,& ad ſatisfaciēdum intereſſe, & damna partibus quærelantibus, quamuis Viſitatio hæc,quæ ad inſtantiam partis procederet, fieri deberet publicè,& non ſecretè,vt ſentire videtur *Bonad. lib.*5.*polit. c.*3. *num.*4. *Homod.d.nu.*217. *Cum. de Synd. c.*4.*n.*4. maxime vbi non concurreret eſtorſio, vel concuſſio iudicis, in quo caſu fortaſſe ſecreto modo procedi expediret.
38 Sic etiam † curare debet Viſitator, ſeu Syndicator ne officiales viſitādos, & ſyndicandos in carceribus detrudī faciat, cum ſufficiat ſub fideiuſſione de iudicio ſiſti, & ſe præſentando eos relaxare,vt ſentit *Homod.de Sydic. nu.* 206.*Bald.in ſimili tract.nu.*6. *Caſtald. nu.*292.*Cum. capi.*11. *Batard.ad Clar. q.*46.*nu.*42.*Farin.q.*33.*nu.*54.*&* 55.
39 maxime † ſi ex probatis veniret puniendus pœna pecuniaria,vt tradit *Bonad.in d.lib.*5.*polit.cap.*1.*num.*84.*cum*
40 *ſeq. & num.* 106. licet ſecus eſſet † vbi cauſa eſſet ardua,& culpæ reſultantes contra officialem,eſſent grauiſſimæ,& plenè probatæ,quibus in caſibus iuſtè poſſent in carceribus detineri, ſecundum *Bald. & alios* quos refert *Cancer. var. reſol.lib.*3.*c.*12.*nu.*17.*& Canalc. de brach.reg.p.*5.*n.*95.& ſi ſtāte inhabilitate præſtādi ſufficeret iuratoria cautio *Becc.conſ.*1.*per totum.*

Rurſus aduertēdum eſt, quod cū
41 † Viſitatio duret per plures annos in Regno, vt practicatū vidim⁹, nulli dubium

bium est, quin Visitator teneatur concedere licentiam Visitandis, constituto prius Procuratore, vbicumq. non venirent puniendi pęna corporali, ad tex. *in l. 1. ff. an per alium cauſ. appell. Soc. in cap. veniens, de accuſ. Put. de Syndic. nu. 40. Bouad. d. c. 1. nu. 77. Cum. de Synd. q. 17. n. 49. Baiard. ad Clar. §. fi. q.*
43 *73. nu. 5.* quamuis† in causis Syndicatus consueuerit ab Excellentiss. Prorege cum voto M. R. C. huiusmodi licentia se defendēdi per procuratorem sępissime concedi, ad notat. ꝑ *Azeue. lib. 23. nu. 8. tit. 7. lib. 3.*

44 Curare item † debet Visitator, vt concurrente aliqua iusta causa, vel occultationis bonorum, vel fugę, officiales visitandi pręstent fideiussionem de iudicio sisti, ad tex. *in l. in oībus, ff. de iud. l. si fideiussor, §. fi. ff. qui satisd. cogant. Bar. in l. Pratoria stipulationes la 3. ff. de Prætor. stipulat. Menoch. de arb. iud. caſ. 139. Affl. dec. 170. Gomez. in l. 66. Taur. num. 2. Auil. in c. 3. Prat. gloſ. pregonar, num. 21. Azeued. l. 23. nume. 15. lib. 3. recop.*

45 Rursus† debet Visitator concedere terminum competentem visitatis ad se defendendum, ipsumq. sæpius prorogare, si ita conuenire videatur, alias esset illis defensionem denegare, *l. defensionis facultas, C. de iur. fiſc. lib. 10.* maxime in huiusmodi secreto modo procedendi, vt notat *Raudenſ. in d. responſ. 49. ſub nu. 7. & reſpon. 50. nu. 34. Azeued. in l. 13. n. 11. cum ſeq.* vbi etiā
46 † ponit testes admittendos pro defensionibus officialium.

47 Sic etiam† non debet Visitator admittere libellos secretò, vel de nocte emissos ꝑ fenestras absq. subscriptione, cum certiorem facientes de delictis aliquorum officialium, ad tex. *notab. in c. Inquiſitionis, §. tertiæ dubitationis articulus extra de accuſa. ibi, Nec ad petitionem eorum, qui libellum infamatonis porrigunt in occulto procedendum eſt ad Inquiſitionem ſuper contētis ibidem criminibus faciēdam*; vbi *gloſ.* subdit, huiusmodi tales puniēdos esse, *c. quidam 5. q. 1. Spec. in tit. de magiſt. §. 7. n. 10. Baiard. ad Clar. §. fi. q. 73. num. 42. Menoc. cōſ. 94. nu. 18. vol. 1.* nam †dete-
48 riores sunt tales, quàm illi, qui substantias, & aliorum prædia diripiunt, *c. deteriores, & c. ex merito 6. q. 1.* cum similibus ibi relatis, *Bouad. d. lib. 5. c. 1. num. 74. & 75.* addens contrariū practicari, per aliquos visitatores, prout in Regno seruatum fuisse vidimus in vltima Visitatione; sed ex prædictis practica hæc videtur contra iuris di-
49 spositionem, & non† sine causa tempore regiminis Ducis Ossunæ vidi cōtra huiusmodi tales, quādo de eis notitia habita fuit, procedi ad carceratione̅, & eodem incontinēti eosdem libellos
50 laceratos, & concrematos, † Prnceps enim minime libellis ipsis, & accusationum capitulis ita clanculò emissis fidem adhibere debet, nec illico crimina in eis contenta inquirere aduersus honorem, & bonam aliquando magistratuum famam, qui vt diffamen̄t, & eorū honor penitus ammittat̄, scelesti quidam homines, & vt plurimum ab eis inquisiti, & carcerati, non zelo Iustitiæ, sed ex odio particulari componere consueuerūt, ad not. *per Spec. ī tit. de Inquiſ. §. 2. verb. vt autem*, vbi subdit, quod prælati nō debēt passim recipere cartulas, quas frequenter rustici ꝯ suos rectores clāculò offerunt.
51 Intantum quod† super similibus cartulis sic extraiudicialiter ꝓductis expresso, vel suppresso nomine authoris, etiam si testes delicti nominentur, & eorum copia exhibeatur, non est iudi-
52 cialiter procedendum, alias† processus esset ipso iure nullus, *d. c. Inquiſitionis, de accuſ. Clar. in §. fi. q. 5. nu. 4. Auil. ī c. 2. Prat. verb. en iuſtitia, n. 18. Segur. in direct. iud. p. 2. c. 3. nu. 10. Alex. Ambroſ. dec. 50. n. 30. Menoc. d. conſ. 94. nu. 18.*

53 non tamen negarem † quin super huiusmodi cartulis posset Visitator, seu quicunque alius magistratus mediam viam eligere, vt ne facile in eis cōtera credat, nec penitus mentiri p̄sumat, sed cautè, & extraordinariè se informare, atque prudenter attendere, vtrū in eis contenta veritati nitantur, verisimilia sint, ac comprobari queant, vt sic veritas dilucidari valeat, & omnibus benè perpensis, si oportuerit illico inquirere possint, ad notat. *per Petr. de Greg. Tholos. syntag. iur. lib. 32. c. 13. n. 8. vers. idque citra iudicij formulā*, nec pariter reijciendos esse arbitror huiusmodi nocturnos delatores, qui plerūque propter delinquentium iustū metum, & alias iustas causas detegi, & manifestari fugiunt, nec eos exasperare decet, vtcumque moueātur, siue zelo iustitiæ ducti, siue odio, & inimicitia moti huiusmodi crimina propalent, nam sæpe sæpius grauia delicta detegunt, & alij fortè ita deterriti prodere amplius crimina pertimescerent, sed, vt dixi, id agendum erit, vt ipsius delatoris ad testium nomina, & cōditionem, eorumque habitationem, pariterque delicti tempus, & qualitatem examinent, & omnia alia, quæ circa id magis opportuna videbunt̄ distictim in extranea carta describat, vt inde negotio benè examinato, & discusso, inquirat, vel procedere omittat, prout negotij qualitas exegerit; Illud scio

54 quod† huiusmodi delatores perniciosissimi sunt Reipublicæ, & non sine causa olim à Romanis interempti, vt refert ex multis *Bouad. d. libr. 5. polit. c. 1. nu. 75. & seq.* de quo in alio loco verba fecimus.

55 Sic etiam debet Visitator, seu Syndicator bene se gerere cum officialib⁹ Visitandis, seu syndicandis, ad tex. *in l. Proconsul. ff. de offic. Procons. Ioan. de Plat. in l. 2. C. de Præfect. Prat. nu. 2. lib. 12. Aufl. in c. 1. Prator. glo. Durāte, nu. 7. & seq. & in c. 1. syndic. glo. 1. nu. 12. Burgos. de Paz in pract. 1. tom. c. vnico, 8. par. nu. 14. Bouad. lib. 5. polit. c. 1. nu. 50.* vbi ampliat etiā ab omnibus alijs de populo, & huc pertinet, qđ ī huiusmodi Visitationibus generalibus hoc idem per generale proclama sub grauissimis pœnis inhiberi vidimus, vnde cum interrogantur debent sedere, ad tex. *in l. 3. C. vbi Senat. vel clariss.* quāuis aliquantulum inferius, & non superius, vt notat *Bal. ibi num. 2.* eo maxime in visitatione, vbi Regij Cōsiliarij de supremis magistratibus inquiruntur, prout semper seruatum fuisse audio de consuetudine etiam coram magnis iudicibus, vt testatur *Caball. resol. crim. cas.* 54. subdens, quod est vrbanitas conueniens.

56 Modus† autem procedēdi in Syndicatu ponit̄ per practicos scribentes *Cumi. & Iorlan. Siculos ī tract. de Syndica.* & amplissimè *per Paris. de Put.* & post eum *Frācis. Carrab. ī eius nouissima praxi Regni Neapolitani*, ad quos recurrendum erit.

SVMMARIVM.

1 *Visitator Generalis, siue Syndicator antequā visitare, vel syndicare incipiat, debet literas sua commissionis præsentare, nec sufficit præsentare, nisi pariter per officiales loci sint exequuta, & n. 2. Sed quid respectu validitatis actorū, & processus, vide n. 3. & an præsentatio sit facienda parte citata, d. nu. 3. & nu. 4.*

5 *Syndicator debet officiales Syndicādos ab officio suspendere si illos adhuc officium administrantes reperiat, vbi limita in officialibus accusatis ad instantiam partis, & assignatur ratio.*

6 *Syndicator, seu Visitator generalis antequam incipiat syndicare, aut visitare officiales, debet facere promulgari bannum.*

Ban-

7 *Bannum Visitatoris generalis cōtra officiales huius Regni non habet terminum præfixum, & sic differt à banno Syndicatoris in quo instātia ad querelandum est dierum quindecim, vel minus Syndicatoris arbitrio remissa, & num.* 8.

9 *Bānum Syndicatoris qualiter in Terris, & villis sit promulgandum.*

10 *Syndicator durante tempore in Banno præfixo ad querelandum debet in loco persistere, & commorari.*

11 *Terminus in Bāno præfixus per Syndicatorem ad querelādum si sit elapsus, amplius procedi non potest, alias processus est nullus, & num.* 12. *amplia num.* 13.

13 *Termino elapso ad aliquid faciēdum illud amplius fieri non potest.*

14 *Causæ Syndicatus etiam in diebus feriatis agitari possunt.*

15 *Visitator generalis, seu Syndicator potest sibi eligere particulares fiscales, alios officiales necessarios pro visitatione, & Syndicatu.*

16 *Visitator generalis, seu Syndicator debet ante visitationem, vel syndicatum sibi domum particularem eligere in qua ius reddere possit, qui locus partibus tutus, & honestus existat, & nu.* 17.

18 *Iudicium vbi ceptum est ibi finiri debet per syndicatorem, limit. nu.* 19.

20 *Visitator generalis, seu syndicator potest vt suspectus recusari, & assignatur ratio, num.* 21.

Prorex potest vt suspectus recusari sub nu. 20. *& assignatur ratio, nu.* 21.

22 *Suspicionis causa coram Regijs Tribunalibus proponi potest.*

ARGVMENTVM.

De Actis faciendis per Visitatorem, & Syndicatorem.

CAPVT III.



1 VISITATOR † generalis, siue Syndicator statim atque ad locum visitationis, vel syndicatus faciendi se appulerit, antequā ad alia acta deueniat, debet literas suæ commissionis præsentare ad effectū acquirendi iurisdictionem, secundum *gl. & & Doctores in cap. cum in iure peritus, de offic. delegat. & in capit. vt debitus, de appellat. Felyn. in capit. cæterum, de rescript. Cumia in prax. de sindicat. ca p.* 1. *Gabriel in tit. de execut. rei iudicat. concl.* 3. *ampl.* 2. eo magis vt recognoscantur ab omnibus vti tales *ad tex. in l. vnic. C. de mandat. princip. Menoch. de Arbitr. lib.* 1. *quæst.* 76. *cum alijs similibus*; 2 nec † sufficit si sint præsentatæ, nisi pariter per officiales eiusdem loci exequantur, vt dixit *Aretin. in l. & si sua, col.* 1. *vers. ex his infertur ff. de acquir. hæredit.* 3 prout † etiam circa validitatē actorum, & processus per sindicatores cōpilādos (quidquid sit in visitatore) necesse est, vt literę p̄dictę cōmissionis præsententur citatis officialibus sindicādis, adnotat. *p Fel. ī d. capit. cum in iure peritus sub nu.* 5. *vers. at casus de offi. delegat. Angel. in cons.* 139. *Roman. cōs.* 336. *Roland. cons.* 29. *nu.* 22. *vol.* 1. *Bursat. cons.* 74. *num.* 6. 4 Quæ quidem † præsentatio parte citata satis interuenire dicitur, quando in ipso processu adessent literę commissionis sindicatus, licet ad id specifice non fuisset pars citata, sed facta fuisset generaliter ad p̄sentationem scripturarum, seu protestatorum, vt sentire videtur *Innoc. ī d. cap. cum in iure peritus num.* 5. *vers. alij tamen*, & faciunt notata per *Riminal. in cōs.* 352. *vol.* 2. & ita seruatum fuit, prout ego vti sindicator aliquādo practicaui,

ćticaui, nam in processibus vnà cum
protestatis præsentaræ fuerunt literæ
commissionis, citari faciendo officialē
prosequutū ad p̄sentationē p̄testato-
5 rū. Dēr pariter † Sydicator officiales
syndicādos suspendere absq. aliqua
cāæ cognitione, si adhuc in exercitio
officij reperiat, vt dispositū est per cō-
stitut. pragmaticales *capit. 12. Aniles
cap. Prat. 5. verb. suspendido num. 3. &
post Paris. de Put. tradit Cancer. varia.
resolut. lib. 3. cap. 12. nu. 142.* vbi ex le-
gibus particularib. illi' Regni limitat
in officialibus accusaris ad instantiā
partium, eiusque ratio est vt liberè in-
formatio fieri possit, & testes liberè
eorū depositiones præstare, & partes
querelas proponere, quod aliàs facere
non anderent vt dixit *Guttier. libr. 1.
pract. q. 39. nu. 1. Azeued. l. 1. nu. 16. &
l. 14. nu. 3. tit. 7. lib. 3. Bonadill. lib. 5. po-
lit. cap. 1. nu. 190. cum seq.*
6 Inde deueniendum est † ad promul-
gationem banni pro porrigēdis que-
7 relis, licet bānum † visitatoris genera-
lis valde differat à bāno, quod emicti-
tur à syndicatore, illud siquidē gene-
rale est, nulla termini prefinitione cō-
stitutum, sed tantum vt eius potestas,
& iurisdictio omnibus innorescat, ad
instar Præsidis prouintiæ, secundum
*Specul. in tit. de legat. §. super rest, in cap.
propter hoc Apostolica sedis Legati, &
ibi Io. Andr. in §. fin. col. 7. vers. liquet,
Bart. in l. prohibitū C. de iur. fisc. lib. 10.
Cumia de sindicat. cap. 2.* quāuis in Re-
gnis Hyspaniarum apponatur termi-
nus triginta dierū vt aduertit *Bonad.
lib. 5. polit. c. 1. num. 258.* Bannum vero
8 Syndicatoris † est limitatum infra dies
quindecim tātum, vel minus, arbitrio
ipsius Syndicatoris à die eius publica
tionis, iuxta formam *Capitulorum Re-
gni, & Constitutionum pragmaticalium,*
vt detur notitia quod ī loco adsit Syn
dicator pro officialib' Syndicādis, ad
effectum, vt quætelare volentibus sit
notum, & manifestum, cum cōmina-
toria, qd̄ termino elapso non audiun-
tur amplius, de quo per *Paridē de Put.
in tit. officium Syndicatoris quod sit, in
verb. officialis, cap. 5. & 6.* vbi etiā po-
9 nit † modum publicationis huiusmo-
di banni tam in Ciuitatibus, quàm in
villis *Vrsill. ad Afflict. dec. 290. Azeue.
l. 10. lib. 3. tit. 7. nu. 6. Boss. in pract. tit.
de offical. pecun. corrupt. nu. 32. Aniles
in cap. 3. sindicatus verb. Pregonar, nu.
1. cum seq.* subdens quod durante di-
10 cto † tēpore debet Syndicator ibi per-
sistere, & commorari *ad text. in l. si
pupillus §. prascribere ff. de inst.* vt eius
authoritas non deficiat; in tantum
11 quod † eo elapso, processus ad vlte-
riora penitus excluditur, vt per *Mar-
sil. cons. 69. Bertazol. cons. 71. num. 1.
12 & 2. volum. 1.* & † processus redderetū
nullus, *Vant. de nullit. ex defect. inha-
bil. comp. n. 51. & seq. Flamin. Cartar.
dec. 85.* quos refert, & sequitur *Can-
cer. var. c. 12. libr. 3. num. 25.* vbi ait,
13 quod † vbi est terminus ad aliquid fa-
ciendum statutus, ille, qui facere de-
bebat, non auditur post terminum,
nam eo ipso, quod permisit labi tem-
pus, fuit aduersario ius quæsitum, qd̄
postea tolli non valet, secundum *Ca-
strens. & alios*, quos ipse allegat *Clar.
in §. fi. q. 51. ver. hoc etiam Carpan. su-
per stat. Mediol. c. 33. litera A.* idque
etiam procedit in diebus ferialibus, in
14 quibus causa Syndicatus fieri permit-
titur, cum agatur de publico interesse
*Bal. in d. §. proficisce, q. 10. Homod. de
Syndic. n. 182. & seq. Anil. in c. 3. Syn-
dic. nu. 14. Paris. de Put. de Syndic. in
verb. Feria, Mier. super constit. Catalo.
Syndic. c. 9. nu. 40. Cancer. in loco cita-
to, nu. 28.* & est prouisum per *cōstitut.
Pragmaticales in §. 21.*
15 Sic † etiam Visitator, seu Syndica-
tor potest, pro inquisitione facienda
eligere particulares fiscales, omissis or-
dinarijs ex potestate sibi ī literis com-
missio-

missionis concessa,& *ex ca. cõstit. pragmatical.* 20. de quo per *Affl. ĩ constit. volumus, nu.* 11.& pariter alios officiales pro Syndicatu necessarios, & ante
16 †omnia eligere domum, vbi ius red-
17 dere habeat, qui locus† partibus honestus, & tutus existat, *cap. nouit, de offic. deleg.* cum similib. relatis per *Cum.*
18 *in sua prax. cap.* 3. q. subdit, quod † vbi ceptum erit iudicium, ibi finiri debet,
19 nisi† ex aliqua iusta causa Syndicatori locum mutare visum fuerit, ad notat. per *Alber. in l.* 1. *& l. cum sentẽtiam, C. de sent. Vãt. de nullit. tit. ex defect. iurisd. num.* 11.

20 Nec ommittendum erit, quod† officialis poterit in suspectũ recusare visitatorem, & syndicatorem, prout de Prorege diximus *in decis.* 151. *nu.* 77. & de syndicatore tradit *Paris. de Put. de syndica. in ver. suspitio Anibal Troisi. super prag.* 38. *de syndicat. official. nu.*
21 7. vbi ait quod† quando quis est obligatus stare iuri, intelligĩt arbitrio boni viri, & bonus vir non arbitrabitur, quem stare iuri coram iudice suspecto *l. vir bonus, cum ibi notat. per glos. ff. iudicat. solu. clemen. pastoralis, de iudic.*
22 & † si coram regijs Tribunalibus proponendã esse suspicionem dicat *Frãc. Carrab. ĩ prax. syndicat. nu.* 51. *fol. mihi* 13. *Bonadill. lib.* 5. *politic. cap.* 1. *num.* 236. *& seq.*

SVMMARIVM.

1 *Officiales oẽs qui iustitiam administrauerunt visitari, & syndicari debent.*

2 *Visitator generalis hodie ex forma capitulorum Regni quos officiales visitare debeat, & num.* 5. 6. 7. 8. *&* 11. 12. *&* 13.

3 *Magistri Iustitiarij, Cancellarij, & Camerarij officia hodie sunt sublata.*

4 *Praeses Magna R. C. fuit subrogatus in locum Magistri Iustitiarij tamquam eius Locumtenens.*

6 *Visitatio generalis singulis vigĩti annis fieri consueuit.*

8 *Extentio de vno casu excepto ad aliũ casum similem, & habentem parem rationem fieri permictitur.*

9 *Prorex est immunis, & exemptus à visitatione, & syndicatu, & de ratione num.* 10.

10 *Magistratus supremi non debent visitari, & syndicari.*

12 *Barones vassallorum nõ visitãtur, prout caeteri officiales per generalem Visitatorem.*

13 *Deputati Regni nõ visitantur per generalem Visitatorẽ, prout alij officiales perpetui.*

14 *Officiales syndicandi post depositum officium qui sint.*

15 *Visitatio generalis in quo loco fieri debeat, arbitrio Visitatoris relinquitur. Syndicatus in quo loco fieri debeat sub num.* 15.

16 *Officialis aufugiens potest vbiq. puniri.*

17 *Officiales post depositum officium debẽt publicè commorari in loco, vbi administrauerunt, ad hoc vt syndicentur, sed per quãtum tempus, vide ibidem, & num.* 18. *&* 19. *cum seqq.*

18 *Officiales ĩ Regno debent esse ciues illius Ciuitatis, in qua officium exercent, ampl. & limit. num.* 19.

20 *Officiales debent praestare fideiussionem destãdo syndicatui. limita in officialibus perpetuis, qui sunt subditi Regia visitationi generali, nu.* 22. *& de cauthela p huiusmodi fideiussionibus praestandis, vide nu.* 21.

24 *Officiales tempore syndicatus tutissimam habent de iure securitatem, prout tempore, quo erant in officio, concedebatur.*

25 *Officiales durante syndicatu an possint arma deferre.*

AR-

ARGVMENTVM.

De personis visitandis, & syndicandis, & in quo loco.

CAP. IIII.



1 MAGISTRATVS† omnes, q. iustitiã administrauerint, possunt visitari, & syndicari, vt supra latè *in capit.* 1. discussimus, verū-
2 tamen est† quod ex forma *capitulorum Regni* 363. *&* 364. *sub Alfonso Rege* visitantur tantummodo per Suam Catholicam Maiestatem Magister Iustitiarius, Cancellarius, & Camerarius,
3 quorum† officia hodie sũt aboleta, sed vt alias diximus *in lib. praecedent.* loco
4 Magistri Iustitiarij fuit † subrogatus eius Locumtenens, qui est Praesidens
5 Magnae Regiae Curiae. Sic etiam † visitantur Admiratus, Magistri Rationales, Prothonotarius, Thesaurarius, Conseruator, Magister Portulanus, Magister Secretus cũ omnibus secretis Regni, caeterique omnes Officiales Patrimoniales, & gẽtis bellicae, & alij Officiales pecuniam Regiae Curiȩ administrãtes, necnon & Officiales per-
6 petui, † quorum inquisitio, seu visitatio est reseruata Regiae Maiestati, qñ sibi libuerit, & vt dixi, fieri consueuit
7 singulis viginti annis, & quãuis† in eisdẽ capitulis inter Magistratus Regiae Maiestatis exceptos, & visitationi subditos nõ sint enumerati Aduocati, & Procuratores fiscales, attamen vti officiales perpetui cõprehendũtur, quia
8 de† vno casu excepto ad alium casum similem, & habẽtem parem rationem fit extensio, *gl. & Doct. in l.* 1. *C. de condict. indebit.* & in specie dixit *Boiern. in addict. dicti capit.* 364. motus ex illis verbis, (*li altri vero officiali superiori*) per quae verba exceptuantur oẽs perpetui, quorum syndicatus est reseruatus Regiae Maiestati, & propterea videmus in literis ipsius Visitatoris generalis dispositũ, qđ habeant visitare Aduocatos, & Procuratores fiscales, tam Magnae R. C. quàm Regij Patri-
9 monij, licet† ex particularib⁹ decretis Regijs ab huiusmodi visitatione immunis sit Illustrissimus, ac Excellẽtissimus Prorex iuxta Platonis dictũ *lib.* 6. *de legib.* ibi, *Nemo Iudex Magistratusue sit, qui gesti officij sui rationem nõ referat, preter eos, qui Regum instar finem rebus imponũt*, quod obseruandũ esse ait *Simanc. de Republ. lib.* 7. *cap.* 23.
10 cum† non cõueniat summorum iudicum authoritatem exponendam esse calũnijs, & accusationibus impuden-
11 tissimis subiectorũ, & si † eorũ Secretarij, & Officiales visitentur, sic ẽt exi-
12 muntur vassallorũ† Barones, vti refert *D. de Põt. ĩ tract. de potest. Proreg. tit. de elect. official.* §. 1. *num.* 62. vbi testatur ita per Catholicam Maiestatem fuisse
13 declaratum, & pariter † nostri Regni Deputati, vt diximus *supra in lib. praecedent. capit.* 15.
14 Caeteri autem Magistratus† vt sunt Iudices Magnae R. C. Sacrae R. Conscietiȩ, & alij omnes officiales inferiores syndicãtur eo modo, quo supra dictum est capit. 2. de quibus omnibus fit expresse mentio *in cõstitut. pragm.* nec contra alios ibi non enumeratos potest absq; expressa commissione per syndicatores procedi, etiam ad captu ram informationum, vt ibi *cap.* 7. declaratum est, ne hic idem repetamus.
15 Locus† autem, in quo visitatio fieri debet, arbitrio ipsius Visitatoris remittitur ex amplissima potestate sibi cõcessa, vltimam tamen, & praecedẽtem factam vidimus in Vrbe Panormi, & per aliquod temporis spatiũ Messanae

prima-

primarijs Regni Vrbibus, in quibus Curia, cũ omnibus magistratibus residere consueuit, & sic in locis, vbi officiorũ administratio facta fuit, prout est prouisum in Syndicatu per *Capitulum Regni 64. sub Carolo Imperatore*, nisi aliqua vrgentissima causa excusaret, ad text. *in l. 1. C. vt omn. iudic. l. 1. & 2. C. vbi Senat. vel clariss. & ibi Doctores*, & præcipue *Salycet. & l. 1. C. vbi de crim. ag. oport. cum similibus, l. 1. C. ad legem Iul. repetund. Catald. de Syndica. quæst. 27. Parif. de Put. in cap. syndicatus officium quid sit, versic. officiales cap. 8. num. 3. Anibal. Troisi. super pragmat. de Synd. official. num. 3.*

16 & si† aufugerit officialis posset vbique puniri, ad text. *in l. nullus, C. de senten. Farinac. de Inquisit. quæst. 7. num. 18. Baiar. ad Clar. §. fi. quæst. 73. num. 45.*

17 Et propterea † debent magistratus de iure communi post depositum officiũ residere in eodem loco per 50. dies, *l. 1. C. vt omn. iudic.* idemq. tempus cõstitutum est de iure *constitut.* Regni *in constitut. volumus*, vbi *Do. Carol. Tap. a Zened. l. 20. titu. 7. lib. 3.* & quamuis in Regno *per Capitulum praditum 364. sub Alfonso Rege* dispositum sit, quod possint eo in loco per semestre Syndicari, nec dicat, quod debeant ibi commorari, id tamen fa-

18 ctum fuisse arbitror, quia † in Regno officiales debent esse ciues illius Ciuitatis, in qua exercẽt officium, exceptis

19 † aliquib⁹ Iustitiarijs, seu Capitaneis, & sic non fuit opus hoc disponere, quia præsumitur, quod quilibet teneat desposito officio moram trahere in eius domicilio, maximè in exteris, qui debent esse Regnicolæ, & præstãt

20 † fideiussionem de stando Syndicatui, iuxta formam *Pragmatica, & constit. Regni, volumus, & constitut. item Statuimus*, & notat latissimè *per Auil. capit. 3. Prætor. n. 10.* vbi multa tradit in materia, *& Franc. Viui. decis. 47. nume. 10. Caualca. de Brach. Regio, par. 5.*

21 *num. 13.* qui dat † cautelam pro fideiussionibus præstandis in huiusmodi

22 Sydicatu, licet † ad eam præstandam non teneantur officiales perpetui subditi Regiæ Visitationi, vt docet *Do. de Pont. de potesta. Proreg. tit. de elect. official. §. 6. num. 17. & 18.* quod fundatur ex dispositione iuris cõmunis, ad tex. *in l. penul. C. de muni leg. lib. 11. l. 1. C. vt omnes iud. §. necessitatem, vt iud.*

23 *sin. quoq. suffrag.* & ob id † præsumitur quod in Regno moram faciant, & de facili scire possunt aduentum Syndicatoris in locum, vbi Syndicari debẽt, ibique accedere ad standum Syndicatui, quos etiam quod absentes sint, nulla causa poterit excusare, quin ad locum administrationis officij accedãt, secundum *Rondinell. de Syndicat. num. 110. Paris. de Put. de Syndicat. in verb. Indices ad Syndicandum, qui sint, capit. 2. num. 17. & in verb. officiales, cap. 8.* hinc est, quod stare cogãtur in locis publicis, & popularibus, vt omnibus pateat ius reclamandi contra eos de ijs, quæ gesserunt in officio, *d. l. 1. C. vt omn. iud.* nec debent stare in Palatio, vel in domo abscõdita, vt latè proabt *Paris. de Put. in d. c. 8.* maxi-

24 mè † quia tempore Syndicatus tutissimam habent de iure securitatem, prout tempore, quo erant in officio cõcedebatur *Angel. in l. in vnum. ff. de testa. milit. Catald. de Syndicat. q. 17. & Rondinel. ibidem, num. 268.* cum adhuc remaneant reliquæ dignitatis, ad tex. *in l. 1. C. vt caus. post pubert.* de quo latè dixi ad Indultum *cap. 36. num. 9. Vinc. de Franch. decis. 713. nume. 6.* & licet

25 † secundum *Paris. de Put. in dict. ver. officialis, cap. 1. num. 4.* officiales durante Syndicatu non possint portare arma, attamen de consuetudine id non seruatur, vt notat *Ioan. Vincent. de Anna in Const. si quis aliquem.*

SVMMARIVM.

1 *Visitatio generalis officialium est reseruata arbitrio suæ Catholicæ Maiestatis, illudque tantum seruatur, quod sibi visum fuerit, & n.2.*

2 *Visitatio generalis officialium singulis viginti annis fieri consueuit.*

3 *Visitatio officialium, licet singulis viginti annis contra omnes fieri consueuerit, attamen ante tempus Visitatores particulares contra aliquos officiales supremos à Domino Rege nominati fuere.*

4 *Officiales hodie non possunt syndicari, et conueniri, nisi post depositum officiũ, & non ante, ampl. n.5.6.7. & 9. lim. nu.8. & 10. cum pluribus seqq. vsque ad finem.*

11 *Officialis si conueniatur durante officio potest excipere de tempore syndicatus, & de ratione n.12. & 13.*

14 *Officia in promiscuis actibus turbari nõ debent.*

15 *Officiales minores nõ habentes dignitatem, sed tantum administrationẽ, possunt durante officio conueniri.*

16 *Officialis si conuincatur de Barattaria potest durante officio conueniri, ac illo priuari, & n. 17.*

18 *Officialis conuictus de nimia negligẽtia potest durante officio syndicari, & cõueniri, ac etiam illo priuari.*

19 *Officialis si videat aliquos rixari, & nõ se interponat, potest officio priuari.*

20 *Officialis propter nimiam eius sæuitiam potest officio priuari.*

21 *Officialis si nõ habet integram familiã, pro qua percipit salariũ, potest durãte officio syndicari.*

22 *Officialis si pro officio habendo, dederit pecuniam, potest durante officio puniri, ac illo priuari.*

23 *Officialis propter longam, vel incurabilẽ infirmitatem potest officio suspendi.*

Officialis non admittens appellationem ad superiorem, potest durante officio syndicari.

25 *Barones, Comites, & similes possũt quãdocumq. conueniri.*

26 *Officiales perpetui possunt durante officio conueniri, & ibi ampl. intellige vt num. 27.*

27 *Prorex non potest syndicari, intellige vt n.28. & 29.*

30 *Officialis, qui aliquid per iniuriam aufert à subdito Regis, aut eũ iniuriat, potest durante officio puniri.*

31 *Officialis potest durãte officio cõueniri, quando actio est tempore peritura, declara vt nu.32.*

33 *Oficialis põt durante officio conueniri à personis non subditis eius iurisdãoni.*

34 *Officialis durante officio põt tantum accusari, sed executio, & inquisitio finito officio locum habet.*

35 *Officialis, qui pro delicto venit officio priuandus, potest durante officio cõueniri, & assignatur ratio, sed quid si pro tali delicto post finitum officiũ conueniatur, vide nu.36.*

37 *Officialis, licet durante officio non possit syndicari, & conueniri, tamen si Princeps aliud mandauerit secus erit.*

38 *Officialis ad beneplacitum potest durãte officio conueniri, & assignatur rõ.*

Officialis ad beneplacitum æquiparatur perpetuo, sub nu.38.

39 *Officialis temporalis si in officio confirmetur, durante officio potest syndicari, & assignatur ratio, sed declarã vt ibidem.*

40 *Officium prorogatum quando dicatur idem, vel diuersum, ad hoc vt habeat locum syndicatus, & nu. 41. & 42.*

41 *Officialis, qui aliud officium obtinuerit, potest de primo officio syndicari pendente secundo lim. n.42.*

43 *Officialis non potest ad aliud officium promoueri antequam syndicetur, sed contrarium seruatur, declara vt numer. 44.*

45 *Officialis si durãte officio sit cõuenien-*

de-

debet interim ille suspendi, intellige & declara vt nu.48.

46 *Officij suspensio quãdo dicatur perpetua, vel temporalis.*

47 *Officialis durante officio, quando sit ab officio suspendẽdus, & quid ĩ officiali perpetuo in visitatione generali, & quæ requirãtur, nu.49.*

48 *Officialis si durante officio sit ab illo suspendendus, quæ probationes requirãtur, & an debeat audiri in iudicio suspensionis.*

ARGVMENTVM.

Quo tempore competat hoc ius Visitandi, & Sindicandi.

CAPVT V.



1 ISITATIO Generalis † Magistratuum vigore capitulorum Regni, vt diximus reseruata est ad libitum Suæ Catholicæ Maiestatis, ad tex. *in §. si quis in auth. vt iud. sine quoq. suff.* & fuit doctrina *Bal. in l.obseruare §.proficisci, ff.de offi.Procõs. & in tract. de Syndic. in fi. Affl. in const. Statuimus, vt magna, nu.49. Homod. de Sindic. nu.46. Cancer. var. resol. lib.3. c. 12. nu.100. Ant. de Ball. lib.6. tract. crimi. q.3.* vbi ait, † quod ex forma capitulorum Regni nullus datus est mod⁹ procedendi circa officiales Regiæ Visitationi subiectos, sed tantum illud seruatur, quod Domino Regi placuerit, eamq. Visitationem singulis viginti annis in circa fieri receptum est, q̃-
3 uis † aliquando contra aliquos ex supremis magistratibus nominati fuerint particulares Visitatores, vt adnotauimus *in lib. praecedẽt. cap.6. nu.141.*
4 sed in materia † Syndicatus, licet per *cap.22. sub Rege Alfonso* disponatur quod possint officiales Syndicari tempore, quo in officio existunt, vel etiam post depositum officium, attamẽ per aliud *cap.7. vers. item videtur sub Rege Martino, & cap.364. sub eodem Alfonso* decretum est, quod post depositũ officium debeãt officiales Syndicari, & non ante, idque cõcordare videtur cũ dispositione *Constitu. Regni, volumus, de Syndic. official.* & cum traditis de iure communi *in l.nec magistratibus, ff.de iniur. & ibi Bart. & in l.2. ff.de in ius vocãd. §. si verò, & §. si quis autem præter, vbi glos. in verb. habentis, in Authent. vt iud. sin. quoq. suffrag. glos. in l. continet, in fi. ff. quod met. caus. Bar. per illum tex. & ibidem cæteri Doctores in l. pars literarum ff. de iud. l. in ciuile, ff. de leg. Foll. in consti. Magister Iustitiarius nu.42. & 43. Afflict. in constit. statuimus, vt M.C. nu.48. vers. decimoquarto noto. Io. Ant. de Nigr. in cap.132. Regni Neap. tit. de Synd. num.72. Clar. in §. fi. q.16. vers. præterea. Caualc. de Brach. reg. par.5. num.1. Carpan. super Statut. Mediol. cap.480. num.9. litera M.*

5 Quæ quidem conclusio † tanto fortius procedet in maioribus magistratibus habentibus dignitatem cum administratione, secundum *glo. in d.l. nec magistratibus, ff. de iniur. Bar. Iacob. S. George. & alij in l. pars literarum, ff. de iud. Bonior. in add. ad d. cap. Regis Alfonsi 364. in verb. durãte,* prout in Re-
6 gno sunt Iudices M.R.C. qui † non possunt durante officio accusari, *ex prag. V inc. sub tit. de accus. non admitt.*
7 *contr. iud. M.R.C.* quæ † idem disponit de Delegatis ante expletam commis-
8 sionem, nisi † tantum ad instantiam fisci, de mandato tamen Excellentiss. Proregis, vel Præsidentis Regni, vt in eadem pragmatica expresse cautum
9 est; adeo vt † nec etiam ciuiliter conueniri possunt, & ẽcõtra nec ipsi alios conuenire, suasq; lites tentare, agere,

vel prosequi permissum est, vnde nec
Rei, nec actores esse possunt, Bar Ang.
& Iac. de S.Georg. ĩ d. l. pars literarum
ff. de iud. Homod. de Synd. n 42. & 46. ĩ
fi. idque cõfirmatum est in Regno ꝑ
Regiam Pragmaticam 10. sub tit. de of
fic. iud. M. R. C. & pariter per cõstitutio-
nes pragmaticales sub tit. de suspit. offi-
cial. §. 3. & 4. & per dispositionẽ cap.
136. sub Carolo Imperatore, excepta tã-
10 tum † causa spolij, vt alias fuit deter-
minatum, vel causis exequutiuis, vt in
dictis constitutionibus pragmaticalibus
continetur, de quo diximus sup. lib. 5.
11 c. 8. nu. 62. Intantum quod† si conue-
niretur officialis coram superiore du-
rante officio, posset excipere, expectan
dum esse Syndicatum, prout sæpissi-
mè in M. C. determinamus ad tradita
per Bart. in l. si tutor pupillo, ff. de au-
thor. tut. Alex. in l. de pupillo, §. si quis
ipsi, ff. de nou. oper. nunciat. Paris. de
Put. de Syndicat. in verb. durante offi-
12 cio, cap. 1. & 2. eo maxime † quod iu-
risdictio Syndicatorum in hoc defi-
ceret, cum in literis concedatur pote-
stas pro Syndicandis officialibus præ-
teritis, vt notat Catald. de Synd. q. 31.
Paris. de Put. ĩ d. verb. durante officio,
cap. 1. num. 4. vbi allegat Angel. in l. iu-
bemus, C. ad l. Iul. repetund. esset enim
13 † incompatibile iudicem eodem tem-
pore iustitiam administrare, & Syn-
14 dicari, quoniã promiscuis actibus nõ
debẽt officia turbari, ad tex. in l. consul
ta diualia, C. de testa. Caualc. de brach.
reg par. 5. nu. 4. & seq. quamuis prædi-
15 cta † cessare videantur in Magistrati-
bus minoribus non habentibus digni-
tatem, sed administrationem tantum,
prout sunt Consules artis, & alij simi-
les, secundum Iacob. de S.Georg. in d. l.
pars literarum, nu. 2. vbi etiam Bart. &
Angel. & facit text. & ibi glos. in dict.
l. nec Magistratibus, Homod. de Syn-
dicat. num. 42.
16 Vel† si officialis conueniatur, & cõ-
uincatũ de Barattaria, quo in casu pos-
set etiam durante officio cõueniri, d. l.
Iubemus, C. ad l. Iul. repetũd. Foller. in
d. consti. Magister Iustitiarius, nu. 43.
Roma. cõs. 415. nu. 3. & 4. Affl. ĩ d. con-
stitu. statuimus, vt M. C. nu. 49. & ĩ cõ-
stit. eos, Ioa. Anto. de Nigr. in d. c. 132.
sub num. 72. subdens quod in hoc casu
posset per partes Principi supplicari,
vt officialem puniat pro furtis Specu. ĩ
tit. de supplicatione, §. sequitur, vers. itẽ
durãte, Bar. ĩ l. principalibus, ff. si cert.
pet. Clar. ĩ d. §. fi. q 16. Caualc. de Brach.
reg. par. 5. num. 1. ĩ fi. Cãcer. var. resol.
lib. 3. c. 12. num. 100. Rondi. de synd. nu.
3. & 4. Boss. ĩ titu. de official. corrupt.
pecun. num. 34. Catald. de Synd. q. 30.
Homod. in simil. tract. nu. 42. & 43. An-
gel. in §. si quis autem, in Authẽt. vt iu-
dic. sin. quoq. suffrag. Bonior. & Fimia
in d. cap. Alfonsi 364. Paris. de Put. de
17 Synd. in verb. Barattaria, cap. 1. nu. 2.
vbi ait, quod† pendente officio, eo pri-
uantur, & nu. 5. & in verb. durante of-
ficio, cap. 2. num. 3. 6. 7. 9. & 12. & in
verb. compositio, cap. 6. num. 5. subdens
hanc esse communem opinionem,
latissimè Farinac. cõs. 5. nu. 2. cum seq.
vol. 1. Io. Philip. Testay alleg. 9. n. 157.
Auil. in cap. 9. Prat. in ver. los castigue,
Muscatel. in pract. tit. de sud. corrupt. n.
45. & 46. Cancer. variar. resol. libr. 3.
cap. 12. num. 100. & dixi in dec. 188.
nu. 14. quidquid dixerit Angel. ĩ l. cõ-
tinet, num. 2. ff. quod met. caus. vbi sen-
tit quod etiã si manifestè sciatur, qđ
tale delictum Barattariæ commiserit
non potest conueniri durante officio,
exceptis Barricellis, Birroarijs, & alijs
habẽtibus simplicem iurisdictionem,
sed contraria opinio verior est, secun-
dum quam semper iudicauimus in
Mag. R. C.
18 Vel† quia officialis conueniretur de
nimia negligentia, nam etiam duran-
te officio inquiri potest, l. si quos, C. de
offic. præfect. præt. orient. Foller. in d.
con-

constitut. Statuimus,nu.43. Hamod. in d.num.43. Parif.de Put.in d. verb. Barattaria cap. 1. dum ait quod propter negligentiam priuatur officio, *ad tex. in d.l.si quos,Boniorn.in d.cap.* 364.

19 Vel † quia videret aliquos rixari,& non se interponeret, nam durante officio potest remoueri secundum *Cyn.in l.si seruus C.de noxal. Foller. Homod.& Boniorn. in locis nuper citatis, Gutter. pract. quaest. lib.4.q.28.nu.5.*

20 Vel† ob nimiam sęuitiam,quia etiã durante officio remoueretur,*l.1.& 2. vbi Bart.ff.de his qui sunt sui vel alien. iur. Foller. vbi supra D.de Pont. dec. 7. nu.12.& decis.16.nu.33.& in tract.de potest. Proreg.tit.de electio.official.§.1. nu. 1. & seq.* vbi limitat in officio empto,quo ĩ casu põt cogi ad vẽdẽdũ ad tex. *in §. sedet maior asperitas ff. de his qui sunt sui vel alien.iur. Guid. Pap.dec. 62.& singul.564.in verb. index.*

21 Vel † quia nõ haberet integram familiam pro qua percipit salarium, nã durante officio syndicatur,*l.1.& 3.C. de offi.praefect.praet. Homod. & Boiorn. vbi suprà, D. Mut. super cap.68. Fider. Regis num.4.*

22 Vel† si pro officio habendo dedisset pecuniam,quia posset durante officio puniri,& qua pęna vide *Homod.de syndica.n.44. Bonior.vbi supra,* vbi subdit, quod priuaretur officio,& ad alias pęnas contentas in Regia *Pragmatica 1. & 2.tit.de Ambit.& facit cap.100. sub Rege Ferdinãdo,& 56.sub Rege Carolo,*

23 Vel† propter lõgã corporis infirmitatẽ,& incurabilem *Homod.de Syndic. num.43.ver.secundo Alber. & Salic. in l.si quos C. de off. praef. praetor. orien. Vant.de nullit. ex defect.iurisdict.ordi. num. 135.*

24 Vel† quando non admitteret appellationem ad superiorem,& sic faceret aliquid, quod esset in pręiudicium iurisdictionis superioris, ad text. *& ibi Bald.ĩ l.si appellationem C. de appellat.*

Foller.ĩ d.constitut.Statuimus num.44. Alex.ĩ addict. ad Bart. in l. pars literarũ ff. de iudic.

25 Vel † si essent officiales dignitatem tantum habentes,vt sunt Duces,Comites, & Barones, *Bart. Angel. & Iacobin.in d.l.pars literarum,ff.de iudic. Foller.vbi supra nu.42. Parif.de Put.de syndicat.in verb.durante officio, cap.1.*

26 sicut † dicitur de officialibus pꝑetuis, qui etiam quod habẽt iurisdictionem maiorẽ,vel minorem, possunt durante officio cõueniri,& sindicari, secundum *Bart. Ias.& alios in l. de pupillo §. si quis ipsi praetori,ff.de nou. oper. nunt. Foller. vbi supra nu.42. Afflict. in d.cõstitut. Statuimus,nu.49. Homod.de syndicat.nu.42. Parif.de Put.in d.verb.durante officio,cap.2.num.10. Io. Anto.de Nigr. d. cap.132.sub nu.72. Iacobin. in d.l.pars literarum,* circa finem, quod

27 quidem† in Regno remissum est arbitrio Suae Catholicae Maiestatis,& cõsequenter non videtur extendendũ ad Illustrissimum Dominum Proregem vt dixit *Mar.super Constit.Catalon.collat.5.cap.17.*quamuis contrarium teneat *Michael Ferrer.in tit.de offic.Guberna. gener.Catalo.p.1. cap.10. Calic. de Sono emisso in 8.dubio post ver.quaero*

28 *quid si Vicarius,*vbi† statuta de Rege, censentur disposita in eius Prorege,&

29 Locumtenente; quod † tamen verum putarem,quotiescumq. officialis praedictus durante officio delinqueret, & non aliàs,vt notat idem *Ferrer.par.2. cap.23.*quẽ refert,& sequitur *Cancer. d.cap.12.nu.103.par.3*

30 Vel† quia aliquid auferret per iniuriã à subdito Regis in administratione officij secundum *Affl. in consti. cos nu.6.* aut eum iniuriasset,& fuisset coram superiore facta querela,quia durante officio posset puniri ad pęnam priuationis officij iuxta formã *d. Constitutionis vbi Afflict. Parif. de Put. in d. verb. durante cap.1.*

Vel

31 Vel† quãdo actio esset tempore pe-
ritura l. senatus ff. de offic. Præsid. Cin.
in l. si preses C. de Episcopa. audien. glos.
in d. l. nec magistratibus Ioan. Anton. de
Nigr. cap. 132. nu. 72. Afflict. in d. Cõst.
statuimus nu. 49. Homodc. de syndicat.
nu. 42. Paris. de Put. in d. cap. 1. nu. 2. &
32 cap. 2. num. 1. & 13. & † si per litis cõte-
stationem accusatio nõ perpetuatur,
poterit procedi vsque ad cõclusionẽ,
vel sententiam secũdum Bart. in l. ma-
rito §. illud ff. de adulter.

33 Vel † quia officiales cõuenirentur à
personis nõ subditis iurisdictioni Iu-
dicis, quẽ conuenire intendunt vt no-
tat Affl. in d. consti. statuimus num. 50.
vbi allegat text. in l. principalibus ff. si
cert. peta. Azon. in summa C. vt omnes
iud. tam ciuil. Paris. de Put. vbi supra
cap. 2. Ioan. Auto. de Nigr. in loco nuper
citato sub num. 72.

34 Vel † quoad accusationem tantum
proponendam, sed inquisitio superse-
deretur durante officio ad tex. in l. se-
natusconsulto, in fin. ff. de offic. præsid.
Bart. in l. hos accusare, in princip. ff. de
adulter. & dixit Bongior. in addi. d. cap.
Alfon. 364. in tex. (ibi, durante officio.)

35 Vel † quando pro delicto imponc-
rentur pœna priuationis officij, quia
ea non potest habere locum, nisi quã-
do proceditur durante officio, & sic
necessaria sequitur dispositio, quod
eo tempore cognosci potest de eo de-
licto Affl. in d. Constit. statuimus, nu.
50. & in cõstit. eos, nu. 6. Paris. de Put.
d. cap. 1. in verb. durante, nu. 2. & c. 2. n.
12. Homod. de Synd. num. 43. Ioa. Ant.
de Nigr. d. num. 72. Ioa. Philip. Testay
d. alleg. 9. num. 158. Clar. §. fin. q. 16.
ver. præterea quæro. D. Pont. decis. 25.
nu. 1. cum sequen. Azeued. lib. 3. titu.
7. l. 2. num. 9. cum sequen. Caball. reso-
lut. crimin. casu 76. numer. 7. Bon-
giorn. & Fimia in dict. capitu. Alfons.
36 364. in fi. ideoq. † si de eo delicto non
fuisset officialis inculpatus durante of-
ficio, sed eo finito, tunc q̃a pœna pri-
uationis officij à lege ordinata impo-
ni non potest, eo quod officium est fi-
nitum; declarabitur, vt vlterius non sit
ei officium concedendum.

37 Vel quãdo Rex, seu Princeps aliud
mandaret Bal. in d. §. proficisci, & ĩ tra
cta. Synd. in fi. glo. ĩ §. si quis in Authẽ.
vt iud. sine quoq. suffr. Ioan. Anton. de
Nigr. dict. cap. 132. sub num. 72. Ioan.
Philip. Testay in dict. allegat. 9. num.
159. subdens in Regno ita fuisse sæ-
pius seruatum Ang. de Perus. in tracta.
de Sindica. in princ. Gram. dec. 40. num.
9. & seq. Ant. de Bal. de Syndic. quæst. 3.
nu. 8. dixi supra in princ. huius capitul.

38 Et tandem † idem erit dicendum
in officiali ad beneplacitum constitu-
to, qui æquiparatur perpetuo, vt aliàs
diximus, & consequenter vti talis pos-
set durante officio conueniri Barto. in
l. de pupillo, §. si quis ipsi Prætori, &
ibidem Ias. nume. 5. & Alexand. co-
lum. 6. ff. de noui. oper. nuntiat. & in
addi. ad Bart. in dict. l. pars literarum
vbi etiam Iacobi. in fin. ff. de iudic. Rõ-
dinel. de Syndica. nu. 2. Homod. in eod.
tract. nu. 42. Paris. de Put. cap. 1. nu. 2.
& cap. 2. num. 1. & 13. multos, & alios
casus videre poteris p̃ Soc. Reg. 306. in
ver. magistratus, Bonacos. comm. opin. in
verb. syndicare vers. durante. Carpa. su-
per Statu. Mediol. cap. 297. & alios su-
pra relatos Doctores.

39 Ex prędictis infero quod † si officia-
lis temporalis continuauerit officium
ex confirmatione forte sibi à Principe
facta, poterit tunc syndicari eo in of-
ficio existente, quia licet officiũ sit cõ-
firmatum, nouum tamen reputatur;
quod si tẽpus anni fuerit prorogatũ,
& quia vnum est tẽpus reddendæ ra-
tionis, debet expectari tempus finitæ
prorogationis, l. libertus, §. ĩ quibus, &
ibi Doctores ff. ad Municipal. Anton. de
Ball. in loco citato nu. 4. D. Scipio Rouit.
in prag. 1. de Syndica. nu. 10. & ita ser-
uatur

uatur in Regno, nec dicetur prorogatum, nisi sit eiusdē formæ, & naturæ, *Bald. in l. obseruare*, §. *proficisci*, *q.* 19 *ff. de offic. Proconsf.* quem sequitur *Rondinell. de syndicat. num.* 112. 113. *&* 114. vbi allegat *Bald. in l. si constante C. de donat. ant. nupt. Catald. in simil. tractat. num.* 47. *Parif. de Put. in verb. reforma-*
40 *tus, capit.* 1. *& seq.* & † ad cognoscendū quando officium prorogatum sit idē, vel diuersum, facit distinctio Romani *in l. dies cautionis num.* 3. *vbi post Bald. ī l. si à te C. de pact. inter empt. & vēdit.* ait, quod aut fuit renouatum officium post finitum semestre in eadem Potestate, & tūc dicatur nouum officium, non autem idem cum primo, *l. Titius filius*, §. *si ita*, *ff. de excusat. tutor.* aut fuit officium prorogatum durāte primo semestre per verba simplicia, putà prorogamus, &c. secundum *Bar. ibi*, & tūc si talis prorogatio facta fuit cū noua qualitate, & forma, diuersis à primo officio, prorogatum officium non dicitur vnum, & idem cum primo, sed diuersum, vt voluit *glo. singularis in capit. hi qui authoritate, in gl. fi. de praebend. in* 6.

Aut fuit facta simpliciter, & eo casu quantum ad fauorabilia cēsetur idem cum primo, sed quātum ad odiosa diuersum dicitur, & ibi allegat multa iura, quæ in casu contingenti videnda erunt. Idem dicendum erit quādo officium erit prorogatum à lege, ex quo vsque ad aduētum successoris dicitur adhuc officialis, licet sit creatus cum præfinitione temporis, *Parif. de Put. de syndicat. verb. successor. ī officio, cap.* 2. *num.* 5. *verf. aut tempore quo durat*, *& est tex. in l. meminisse, vbi notāt Doctores, ff. de offic. Proconsul.*

41 Aut † verò diuersum est officium, ad quod deinde fuit electus, & eo casu poterit de primo officio syndicari pendente secundo officio, *Rondinell. de syndicat. num.* 177. *Hemod. ibidem num.* 44. *& ante eos Bart. per illum text. in l.* 1. *C. vt omn. iudic. tam ciuil. quam crim. Boniorn. ī d. cap. Regni* 364. *in verb. durante, Anton. de Ball. vbi su-*
42 *pra num.* 5. *& seq.* vbi † limitat si fuisset electus ad officiū Aduocati, seu Procuratoris fiscalis, *ad text. in l. reum criminis C. de procurat. vbi Alex. & Iaf.* ibique testatur ita pluries fuisse practi-
43 catum, eoque magis in Regno, vbi † ex Regia *Pragmatica, & Regni Capit.* non possunt officiales ad aliud officiū promoueri antequam sindicentur, & fuit doctrina *Bart. in l. rescripto*, §. *si debitores ff. de muner. & honorib. & in l. neminem, per illum text. C. de suscept. & Archar. lib.* 10. & facit *text. in* §. *iubemus & in* §. *si quis autem, in Authēt. de collat. Catald. de syndicat. quaest.* 104. *Parif. de Put. de syndicat. in verb. officium syndicatus quid sit, verf. iudices capit.* 8. *nu.* 4. *Vinc. de Franc. decis.* 429. *Cācer. Variar. resol. lib.* 3. *d. c.* 12. *nu.* 150. *cum seq. Fontanell. de pact. clauf.* 4. *glos.* 10. *par.* 1. *num.* 101. licet de consuetudine contrarium seruari videamus, vt diximus *in decision.* 188. *nume.* 1. *part.* 2. & super hoc facilius à Principe obtinetur dispensatio, maxime ex verbis *pragmaticæ* 11. *sub titul. de capitan. & alijs official.* ibi *vel casu quo nobis alitter*
44 *visum fuerit.* verum est quod † in hoc casu debent cōstituere Procuratorem ad se defendendū in syndicatu secundum *Afflict. in constit. occupatis nu.* 11. *vbi etiam Barthol. de Capua*, per quem data ista, vel alia legitima causa cōceditur per Dom. Proregem, & Magnā R. C. se defendendi licentia in syndicatu notat. per *Anil. in cap.* 3. *syndicat. num.* 18.

45 Secundo infero quod † si contra officialem procedi debeat durante officio, suspendenda, ac interdicenda est administratio officij pendente inquisitione officij, secundū *Bar. in l. filium*, §. *inquisitionibus, ff. ad municipal. Luc. de*

de Penn. in l. Indices, col. 2. vers. sed an Iudici de scelere C. de dignit. lib. 10. Io. Anton. de Nigris in d. cap. 132. syndica. sub num. 72. vers. circa secundam quastionem, Gramm. cōs. 10. nu. 2. cum seqq. Franc. Marc. decis. 654. vol. 1. Farinac. cons. 5. Anisl. in capit. 8. syndicat. quod
46 tamen † intelligendum est quando ex informationibus aliquid substantiale commissi criminis apparuerit, ex quo officio veniret priuandus, quo in casu posset ab officij administratione suspendi, sed nō priuari, secūdum *Bart. in d. §. in quastionibus, Vinc. de Franch. decis. 8. Cācer. variar. resolut. lib. 3. cap. 12. num. 140. & 210. cum seqq. Dom. Ioan. Andr. de Georg. Regius Cōsiliarius meritissimus allegat. 42. nume. 21. Caball. resolut. crimin. cas. 76. Ioan. Philip. Testay allegat. 9. num. 4. Azened. l. 14. titul. 7. lib. 3.* addens quando suspensio prędicta sit perpetua, vel temporalis, & nouissimè Dom. *de Pōt. dec. 7. num. 7. 10. & 14. & dec. 25. nu. 7.* vbi plura eleganter cumulat in materia,
47 fieri † quando suspensio debeat ab of-
48 ficio, vel etiā à beneficio, & † quæ probationes requirantur, & pariter an debeat officialis audiri in iudicio suspēsionis, quæ omnia cum sint admodū eleganter a relatis *Doctoribus* tradita, non licet vlterius alloqui.

49 Eo maxime in officialibus † perpetuis, & temporalibus in generali visitatione adnot. per *Cancer. ī d. cap. 12. num. 142.* nam ad huiusmodi suspensionem, non nisi causa cognita, & eius criminibus bene discussis, & ni fallor consulto D. Prorege deueniendū erit secundū prędicta, de quo plura in medium adducit *Bonad. e omnino vidēdus lib. 5. Politic. cap. 1. num. 190. cum seq.* quidquid sit in syndicatu officialium, de quibus est dispositum in constitutionibus pragmaticalibus, vt dixi supra *Cap. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Instantia an detur in generali visitatione, & an data soleat prorogari.*
2 *Instātia syndicatus breuis esse debet. Instātia syndicatus ī Regno nostro quāta esse debeat, & quid alibi seruetur, sub num. 2.*
3 *Instātia triplex in causis syndicatus in Regno nostro constituitur, & qua sint vide ibidem cum pluribus num. sequentibus, & quasi per totum. Instantia ad quarelandum in syndicatu est dierū quindecim, vel ad arbitriū syndicatoris, dummodo non sit minus decem dierum sub num. 3.*
4 *Instantia syndicatus perempta, nec etiā fiscus audiri potest, & ibi amplia.*
5 *Instantia syndicatus elapsa, non potest amplius syndicator partes audire.*
6 *Instantia syndicatus currit de momento ad momētum, nec potest aliquo modo prorogari.*
7 *Syndicatores, per quos non stetit, prorogantes instantiā syndicatus, male agere dicuntur, ampl. nu. 8. lim. nu. 9.*
10 *Instantia ad prosequendas quarelas propositas ī syndicatu, & finiēdos ac terminandos processus de iure Regni est duorum mēsium, licet secus sit de iure communi, & quādo currere incipiat, & quomodo intelligatur, vide nu. 11. cum pluribus sequentibus vsque ad num. 20.*
11 *Instantia duorum mensiū ad terminandum processum in syndicatu si sit perempta, non possunt amplius fieri probationes, ampl. num. 12.*
13 *Instantia duorum mensiū ad terminandum processum in syndicatu non perit, licet non fuerit per sententiā terminatum, & num. 16. ampliat. n. 17. limita num. 14. & de ratione num. 15. & 18.*
19 *Syndicator ob periculū peremptionis instantia stante aliquo impedimēto debet*

bet infra duos mēses sentētiā obscure determinare, & exinde infra alios duos menses illā declarare tenetur.

20 *Instātia ad syndicandū officiales post finitū officiū est mensium sex, qua verius præscriptio dicitur, eaque a die finiti officij currit.*

21 *Instantia sex mensium ad syndicandum officiales, nec partiū consensu prorogari potest, ampl. nu. 22. & de ratione n. 23. & ibidem declara.*

23 *Appellatio potest interponi corā alijs Iudicib^9 si iudex cōpetēs est absens propter periculum peremptionis instantia.*

24 *Officiales Syndicādi perempta instātia sex mensium ad syndicandū, nō possunt amplius syndicari, nec coram iudicib^9 ordinarijs cōueniri: ampl. n. 25. 26. 27. 28. 30. 31. & 33. lim. n. 32. & de ratione 29.*

29 *Reus non debet pro eadem causa apud diuersos iudices molestari.*

34 *Officialis si nō debet molestari de gestis in officio, intelligitur tàm de molestia iuris, quàm facti, & tàm in iudicio, quàm extra, ampl. n. 38. & 39. & de ratione n. 40.*

35 *Statutum disponens, quod de furto non possit cognosci post mensem, intelligitur, ut nec etiam tētari possit cōdictio furtiua, ampl. nu. 38. & 39. & de ratione num. 40.*

36 *Statutū disponēs, quod de maleficio non possit cognosci, intelligitur, nec ciuiliter, nec criminaliter, nisi statutū aliter limitaret, ampl. nu. 38. & 39. & de ratione nu. 40.*

37 *Tempus præfixum, & assignatum marito ad accusandum criminaliter uxorē de adulterio, intelligitur etiam præfixum ad agēdum ciuiliter, ampl. n. 38. & 39. & de ratione nu. 40.*

40 *Criminis cognitio, & accusatio si sit prohibita, censetur etiam prohibita actio quò ad pœnam pecuniariam ex eo prouenientem.*

ARGVMENTVM.

De instantijs causarum Visitationis, & Syndicatus.

CAPVT VI.



1 IN generali † Visitatione facienda nulla datur instantia, cum ea de mandato Principis fiat, & arbitrio D. Visitatoris committat, verum per literas, & instructiones particulares assignatur tempus infra, qd̄ visitationem ipsam expedire teneat, idque ex causa prorogari consueuit, quamuis in Regnis Hispaniarum in secreta residentia detur instantia, vt refert *Bouad. lib. 5. polit. c. 1. nu. 124. & 170. cum seq.* sed in materia Syndicatus officialiū breuis esse debet, ad tex. *ī l. vni. C. vt oēs iudices, l. 1. vbi Pla. C. de reis postul. lib. 10.* q̄ de iure cōmuni est dierū quīquagīta, ad tex. *ī l. meminisse in princ. ff. de offi. Procōs. l. 1. C. vt omn. caus. l. 2. §. instātia, C. de assess. §. necessitatē Auth. vt iud. si. quoq. suff. Bal. in trac. de synd. n. 24.* cū quo cōcordat ēt *consl. Regni, volumus,* attū in his Iādū erit legibus municipalibus Prouinciæ, & propterea ī Regno Neapolitano p̄ Regias Pragmaticas, & Capitula in vnum cōgesta per *D. Carol. Tap. lib. 2. iur. Regn. tit. de synd. official.* statutus est termin^9 dierū quadraginta, quorū viginti statuunt ad porrigēdū querelas ꝯ syndicādos, & alij vigīti ad prosequēdū, & in statu Mediol. est quinquaginta dierū, vt p̄ *Carpa. super c. 34.* sic in Regnis Hispaniarum datur dies triginta ad compatendum, vt *in l. 6. tit. 16. libr. 2. ordi. regal. Anil. in cap. 3. synd. verb. pregonar, Bouad. libr. 5. polit.*

lit.cap.1.num.125.Cācer.var.resol.cap.12.num.21. vbi quatuor esse menses in illa Prouintia Cathaloniæ testat, & sic diuersimode in pluribus locis receptum est.

3 Sed † in Regno nostro per capitul. *363.sub Alfons. Rege* triplex instantia constituitur; quarum Prima est dierū quindecim, quæ hodie per nouas *cōstitutiones pragmaticales in cap.13.* remissa est arbitrio syndicatoris, dummodo non sit minus decem dierū, eaque, vt diximus, assignatur ad proponendum quærelas contra officiales, & fundādum intentionē fisci saltim per semiplenam probationem, vbi ad eius instantiam procedendum esset, vt disponit *cap. Regni 51. & 122. sub Ferdi. Reg. Bonior. in c.81.sub Rege Alfonso*, &

* est cōmunis *opinio, de qua *per Cum. in sua prax.cap.5. Anto.de Ball. in d.q.*

4 *1.nu.2.lib.6.* adeo vt † nec etiam fisc° audiri possit post lapsū dicti termini, vt sæpius practicauimus. & est hodie opinio indubitata, qdqd dixerit *Iorland.* relatus per *Cum.* & si parte nō reclamante processus ita post terminum fundatus non sit nullus, ad notat. per *Rondi.de synd.n.285.Bar.ī l.2.§.accusationē.ff.ad senatusconsf.Turpil. Bonacos.ī cōm.opi. ī ver.accusatio criminalis Clar.ī §.fi.q.15.ver.sed pone.* quo elap-

5 so † nō pōt amplius Syndicator audire

6 cōparētes, & currit de momēto ad momētū, *Sal.ī l.fi.C.de dol.Bal.ī Auth. clericus, C.de episc.& cler.* nec pōt vllo modo prorogari, *l.fi.ff.de furt.l. ff.de dilat. Rōdi.de synd.n.101.& 185. Cauale. de Brach.reg.p.5.n.11.* subdens, † quod

7 malè Syndicatores se habēt, qñ ꝑ iudicē nō stetit, si ꝓrogāt terminū ad q̄relādū, *Bar.ī l.1.n.4.ver.ego teneo, ff.de re iud.& ī l.1.C.vbi omn.cauf. Parif.de Put.de synd.c.6.ī ver. iudices ad syndicādū*, & fuisse pluries iudicatū ꝑ M.C. post *Hier.Fim.* testat *Ant.de Bal.lib.6.*

8 *tract.crim.q.1.n.8.* subdēs, qđ neq. pōt ponere impedimētū q̄ termin° ꝑdict° statutarius nō currat, *Vīc.de Frāc. dec.250.n.4. Cum.ī pract. synd.c.17.n.29. Caualc.de brach.reg.p.5.nu.10.& 11. Azeued.l.11.n.1.tit.7.lib.3.recop.* nisi

9 † ñ aliqua iusta cā cōcurrerit, secundū eūdē *Bar.ī d.l.2.Caron.Rit.295.n.29. Bonad.lib.5.polit.c.1.n.160.cū seq.Cumi.in praxi de synd.c.2.n.5.& 6. Auil. c.3. Synd.n.9.Cācer.var.resol.c.12.n.29.& seq.* & videt cōfirmari per *d.cap.363.sub Alfonso Rege*, quo in casu non nisi cōsulto Principe fieri dēt, vt alias fuisse practicatū dixi *sup.lib.3.c.4.nu.377.& 378.*

10 Altera, † & secunda datur instātia duorum mensium ad propositas quęrelas, & processus finiēdos, & terminādos, quę de iure cōi erat dierū viginti, ad tex. *in l.1.in fi.C.vt om. iud. tam ciuil.& c. Parif. de Put. in tit. syndicatus officium quod sit, ī verb. officiales, c.6.*

11 eaq. † currit à die litis cōtestatæ, vel actus, qui sequi solet litis contestationem in summarijs, & vbi lis nō contestatur, secundū *Alber. in simili statuto, in l.1.C.vt om. iud. tam ciuil. & c. & in 1.p. statutorum, q.57.vers.sed an ex eodē themate. Bal.ī Auth. clericus, la 1.n.8. C.de episc.& cler. Alex.et Iaf.in l.properandum, in fi. C.de iud. Parif. de Put. de synd.in ver. instātia, c.1.n.1. & latè Afin.in prax.§.1.c.1.& §.2.c.5.* & ita seruat, neq. vlteri° termino elapso admitteret ꝓbatio, vt post alios cōcludit *Cācer.var.resol lib.3.c.12.n.51.* vbi am

12 pliat † quod neq. sufficiet, qđ testes iurēt in termino, sed debent etiā deponere, alias post terminum nō possunt recipi, secundū *Bald.in consf.33. vol.5. Bonad.latè lib.5.polit.c.1.n.170. cū seq.* vbi plura deducit fundamēta pro prędictorum confirmatione, & quamuis

13 videatur sufficere, quod † processus intra dictos duos menses concludantur, quia possunt postea qñcūq. infra sex mēses expediri, nec perit instātia, si nō fue-

fuerint per ſententiam terminati, vt
alias fuiſſe practicatum refert quædã
Apoſtil.ad dictum capitulum Regni 363.
in Syndicatu cuiuſdam de ſancetta
accuſati per Comitem Condiannis,
& in cauſa Iacobi de Genti, & Petri
Sollima pariter accuſatorum per Pe-
trum de Auguſtino, idemque ſequit̃
Bonior. ibidem, & notat Azened. l. 11.
14 nu.2.tit.7.lib.3. licet † ſecus ſit ſi pro-
ceſſus fierent per Magnam Curiam,
vbi debẽt terminari infra dictos duos
menſes, ſecundum relatos Doctores,
15 idque † procedit, quia per d.cap. Regn.
363. non videtur præfigi inſtantia
duorũ mẽſium, niſi Syndicatoribus,
16 & non Mag.R.C. & ob id † poteſt iu-
dex etiam eo elapſo determinare, Pa-
riſ.conſ.77.nu.9.volum.1. vbi dicit cõ-
15 munem, etiam quod † iudici pœna
imponatur non diffinienti infra tale
tempus, quia adhuc ſententia eſt vali-
da, Alex.cõſ.24.nu.2.lib.6. Rim. conſ.
90.nu.4.& ſeq.lib.1.Roman. conſ.415.
in fi.Corn.conſ.49.nu.36.& ſeq. Afflic.
in conſtit. Hac lege, nu.2. & 3.Iaſ.in l.
vnic.num.2.C.vt omn.iudic. tam ciuil.
&c. Rondinel. de Syndic. num. 99. ſed
18 † reſpectu Magnæ R.C. non præfigi-
tur iudicis perſonæ, & ſic dicitur eo ca
ſu tempus præfixum inſtantiæ, vt di-
ſtinguunt Bar.& Alex. in d.l.properã-
dum, num.20.Pariſ.de Put.de ſynd. in
verb.inſtantia, cap.1. Catald.q.73.74.
& 77. etiam quod non poſſet expedi-
ri propter difficultatem probationũ,
vt latè poſt alios cõcludit Rim. iun. d.
conſ.696. num.10. cum ſeq. Hodie ta-
19 men † cõtrarium ſeruatur nam ad tol-
lendas difficultates, quando aliquod
eſſet impedimentum, debẽt Syndica-
tores ob periculum peremptionis in-
ſtantiæ ſententias obſcurè, & ſub con-
ditiõne determinare, vt abſoluatur ſi
debet abſolui, & cõdemnent̃ ſi veniat
condemnandus, & deinde declarare
infra alios duos menſes ex diſpoſitio-
ne conſtitutionum pragmaticalium, cap.
22. & facit doctrina Bal.in add.ad Spe
cul.in tit.de ſent.col.4. verſ.item ex his
patet, Ferrar. cautel.47. Auil. c. Prat.
49.ſecreta Syndicationis, verb. Conde-
nar, num.9. vbi pariter prædictam di-
ſtintione declarat.
20 Tertia † & vltima erit inſtantia mẽ-
ſium ſex, quæ verius præſcriptio nun-
cupari deberet, ſecundum Bontorn. in
d.cap.364. illaq. currit à die finiti offi-
cij, vt expreſſe ibi diſponitur, & de iu-
re cõmuni eſt tex.in d.l.vnic.C.vt om.
iudic. Aug.de Peruſ. ĩ tract. de Synd. in
princ. Rondinel. ibidem, nu.100. Boſſ.in
tit.de official.pecu.corrupt.n.32.& ſeq.
21 adeo † quod nec partiũ conſenſu poſ-
ſet prorogari, vt dixit quidam Author
ĩ add.eiuſdem cap.& poſt Bart.& Bald.
Rondi. ĩ tract.de ſynd.num 101. Catal-
di. ibidem, q.78.83.84.& 127. Pariſ.
de Put.in verb.inſtantia, c.3.n.6.7. &
8. latè Aſin.in prax.§.2.c.8. & 9.Lan-
22 cel.Gali.conſ.28.n.16. idque † procedit
etiam Syndicatore nõ exiſtente, vel
electo, nam ſemeſtre hoc currit, eo q
pars deberet adire ſuperiorem, vt de
Syndicatore prouideret, prout tenet̃
ex diſpoſitione dicti cap. Regni 364. in
23 fi. nam quãdo tp̃s † præfigit̃ inſtantiæ,
currit etiam impeditis, ſecundũ Bal. ĩ
Auth.clericus, nu.9.C. de epiſc. & cler.
& poſt Ioa.Phil.de Patern.& Hierony.
Ftm. ĩ annot. d.c. Regni, text. Iorland.
de Synd.q.15.& Cumi.c.17.nu.37.&
38. Soc.iun.cõſ.132.n.3.lib.2.Cranett.
cõſ.270.n.6.vol.2. vbi teſtant̃ de com
* muni, * & ꝓpea poſſent cõparere co-
ram ordinario loci, ibique accuſatio-
nes ꝓponere nomine Syndicatoris ab
ſentis, & corã eo proponere nõ valen-
tes, prout dr̃ in appellatione, quæ ſtã-
te abſentia iudicis põt corã alijs offi-
cialibus appellare, ad notat. per Bal. et
Salyc.in l.fi. C.de dol. cum ſimil. Intã-
24 tum quod † dicto tp̃e elapſo minime
pſit amplius Syndicari, nec coram or-

dinarijs cõueniri, vt expresſè diſpoſuit
Alfonſus Rex in d. cap. 364. idq. con-
firmatur cõiter per doctrinam Bald. in
d. l. obſeruare, §. proficiſci, ff. de offi. Pro-
conſul. & add. ad Barto. in d. l. 1. ff. ad l.
Iul. repet. Rõdi. de Synd. n. 262. cũ ſeqq.
Pariſ. de Put. ĩ verb. officialis Caualc. de
Brach. reg. p. 5. nu. 38. Cãcer. var. reſol.
lib. 3. c. 10. n. 106. & cap. 12. nu. 42. Bo-
nad. lib. 5. polit. c. 1. n. 159. & ſeq. Clar.
ĩ §. fi. q. 57. de cõi Azened. l. 10. n. 5. et l.
23. n. 13. tit. 7. lib. 3. Guttier. lib. 1. pract.
q. 41. Et potuit Prĩceps ordinare, qđ
qs nõ audiatur poſt tale tp̃s, vt tradũt
Card. & Imol. ĩ c. quia diligẽtia de elect.
Hipp. Rim. d. conſ. 696. num. 8. & Lã-
25 cell. Gall. cõſ. 28. nu. 2. & 6. vbi ampliat
etiã ĩ inquiſitione, & nulla iudicis de-
claratione interueniente, quod termi-
nus ſit elapſus Fel. in c. penul. nu. 8. de
iud. Cagnol. in l. diffamari, nu. 16. C. de
inge. & manumiſ. & eſt tutus in foro
cõſciẽtiæ Fel. c. 1. n. 43. de cõſt. Azened.
d. l. 23. nu. 10. lib. 3. recop. D. Carol. Tap.
in conſt. Regni volumus, nu. 2. & fortius
in Regno, vbi per Syndicatores ꝓce-
26 ditur per Inquiſitionem, vt cõſiderat
D. de Pont. in dec. 26. nu. 21. licet aliud
determinatũ fuiſſe aſſerat ſtãtibus par
ticularibus conſtitutionibus illius Re
gni, & ſentire vř D. Tap. in loc. cit. qđ
27 † maximè procederet ſi officialis fuiſ-
ſet per generalem Viſitatorem inqui-
ſitus, vt in Regno fuit pluries determi
natũ tp̃e regiminis Ducis Oſſunæ, ad
not. per Boſſ. in tit. de official. pecun. cor
rupt. nu. 33. & faciunt text. in c. de his,
de accuſat. l. his tamen §. ab alio delatũ,
& l. Senatus, ff. eod. l. qui de crimine, C.
28 eod. & vbique gloſ. quæ † ampliat præ-
dicta iura procedere, ſiue prima inqui-
ſitio per ſentẽtiam finem acceperit, ſi-
29 ue adhuc pendeat, quia † non dẽt ali-
quis pro eadẽ cauſa apud diuerſos iu-
dices moleſtari, nec de commiſſo vni*
hominis amplius quæri, l. 3. §. fina. ff.
naut. caup. ſtabul. Ancha. ĩ d. c. de his, n.
6. Couarr. lib. 2. var. c. 10. nu. 7. Cancer.
var. reſol. lib. 2. c. 2. n. 165. & lib. 3. c. 12
n. 42. Grammat. Theorem. 23. nu. 28. Clar.
in §. fi. q. 51. nu. 6. eoque † magis præ-
30 cedentibus bannis publicis, vt notat
idem Cãcer. in d. c. 12. n. 43. Guttier. d.
31 q. 41. ac † etiam ſi poſt tp̃s prædictum
delictum officialis effectum fuerit no-
torium ex eius confeſſione, cum ſit tu-
tus, vt non poſſit amplius inquiri de
crimine ſtãte pręſcriptione ſtatutaria,
Fel. in c. qualiter, & quando, el 2. §. li-
cet autem, nu. 6. de accuſa. Iul. Scarl. in-
ter cõſilia criminalia cõſ. 112. nu. 23. &
* ſeq. vbi dicit * communem, l. b. 1. Mar-
ſil. in l. 1. in princ. nu. 37. de quæſtio. &
in cõſ. 46. nu. 20. Rim. iun. cõſ. 71. nu. 12.
Venant. conſ. 31. per totum inter conſilia
criminalia, & poſt Bald. & alios tradit
Lancello. Gall. d. conſ. 28. nu. 28. Bonad.
lib. 5. polit. c. 3. nu. 133. & 134. qui li-
32 mitat in certis caſibus, vt ibi per eum,
33 quinimo nec † ad reſtitutionẽ reũ ex-
tortatũ ſtante lapſu termini, quod ꝓ-
cedit, tàm in ciuilibus, quàm in crimi
nalibus, ex diſpoſitione capitulorum
Regni ibi, aut moleſtari de geſtis in
34 officio, quæ † verba reſpiciũt moleſtiã,
ſiue iuris, ſiue facti, ſiue in iudicio, ſiue
extra, Alex. conſ. 195. lib. 6. & in add. ad
Bart. ĩ l. amplius non peti, ff. rem rat. ha-
ber. & facit doctrina Baldi in l. ſi pro fu
re, §. condictio, ibi, induco in argumentũ
35 ff. de cond. furt. dum ait, quod † ſi extat
ſtatutum qđ de furto nõ poſſit cogno
ſci poſt mẽſum, nec etiam tentari po-
36 terit condictio furtiua, inde ſubdit,
quod † vbi ſtatutum diſponeret, quod
de malefacio nõ poſſit cognoſci, intel-
ligiť, nec criminaliter, nec ciuiliter niſi
ſtatutum aliter limitet, Alex. ĩ add. ad
Bart. in l. fin. in d. §. condictio, & Bald.
ſequitur Sigiſmun. in tractat. de ſtatut.
poſt Alber. in ver. cognoſcere, & videtur
facere dictum Salyc. in l. fi. C. de adult.
27 vbi † tp̃s aſſignatum, & ſtatutum ma-
rito, mulierem criminaliter de adulte-
rio

rio accuſandi, dicĩt etiã pręfixum ad agendum ciuiliter, idemq. tenuit *Hiero. Fimia eximius Doctor in adnotationibus ad dictum c. Regni 364. Pariſ. de Put. de ſynd. in verb. multa, nu. 4. Boſſ. de official. pecun. corrupt. nu. 32. & 33. Clar. ĩ §. fi. q. 51. num. 6.* qui teſtatur de communi *Grammat. Theorem. 23. nu. 28. latè Cancer. var. lib. 2. c. 2. n. 165. & lib.*
38 *3. c. 12. nu. 42. & 43.* vbi ampliat† ſtantibus edictis comminatorijs *Auil. c. 3. Sind. nu. 11, Surd. conſ. 561. nu. 29. vol. 4. & optimè Lancell. Gal. d. conſ. 28. n. 14. & ſeq.* id extendens† etiam quò ad
39 pœnam fiſco competẽtem ex delicto;
40 nam ſublato† crimine, & facultate cognoſcendi, & procedendi, cenſetur & ſublata actio quò ad pęnam pecuniariam ex eo prouenientem, *gl. & Bart. vbi etiam Alex. in add. in l. 2. ff. ad leg. Iul. repetund. Bal. in l. decuriones, C. ex quib. cauſ. infam. irrog. & in c. fi. nu. 12. de offi. de leg. Ferãt. Garg. conſ. 124. n. 6. volum. 1. conſil. criminal. & latiſſimè Lãcell. Gall. in d. cõſ. 28. num. 19. cum ſeqq.* vbi alios allegat.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio particularis, & ſic cõtra perſonam certã regulariter ĩ Regno prohibetur, ampl. nu. 2. & 3. 7. & 8. lim. num. 5. & de ratione, nu. 6.*
3 *Inquiſitio contra prælatos eſt prohibita, & aſſignatur ratio, num. 4.*
9 *Iudici aſſerenti Inquiſitionem famam præceſſiſſe non creditur, niſi de ea per teſtes appareat.*
10 *Iudex inquirens fama non præcedente, tenetur inquiſito ad damna, expẽſas, & intereſſe etiam quod exinde illum abſoluerit.*
11 *Inquiſitio generalis contra officiales in generali viſitatione, vel ſyndicatu finito officio etiam fama nõ præcedente fieri poteſt, ampl. num. 12. & de ratione, num. 13.*
14 *Viſitator ſeu ſyndicator in principio viſitationis, vel ſyndicatus contra officiales duo remedia proponit.*
15 *Tex. in cap. 1. de offic. ordin. declaratur. Tex. in l. congruit de offic. præſid. declaratur, ſub num. 15.*
15 *Inquiſitio generalis quãdo requirat famam præcedere debere, & num. 17.*
18 *Inquiſitio generalis de iure communi fit cum litis cõteſtatione, partis citatione, & compilatione proceſſus, ac ſententia condemnatoria, ſed de iure Regni, in huiuſmodi inquiſitione aliter proceditur, de quo vide, nu. 19.*

ARGVMENTVM.

De inquiſitione generali facienda cõtra officiales viſitandos, & Syndicandos.

CAP. VII.



ERISSIMVM eſt in Regno, quod
1 licet† regulariter inquiſitio tam ex diſpoſitione capitulorum 6. & 81. *ſub Rege Alfonſo*, quàm etiam de iure communi ſit pro-
2 hibita, maximè† non præcedente diffamatione ad text. *in cap. qualiter, & quando el 2. de accuſation.* ibi, *ſi per clamorem, & famã ad aures ſuperioris peruenerit, non quidem à maleuolis, & maledicis, ſed à prouidis, & honeſtis, nec ſemel tantum, ſed ſæpe quod clamor innuit, & diffamatio manifeſtat*, & inferius *vt iam clamor aſcendat, qui diutius ſine ſcandalo diſſimulari nõ poſſit*, ma-
3 xime† contra Prælatos, & miniſtros vt probat idem tex. ibi, *licet autem hoc ſit obſeruãdum in ſubditis, diligẽtius tamen eſt obſeruandum in Prælatis, qui quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſaggittam, & qui non poſſunt omnibus complacere,*

rum

cum ex officio suo teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, interdum vero suspendere, nonnumquam verè ligare, frequēter odio multorum incurrūt,
4 & idem † Sancti Patres prouidi statuerunt, vt accusatio Prelatorum non facile admictatur, ne cōcussis columnijs corruat ædificium, nisi diligens adhibeatur cauthela, per quam nō solum falsè, sed etiam malignę criminationi ianua præcludatur; & confirmatur ex doctrina *Praposit. in cap. de accusatione nu.* 48. 11. *quæst.* 8. vbi ait quod † ad
5 inquisitionem contra personam certā non deuenitur, nisi aliquod preambulum precedat, p quod appareat verè, vel præsumptiuè personam illam delictum illud perpetrasse, eiusque ratio
6 est † vt iudicū malitia, & proteruitas refrenetur, vel circuitus euitetur *l.* 2. *in fin. C. de custod. reor.* & ne inquisiti sumptibus, ac etiam asperitate carceris sic ex abrupto grauati reperiantur, & interī de illo delicto diffamenē, id quod etiam innuere videntur *d. capitul. Regni* 6. *&* 81. *sub Alfonso Rege,* vbi ne vassalli in litigijs, & quæstionibus à Procuratoribus fiscalibus mouendis indebitè vexētur statutum est, quod antequam quæstio aliqua fiscalis inchoeē, debeat Aduocatus fiscalis bene, ac diligenter se informare per scripturas, & testes verū fiscus in huiusmodi questione iustam causam foueat, & exinde cum Regia Maiestate, vel Dom. Prorege facta relatione, & licentia obtenta, & non aliter debeant inquisitionē inchoare, & prosequi, ad notat. per *Innoc. & alios ī d. cap. qualiter, & quādo,* quos sequitur *Felan cap. cum clamor, de testib. Salic. in l. ea quidem de accusat. Alfar. de iur. fisc. glo.* 47. *num.* 35. *Dian. in pract. crimin. cano.* 5. vbi † ampliat in fiscalibus supremo-
7 rum Tribunalium, eoque fortius cō-
8 tra magistratum, † & officialem particularem durante officio secūdum *Doctores* relatos, & tradit post alios *Farinac. de Inquisit. q.* 9. *num.* 1. *cum seqq.*
9 adeo quod † nec crederetur iudici asserenti Inquisitionem famam præcessisse, nisi de ea aliunde appareret per testes super fama receptos, & examinatos, in tātum quod † aliàs teneretur
10 ad damna, expensas, & interesse officialibus inquisitis, etiam si eos absoluerit, secundum *Bald. in Rubr. de pan. iudic. qui mal. iudic. in princ. & in l. observare* §. *proficisci, q.* 26. *de offic. proconsul. & legat. Roland. cons.* 3. *num.* 13. *Farinac. d. quæst.* 9. *num.* 10. *vers. ampliat ueno.*

11 Attamen † aliud dicendum erit in generali Inquisitione, quæ fieret contra officiales ī visitatione generali, vel syndicatu, finito officio, quæ & generaliter, & specialiter etiam fama non præcedente admicteretur, tam ex alijs Regni *capitulis* 25. *sub Rege Iacobo, &* 359. *sub Alfonso Rege,* quam etiam de iure communi *ad tex. ī d. l. ea quidem, C. de accusat. vbi Bald. & Salic. Bart. in l. Diuus Arianus ff. de custod. & exhib. reor. Angel. in l. si vacantia num.* 170. *C. de bon. vacant.* vbi ait ita de consuetudine obseruari, *Duenn. in regul.* 298. *num.* 4. *Montal. in glos. l.* 28. *tit.* 1. *par.* 7. & post alios *Farinac. in d. quæst.* 9. *nu.* 16. *Cancer. Variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 97. *cum seq. Bonadill. lib.* 5. *Polit. cap.* 1. *num.* 122. *Clar. in* §. *fin. quæst.* 6. *num.* 4. *& q.* 50. *vers. suas etiam,* maxi-
12 mē † quādo fit à Rege, vel eius delegato secundum eos, vbi adducūt rationē
13 esse † quia inquisitio illa non sufficeret ad puniendum, neque ex ea sequi posset condemnatio, nisi in casu ibi per eum posito, & ideo nihil interest an diffamatiò præcedat, vel non præce-
14 dat, Iudex † enim (vt *Clar.* ait,) q vult aliquem syndicare, sicuti dupliciter se mouet ad procedendum contra ipsum, ita etiam duo remedia proponit, quorum primū est ad beneficium pri-

uato-

uatorum, illos excitãdo per edictum, quod consueuit in principio ipsius visitationis, & syndicatus publicari: alterum est ex officio, reuidendo libros, & acta, ac condẽnationes, & si aliquid reperiatur, in quo officiales, & magistratus deliquisse videantur, citat eos, libellum porrigit, litem contestando, & ad alia acta deueniendo, de quibus *supra* loquuti fuimus, & sic ĩ vtroque casu, secundum *Clar.* quem sequitur *Farinac. in d. num.* 16. impertinens esset requirere, quòd aliqua diffamatio præcederet, & in his terminis procedit
15 † *tex. in cap.* 1. *de offic. ordinar. & l. congruit, de offic. præsid.* & pariter in Inquisitione præparatoria idẽ determinat *Foller. ĩ prax. criminal. canonic. tit.*
16 *de inquisit. cap.* 6. *num.* 7. & 8. quod † si essemus in Inquisitione generali quò ad delicta, sed speciali, quò ad personas, quia proceditur contra iudicem, & tunc præcedere debet fama ex *supra* deductis, maxime in Regno stantibus *capitulis*, per quæ disponitur quod nõ possit procedi ad instantiam fisci, nisi prius intentione fisci fundata; & propterea non potest procedi per clamorem, & famam, sed per eam, per quam induceretur semiplena probatio, per *capit.* 51. & 121. *sub Rege Ferdinando*; ideoq. opinio prædicta *Clar. in d. q.* 6. & 50. & *Farinac. in d. nu.* 16. *cum alijs* per eos citatis, nõ procedit in Regno, sed tex. *in d. capit. qualiter, & quando*, cũ traditis per *Praposit. vbi supra*, qđ
17 † scilicet contra officialem non procedatur ad Inquisitionẽ, nisi fama præcedente, & sic incipere non potest inquisitio per modum inquisitionis ge-
18 neralis, in qua † de iure communi secũdum relatos *Doctores* lis contestatur, pars citatur, & compilatur processus, & super ea pariter proceditur ad condemnationem specialem, ex quo obstant *d. capitula Regni sub Rege Alfonso, & Ferdinando*, prohibentia incoari quæstionem, & processum cõtra officiales, nisi prius sit fisci intentio fundata per testes, & scripturas semiplenè, vnde † modus procedendi cõtra officiales erit primo generalem inquisitionem faciendo, nõ cum litis contestatione, partis citatione, & confectione processus, sed secũdum doctrinam *Bart. in d. l. congruit*, nempe per inquisitionem generalem præparatoriã ad specialẽ, vbi Visitator, seu Syndicator recipiat testes ad informandũ sine aliqua litis cõtestatione, nec partis citatione *secundum Praposit. in d. capit. de accusatione num.* 54. & 55. *Doctores nostros Siculos in Annotat. dd. Capitulorũ Regni, & Cum. in sua pract. capit.* 6. nec cum alijs substantialibus Iudicij, ex qua generali inquisitione, fisci intentione inde fundata contra aliquos officiales, contra eos tantum ad inquisitionem particularem, siue specialem deuenitur, & sic ad inchoationem processus, siue quæstionis, & hoc iure vtimur in Regno.

SVMMARIVM.

1 *Visitator generalis potest de omnibus, & quibuscumque delictis tam ad instantiam fisci, quàm partis omnes officiales visitare.*

2 *Visitator generalis minime facere debeet adeo scrupulosam inquisitionem cõtra officiales, maxime de negligentia, & leui culpa, & num.* 6. *& assignatur ratio num.* 5. *&* 7.

3 *Officialis de leui, & leuissima culpa ciuiliter tantum tenetur.*

4 *Officialis qui immunis à corruptione, & subornatione siue coemptione reperitur, cum magna gloria relucescit.*

8 *Officiales non nisi in quatuor casibus ad instantiam fisci per Syndicatores inquiruntur, & ibi enumerantur.*

9 *Officiales de omnibus delictis ad instantiam partis per Syndicatores inquiri pos-*

98 *Praescriptio non datur sine possessione, vel quasi.*

99 *Iurisdictionem habere quis dicitur, si illa cohaeret territorio, quod ab illo possidetur.*

Iurisdictionem occupari dicitur, qui occupat territorium, cui illa cohaeret, sub num. 99.

100 *Poena occupatis Regiam iurisdictionem, qua sit, remissiuè.*

Poena occupantis Regiā iurisdictionem habet etiam locum in occupante iurisdictionem alicui à Rege concessam, sub num. 100.

101 *Iurisdictio suprema semper apud Regem permanet, licet alteri cōcedatur iurisdictio, remissiuè & nu. 102.*

103 *Officiales excedentes limites sua iurisdictionis qualiter puniantur.*

104 *Iurisdictio an dicatur usurpata, si quis nullā habens iurisdictionem, actū iurisdictionalem ad bonum finē faciat.*

105 *Officialis non solum dicitur occupare bona Regij Patrimonij si res, & pecuniā occupat, sed etiam si causam ad fiscum pertinentem occupauerit, puta delicta occultando, vel illa minus iuridice puniendo.*

106 *Officialis occupans bona uniuersitatis pōt ad instantiam fisci prosequi & Syndicari, & qua pana puniatur, vide nu. 107. & 108.*

Titulus, ff. ad leg. Iul. peculat. an procedat in occupantibus bona, & pecuniā uniuersitatis, sub nu. 108.

Et an officiales annona teneātur de furto commisso sub nu. 108. in fi.

106 *Officialis contrauenientēs Capitulis, Pragmaticis, Constitutionibus, ac ordinationibus Regni potest etiam ad instātiam fisci prosequi, & syndicari, ampl. nu. 110.*

111 *Officiales, & Magistratus omnes in ingressu officij iuramentum praestare tenentur de obseruādo Capitula, & Leges Regni.*

ARGVMENTVM.

In quibus casibus procedendum est contra Magistratus, & officiales in Visitatione, seu Syndicatu.

CAPVT VIII.



1 IN iudicio Visitationis † generalis, quae fit de mandato Regio contra magistratus, & officiales perpetuos, & alios Visitari solitos, nulli dubium est, quod in omnibus, & quibuscunque casibus, in quibus magistratus ipsi deliquisse reperiantur, procedi poterit per Dominos Visitatores, tam ad instantiam fisci, quàm etiam ad instātiam partis, & sic de malè gestis in officio, vt post *Ferdinand. Bonior.* dixit *Anto. de Ball. lib. 6. crim. q. 4.* vbi refert ita seruatū in Regno tpe Visitationis Marchionis Oriolis, & aliorū, q̄uis † contra huiusmodi 2 Magistratus fieri nō deberet scrupulosa, & nimia inquisitio, quae dānabilis est, secundū *Caualc. de brach. reg. p. 5. n. 78. Bonad. lib. 5. polit. c. 1. n. 59. & 135.* maximè de negligentijs leuibus, secūdum *Bal. ī l. pacta nouissima, C. de pact. Catald. de syndic. in princ. vers. undecimo, Paris. de Put. de Synd. in princ. Azened. l. 10. lib. 3. tit. 7. num. 11. Ioan. Philip. Teflay allega. 9. num. 201. cum seq. Grammat. consil. 54.* vel pro omni culpa, sed tantum pro lata dolo proxima, *Boss. de offical. corrupt. nume. 26. Clar. in §. final. quaest. 73. versic. item Index, Bertazzol. consil. 71. num. 3. & cōsil. 91. num. 4. Anton. de Ball. d. quaestio. 4. nume. quarto, in fine.* vbi addit, quod

3 quod ciuiliter † tantum teneri de leui, & leuissima culpa, *l. non similiter, & l. magistratus, ff. de magistr. conueniend. Menoch. post alios cōs. 246. n. 61. & seq. lib. 3.* idque in honorem suorum magistratuum, vt notat *Ioseph Sese in responsi. de synd. n. 5. post trac. de inhib. Inst. Arag. Bellug. in Spec. rub. 35. §. post militares, n. 17. & ibi Add. D. Borel.* qui latè examinant. Vnde elegāter dixit *Ang. ab omnibus relatus in §. oportet, in Auth. vt iud. sin. quoq. suffr.* quòd † qñ.
4 iudex est immunis à corruptione, subornatione, siue coemptione, relucescit magna cum gloria, prout è cōtra si in aliquam ex dictis deformitatibus inciderit, esset magna eius pœna; iu-
5 stum enim † non est iudicem inquisitum subtilitatibus, vel volūtarijs querelis, & calumniantium iniquitatibus vexari, & torqueri, vt *ex Leon. cons. 57. & alijs* tradit *Rand. cons. 49. nu. 139* quia officia, & magistratus ob publicam vtilitatem sunt instituti, & perturbaretur inde bonum publicum, auertendo iudices ipsos cura, & laboribus accusationis, & quærelæ, qui ex hoc imbecilles redduntur, viribus carent, officium vilescit, & ex tali impedimento nesciunt, quid faciunt, vt notat *Canalc. de brach. Reg. p. 5. n. 2.* & ob id *Bal. in l. quamuis, ff. de cōdi. & demōstr. & Puteus in d. tract. vers. an si potestas, n. 23.* aiunt † iudices syndicandos
6 non esse, vel inquirendos ob culpas, vel errores leues, qui facile, & absque malitia contingere possunt, idemque tradit *Dulcet. in tract. de synd. nu. 17.*
7 dicens quod † dare locum, vt iudices iniurientur, vel calumnientur, est prærumpere iustitiæ neruum, & prosternere authoritatem magistratuum, viamque aperire, qua malitiosi suas vires augeant, & audaciam, iustitiæq; ministros timidos reddāt, cōtra quos grauioribus pœnis procedendum esse ait Puteus *in vers. per syndicatores.*

8 Et propterea † officiales non nisi de quatuor casibus in Regno Syndicandos esse, ad instātiam fisci statuit *Ferdinandus Rex sub Cap. 39.* etiam nullo comparente, & se quærelante, vel accusante, subornationis scilicet, extorsionis, occupationis bonorum, & rerū Regij Patrimonij, & Vniuersitatum, prout & de generali cōsuetudine receptū esse tradit *Boss. de offi. corrup. n. 26. Clar. i §. fi. q. 43. ver. item iudex, Gram. cons. 54. nu. 11.* & vbiq. seruari testatur *Rot. Lucen. dec. 1. nu. 50. & seq. Canalc. de brach. reg. p. 5. n. 61.* subdens, quod statuta istam recipere deberent inter-
9 pretationem, licet † ad instātiam partium interesse habentium possit generaliter in omnibus casibus procedi. Sed quaten⁹ pertinet ad hos quatuor
10 casus explicandos, sub quibus † ferè omnes alij (qui contra iudices institui possent) reducuntur, vt dixit *Bertan. cōs. 167. lib. 1.* aliquā pstringam⁹.
11 Illud in primis sciēdum erit, † quod subornatio tunc verificatur, quando officiales, seu magistratus subornati aliquid faciūt, vel recipiendo iura vltra pandectas à sponte dantibus non taxata per Magistrum notarium, vt disponitur per *pragmat. 2. §. 4. sub tit. de offic. iud. M. R. C. & in pandecta iurium sub tit. de iur. data, vers. item iudices, qui aliquid, & in c. 36. sub Rege Martino, & c. 16. 20. & 89. sub Alfon-*
12 *so Rege*, vbi imponitur † pœna priuationis officij, & tertiæ partis bonorum cum perpetua infamia. Item prædicta confirmantur per cap. 45. sub Rege
13 Ioanne, vbi imponitur † pœna priuationis officij, & de cætero efficiūtur inhabiles ad officia Regia administrāda, *ex cap. 80. sub Carolo Imperatore*, de quo loquitur *Capibl. de Baron. prag. 4. nu. 20.* subdēs, quod hoc casu pœna esset cōcussionis, vt ibi per eum, *& Alfar. de iur. fisc. glo. 20. §. 10. num. 454.*
14 quamuis † tantum permittatur recipi

res victui necessarias per officialem, cui traditæ erunt, & eius familiam infra vnum diem consumendas, vt decreuit, idem *Alfonsus Rex in d. cap. 20. 32. & 95.* & ante eum idem disposuerat *Martinus Rex cap. 51. vers. vndecimo, sub tit. quod non recipiant xenia officiales*, prout & cōfirmatum extat per Regias *Pragmaticas 1. 2. & 3. sub tit. ne official. muner. accip.* sub pœnis ibi contentis. Idem pariter dispositū est per *Consti. Regni, apud Iustitiarios*, per quam prohibet Imperator officiales munera recipere à litigantibus simpliciter, à non litigantibus verò omnia, præter esculenta, & poculēta, *D. Tapp. lib. 2. iur. Regn. sub tit. ne official. mune. accip. Mandel. cons. 354. nu. 1. Caualc. de brach. Reg. p. 5. n. 34. cum seq. Raud. late cons. 50. Bertaz. cons. 71. litera A. vol. 1.* quæ confirmantur de iure communi, ad tex. *i Auth. principales, C. de iureiur. propt. calum. §. oportet, in verb. Lucium, Authen. de mandat. Princip. §. cogitatio Authent. vt iud. sin. quoq. suffr. l. solet, ff. de offic. Proconsl. l. plebiscito, ff. de offi. Præsid. cap. statutum, §. insuper, de rescript. in 6. c. ab omni, de vit. & honest. cleric. vbi glos. vers. omnis, & cap. & si quæstiones de simon. vbi tex.* declarat, quæ munera faciant delinquere, cum simil. relatis per *Rondin. de synd. nu. 60. cum seqq. & D. Tapp. in loco citato*, addentē cōsuetudinem illius Regni circa hæc munuscula, *Marc. Ant. Surg. de Neapol. illust. c. 17. Anil. in c. 1. Prat. verb. dadiuas, Raud. cons. 49. num. 116.*
15 *& cons. 50. nu. 427.* pœna † autem, quę de iure Codicis imponitur *i l. 1. & vlt. ad l. Iul. repetund.* est in quadruplum: de iure autem ff. videtur imposita pęna exilij, *l. lex Iulia, ff. eodem*; quod
16 † procedit etiā in iudicibus pedaneis, qui de iure communi si sunt corrupti pecunia, ab officio submouentur, & in exilium mittuntur, aut ad tempus relegantur *l. si quid aliquid la 2. §. iudices pedanei, ff. de pæn.* licet vt diximus in supradictis Regni *Capitulis, Constitutionibus, & Pragmaticis* sanctionib⁹ particulares pœnæ stabilitæ sint, sed
17 olim per legem 12. tabularum Iudex, qui ob rem dicendam pecuniam acceपisse conuictus erat, capite puniebat, idque exemplo cōprobat *Valer. Max. lib. 6. cap. 3.* vbi refert, quod Cambyses in Sisamnem Iudicem corruptum seuerè animaduertit, *& Lamprid. in Seuer.* ait, quod Alexander Seuerus, si quem videbat iudicem furem, aut largitionibus corruptum, porrectum in eum digitum habebat, vt illi oculum
18 erueret, quandoquidem † ad Reipublicæ regimen accedendum non est tanquam ad nundinas, & mercatum, vt docet *Plutarc. in praecept. gerend. Reipubl. & Demost. in orat. de Reipubl. ordin.*
19 dicens, quod Magistratus præmium est onus, quod si aliquid vlterius appetit Tyrannus fit, neq. quisquam Reipublicæ bene vnquam consulet, qui compendij sui rationem hēt. Et pro-
20 ptetea † Iudex in huiusmodi muneribus licitis, licet secundum *Vlpianum in d. l. solent*, nec in humanus esse debeat à nemine accipiēs, nec vilissimus passim, & auarissimus omnia recipiēs, attamen nec facilem se ostendere permittitur ad accipiendum munera, sed tempore, quo accipit excogitare quis mittat, ad quem finem, quātumue sit donum, ne facilitas recipiendi ipsum à rectā administrādi via remoueat; vn-
21 de † *Plato lib. 12. de legib. pæna mortis mulctandos esse* (ait) *qui munera in iudicando, aut alijs gubernationibus publi-*
22 *cis accipiunt*, est † enim hoc secundum *Arist. lib. 4. polit. cap. 7.* ciuibus periculosum, ipsiq. Magistratui ignominiosum, adeo quod ex gratitudine munerū quodāmodo passiones insingūtur in animo gratificandi, & animi passiones iustum videre faciunt iniustū, falsum aūt, verū, & multa alia, de qui-

quibus apud ſcriptores legimus. Nec
23 ommittendum erit,† quod Aduocati,
Procuratores,& huiuſmodi ſimiles,q
munera à clientulis accipiunt ſub prę-
textu donãdi iudicibus, etiam pro iu-
ſta ferenda ſententia infames reddun-
tur Bald. in l. 1. C. de cupreſſ. lib. 11. vbi
etiam Ang. qui per illũ text. exclamat
ꝙ Aduocatos,& Procuratores hoc ꝑ-
mittẽtes,vñ ab his cauẽdũ erit, vt inqt
Rip. de remed. con. peſt. ĩ prin. Caualc. de
brach. reg. p. 5. n. 175. Baiar. ad Clar. §.
fi q. 73. n. 14. Menoc. de arbi. caſ. 343. q.
hos fumi venditores nuncuparunt.
24 Alius eſt caſus† extorſionis, qui pa-
rum, aut nihil differt à præcedente, cũ
omnia ſint ſynonima, in tãtum quod
25 † ſub verbo, extorſio, comprehenditur
26 etiam ſubornatio, quæ† (vt dixi) veri-
ficatur, quãdo Iudex, vel officialis vel
per ſe vel per ſubmiſſas perſonas acci-
pit à ſponte ſoluente, vel aliquid prõ-
mictente de quo proprie loquitur tex.
in Authen. ſed nouo iure C. de pæn. iud. q.
mal. iud. l. omnes, & l. fin. C. ad leg. Iul.
repetund. l. 1. ff. eod. Gramm. cõſ. 35. Pa-
riſ. de Put. in verb. poteſtas, poſt princi-
27 pium, extorſio† vero dicitur quãdo ab
eo petitur, & donatur, vel prommictit
pro aliquo faciendo, vel omictendo,
ſeu quando officialis aliquid petit, &
accipit, & donatur, aut eo petente ali-
quid recipitur a litigantibus, vel ſub
ſua iuriſdictione exiſtẽtibus per ſe, vel
per ſubmiſſas perſonas, ad tex. in l. le-
ge Iulia, l. vel quo magis, l. eadem lege, eo
l. lex Iulia, ff. ad l. Iul. repetund. l. fin. C.
eod. Decia. in tract. crimin. lib. 8. cap. 35.
num. 6. cum ſeqq. Caball. reſolut. crim.
28 caſ. 195. nu. 1. & per totũ. vbi† loquitur
de Iudice pecuniam mutuo à litigan-
tibus recipiente, Maſcard. concluſ. 164.
29 num. 1. & 5. idque fortius† procedit ꝑ
vim exigẽdo, quæ propriè dicitur cõ-
cuſſio, ad tex. in l. 1. in verb. rapuerit C.
ad l. Iul. repetund. vbi Fulgoſ. & Bald.
in l. iubemus, in prin. & ibi Odoffred. C.
eod. l. 1. ff. de concuſſio. Gramm. conſ. 51.
30 vbi ait quod† officialis habet præſum-
ptionem contra ſe, quod ſcilicet con-
cuſſerit, ideſt terrorem incuſſerit Bald.
in l. nouiſſimè in fi. ff. quod cum falſ. tu-
to. Pariſ. de Put. de Syndica. in ver. Iu-
dices ſindicantur cap. 7. Gram. d. cõſ. 51.
31 nu. 12. addẽs, quod non ſolum† facta,
ſed etiam dicta magiſtratus mætũ in-
ferunt, dum tamen per barattariam
extorſerit ſecundum Bald. in d. l. 1. Ca-
ſtrenſ. in d. l. lex Iulia, §. hodie num. 3.
verſ. item differt hic titulus ff. ad l. Iul.
repetund. & de hac concuſſione loqui
videtur Conſtit. Regni, incip. eos tãtum,
vbi Afflict. in fin. Decian. lib. 8. cap. 35.
Ioa. Philip. Teſtay Alleg. 9. num. 102. cũ
ſeq. Menoch. de arbitr. ca. 342. eoq. per-
32 tinet, quod † pro huiuſmodi crimine
ſecundum d. cõſtit. eos tãtum, efficiunt
inhabiles de cætero ad officia, vt dixit
Afflict. ibidem num. 6. & 7. & in cõſtit.
Magiſter Iuſtitiarius nu. 2. verſ. ſecun-
33 do quaro, & ſic† poſſunt etiã delinque-
re birroarij, vel alij miniſtri, qui ex eo
quod dicunt habere mandatũ capien-
di, vel aliquid inferẽdi, perſonam ali-
quam capiunt, ad id mandatum non
habentes, cõcuſſionem commictunt,
Homod. de ſyndicat. num. 104. Decian.
34 d. l. 8. capit. 35. num. 24. adeo quod† in
extorſione, quæ ſapit cõcuſſionem, de
pluribus pænis, quæ imponuntur ſe-
cũdum diſpoſitionem diuerſorum iu-
rium non tollitur vna per electionem
aliarum, quod ſecus eſt regulariter in
alijs delictis, Boſſ. in tit. de official. pe-
cun. corrupt. num. 7. in fin.
35 Alia† dicitur extorſio, quam Doct.
vocant barattariam, vt quãdo diſtra-
hitur iuſtitia pecunia, ſeu officium ſuũ
cum pecunia permutatur vt probari
videtur per text. in l. 2. §. ſed ſi dedi, iũ-
cta gloſ. ĩ verb. hodie, circa fin. ff. de con-
dict. ob turp. cauſ. Angel. de ſyndicat. nu.
4. Amod. ĩ ſimil. tract. nu. 103. & 163.
Pariſ. de Put. ibidem ĩ verb. barattaria,
num.

num.7. & 8. Canale. de Brach. Reg. p.5. nu.66. Carpan. super stat. Mediol. c.41.
36 & sic † barattariam commictit Iudex
etiã si aliquid accipiat datũ, vel pro-
missum, vt sententiam iustã proferat,
Menoch. de Arbitr. iudic. cas.342. num.
18. cum seqq. Decia. d. l.8. capit.35. nu.
3. Capibl. de Baro. pragm.4. nu.17. Boss.
vbi supra num. 1. Pascet. cons.81. cum
pluribus alijs relatis per Mascard. lib.1.
concl.164. cum seqq. qui latissimè ma-
teriam explicant, & est prouisum per
constit. Regni incip. Iudex si acceptat,
vbi etiam *Afflict.* & eleganter discutit
Ioa. Philip. Tessay d. alleg.9. num.111.
37 *cum seq.* vbi ponit † quando delictum
extorsionis non cõsumatum compre-
hendi possit sub dispositione *d. capit.*
Regni, de quo pariter loquutus est *Ba-*
iard. ad Clar. in §. fi. q.73. num.22. post
38 *Boer. decis.153. & alios per eum rela-*
tos. In tantum quod † nec potest of-
ficialis ex debitis, & gestis ante officiũ
aliquid capere durante officio, nisi de-
bita clarè pateant, *Archid. cap. per te-*
stes 11. quaest.3. Paris. de Put. ĩ verb. of-
ficiales nõ possunt, vers. cõtrahere, Boss.
vbi supra num.4. Purpurat. cõs.369. nu.
44. lib.1. Mascard. d. cõclus.164. nu.16.
vbi refert ita Mediolati iudicatum, &
sequitur *Anton. de Ball. lib.6. quaest.4.*
39 *num.8.* subdens rationem esse, † quia
semper praesumitur datum contem-
platione officij ob vicinitatem actus,
Bal. in l. quisquis, C. de reb. credit. Cra-
uett. con.100. n.8. & 153. nu.9. debent
40 enim suo contenti esse stipendio, vel
sportulis legitimè competentibus, &
priuatis iustitiam gratis ministrare,
l. eadem, §. lex Iulia, ff. ad leg. Iul. repe-
tun. Boss. de offi. corrupt. nu.1. Et pro-
41 pterea † in hoc crimine barattariae, &
extorsionis scientes reuelare tenentur
superioribus, aliàs puniuntur pęna eis-
dem officialibus imposita, *Par. de Put.*
in verb. Syndicatus officialium quid sit,
vers. Indices, cap.2. Caron. Rit. Neapol.
4. nu.1. per tex. in §. necessitatem, versic.
sed etiam, in Authẽt. vt iudic. sin. quoq.
suffra. cum similib. traditis per *Decia.*
d. lib.8. cap.40. maxime si scientes sint
officiales, vt est prouisũ ĩ Regno Nea-
pol. per *d. Rit.4. vbi Caronit. Paris. de*
Put. de Synd. in verb. Syndicantur, quẽ
refert, & sequitur *Baiard. in loco citato,*
42 *nume.24.* quamuis † ex supra relatis
cap. Regni sub Alfonso Rege sponte re-
uelantes nedum poenam euadunt, sed
ẽt partem bonorum fisco cõpetẽtium
acquirunt, eoq. ortum habuit dispo-
sitio *Fiderici Regis in cap.45.* licet ma-
43 le seruata, dum voluit, quod † in Re-
gno debeant ordinari tres probi viri
legales in qualibet Ciuitate, & Terra
ad denuntiandum extorsiones illici-
44 tas officialium, † qui longè grauius er-
rant, quàm publici latrones, cum hij
eorum periculo in campis rapiunt; il-
li autem, qui ex iuramento tenent̃ nõ
furari, immo aliena furta punire, cal-
cato iuramẽto subditos spoliãt, quos
vindicare tenentur, & legis authorita-
te, seu fauore grauant̃, vt notabiliter
tradit *Luc. de Penn. in l. Iudices, num.*
18. C. de dignit. vbi & alia subdit in
proposito.
45 Qualiter † autẽ probetur, & punia-
tur barattaria ponit *Mascard. d. concl.*
164. 165. & 166. Clar. ĩ §. fi. quaest.73.
vers. iudex commictẽs Menoch. cas.342.
& 343. Catald. de syndicat. quaest.66.
Capibl. de Baron. pragm.4. num.18. cum
seq. Raudens. cõs.49. num.25. cum plur.
sequ. Carpan. super statut. Mediol. cap.
40. Canalcan. de brach. Reg. par.5. num.
107. cum sequ. Sess in respon. Syndica.
post tract. de inhibit. num.42. Bonadill.
lib.5. Polit. cap.1. num.201. & nu.208.
vbi ponit quid in officiali malae famę,
& in spetie criminis barattariae *n.120.*
Decian. tractat. crim. lib.8. cap.38. Ioa.
Philip. Tessay Alleg.7. nu.30. cum seq.
Sed in Regno habemus regiã *prag-*
maticam 3. sub tit. ne official. muner.
accip.

46 *accip.* per quam † tres testes singulares bonæ vitæ, famę, & opinionis plenam faciunt probationem, eoq. magis q̃si essent multi, qui dicāt qđ recipiebat, vt ex quodam cap. Regni Neapolitani, docuit *Put. in verb. probatio, Beatus in add. ad Afflict. in constitut. corruptele*, nouissime *Ioseph Sese dec. Arago.* 214. *par.* 2. *& D. de Pont. dec.* 16. vbi
47 *nu.* 25. quærit † de fide, & inditio, qđ facit dictum mediatoris de quo per *Azened. l.* 10. *num.* 20. *tit.* 7. *lib.* 3. *Ioan. Philip. Testay d. allegat.* 7. *num.* 26. *Mascard. cōclus.* 1137. eoq. pertinet quod
48 ista qualitas per fiscum, vel partem est in specie articulanda, & probanda in testibus contra Iudices *Ang. in l.* 2. §. *diem ff quemadm. testam. aperiantur. Andda. de exequen. mandat. cap.* 2. *num.* 21. *vers. quarto ex eisdē, Sese de Inhib. iust. arag. cap.* 1. §. 3. *num.* 33. *&* 34. *& in respon. syndic. num.* 43. *Garsi. de expens. c.* 9. *num.* 14. *Rand. cons.* 49. *num.* 37. *Bonadill. lib.* 5. *polit. cap.* 1. *num.* 224. nec præstari poterit iuramētum suppletorium vt notat. *Ias. in l. admonendi nu.* 282. *ff. de iur. iura. Azened. d. l.* 10. *nu.* 21. *Rand. d. cons.* 49. *num.* 73. *Bonadill. lib.* 5. *Polit. cap.* 1. *num.* 118. 138. *&* 201.
49 *& sequ.* accedente † maximè bona fama, secundum eumdem *Put. in verb.*
50 *testis, vers. fui semel*; eoque fortius prędicta procederent si officialis aufugerit, quo in casu iuramento accusatoris barattaria probaretur *Homod. de syndicat. num.* 187. *vers. sed pone Put. in verb. fuga officialis capit.* 2. *num.* 1. *Bonadill. lib.* 5. *polit. cap.* 1. *num.* 117. *Aniles in cap.* 1. *Prætor. verb. dadinas nu.* 17. & pro cōfesso haberetur *Azened. l.* 23. *num.* 9. *lib.* 3 *recop. Canal. de brach. Reg. par.* 5. *num.* 71. licet per capturam purgaretur secundum eos, *Bonad. vbi supra, & nu.* 119. vbi ēt ponit † causas, ex
51 quibus officialis excusetur profuga.

Postremo id adnotandū erit, quòd
52 hoc † crimē extorsionis punitur etiam ex prōmissione facta, licet aliquid datum non fuerit, si tamen iudex huiusmodi promissioni annuerit per text. *in Regno in constit. Capitaneorum, vbi Afflict. num.* 31. *& in constit. corruptela, num.* 5. *Homod. de syndicat. nu.* 166. *Menoch. d. cas.* 342. *num.* 28. *&* 29. *Mascard. conclus.* 164. *num.* 8.

53 Idque procedit † etiam in promissione indemnitatis, quam officialis recipiendo pro ferēda sententia incideret in barattariā, vt distinguendo tradit *Bart. in l. si quis vxori*, §. *si fugitiuus, ff. de furt. quem declarat Roman. in l.* 1. *nume.* 8. *ff. de condict. ob turp. caus. Paris. de Put. in verb. corruptio, capit.* 3. *colu.* 1. *Decian. in tractat. crimin. lib.* 8. *capit.* 35. *num.* 12.

54 Barattaria † etiam committitur q̃n iudici aliquid datur, vt celeriter causam expediat, & iustitiam celeriter ad ministret, *Catald. de syndicat. quæst.* 98. *Boer. decis.* 253. *num.* 2. *& post eum Menoch. de Arbitr. iud. dict. casu* 342. *nu.* 26. vbi ponit plures alios casus, in qui bus barattaria committitur. Sed illud ommittendum nō erit ad intellectum
55 statuti nostri, quòd † sub hoc verbo extorsionis comprenditur etiam vt possit officialis syndicari de omnibus iniustis sententijs, quarū vigore aliquid iniustè exactum est, licet de his simpliciter non teneretur vt dixit *Bertaz. cōs.* 90. *num.* 1. *vol.* 1. quandoquidem
56 exactio, † quæ fit ab inuito, extorsio appellatur, quantumcunque iustitia suadente, vt docet *Catald. de syndicat. quæst.* 14. *& quæst.* 149. qui allegat *tex. in l. si seruo, in verb. extorquere ff. de hæred. instituend. & ibi Angel. Imol. & Aret. in l. si mora ff. solut. matrim. Paris. de Put. de syndicat. in verb. electio officialium Bonadill. lib.* 5. *Polit. cap.* 3. *num.* 29. licet idem *Imol. in d. l. si seruo de dicto Angel.* aliquantulum dubitet, dicens, quòd † pactum loqui videtur
57 de extorsionibus factis ab officialibus

ad

ad sui commodum, & nõ videtur qđ
comprehẽdãtur extorsiones factæ ad
alienum commodum ex iniustis sen-
tentijs, nisi forte vbi appareret, quod
scienter, & dolosè fuissent latæ sentẽ-
riæ, vt tradit idem *Aret. in d. l. si mora*,
de quo vide pariter *Fulgos. num. 11. &*
Rom. num. 40. ibidem, *Rõdinell. de syn-*
di. nu. 277. Caual. de brach. Reg. par. 5.
num. 53. & 54. latè Raud. d. cons. 49.
num. 82. cum seq.

58 Sed † an officialis, qui tenetur ex na-
tura officij referre Principi causam ali
quam pro gratia obtinenda, maximè
ex commissione Principis, possit ali-
quid accipere à Reo gratiam petente?
dicas qđ nõ, quia tenetur gratis præ-
bere officium suum petentibus, & ob
id recipiendo cogitur acceptum resti-
tuere, secundum *Bart. in l. iurisgentiũ,*
§. si ob maleficiũ, ff. de pact. vbi ait, qđ
59 † pecuniam recipiendo pro eo, quod
gratis tenetur facere, dicitur turpitu-
do ex parte dantis, & tenetur restitue-
re, ad text. *in l. pen. & fin. ff. de cõdict.*
ob turp. caus. & magis in specie *tex. ĩ l.*
fi. ibi, *pro aliquo præstito beneficio tem-*
pore administrationis C. ad leg. Iul. re-
petund. Natt. cons. 76. in princ. & prop-
terea in crimen baratrariæ incidisse di-
60 citur, licet † aliud sit quando ipse im-
petrasset gratiam à Principe, quo in
casu posset à partibus pecuniam acci-
pere *Raud. cõs. 50. nu. 593. & 629.* vel
61 in † Principe vt dixi *supra lib. 3. cap. 7.*
num. 53.

62 Tertius casus, † in quo potest offi-
cialis ad instantiam fisci syndicari ex
dispositione *dict. capit. 39. Ferdinandi*
Regis, est occupationis bonorum,
& rerum Regij Patrimonij, & sic Iu-
63 rium, & actionum, † quæ bonorum ap-
pellatione veniunt, vt de cõmuni tra-
dit *Don Frãcis. Alfar. Lusitan. ĩ tract.*
de iur. fisci glo. 20. ĩ princ. num. 5. & 6.
& §. 3. num. 38. Pinell. ĩ Rubr. C. de bon.
matern. num. 1. 2. & seq. subdens *ibi*
64 *nu. 4.* quod † rerum appellatione com-
prehendantur etiã ea, quæ sub appel-
latione bonorum cõtinentur, per *tex.*
in l. rei appellatione ff. de verb. signific.
vbi etiam pluribus modis ampliat.

65 Quæ † autem sint bona, & res patri-
moniales, dixi *supra lib. 3. capit. 10. per*
totum, & ponit *Paris. de Put. in tract. de*
syndicat. in verb. iudices cap. 3. D. Frãc.
Alfar. latissimè ĩ tract. de iur. fisc. glos.
20. Io. Anto. de Nigr. c. Regn. Neapol. 9.

66 Officialis igitur † occupans, & oc-
cultans bona ad patrimonium regale
pertinẽtia, de iure communi punitur
pæna deportationis, & publicationis
bonorum, ad text. *ĩ l. vnic. C. de ijs qui*
se defer. lib. 10. De iure autem *Cõstitu.*
Regni, incip. ab officialibus, pæna est in
casu prædicto ad rei restitutionem, &
ad quadruplum fructuum a die scien-
tiæ, vbi etiam *Afflict. ibidem, & nu. 5.*
& 6. Fab. de Mõteleon. ĩ prax. criminal.
par. 5. num. 61. fol. mihi 431. Idem est
67 in † bonis de Demanio Regis, *vt ĩ con-*
stitut. dignum credimus, vbi Afflict. nu.
68 *12.* q refert † differentiã inter has duas
69 *cõstitutiones*; sic etiam † occultans iu-
ra releuij punitur in Regno per *cap. 4.*
70 *Regis Petri*, & † non exigens pænam
fisco applicatam, & incursam, tenetur
de proprio tantumdem fisco soluere,
Afflict. in constitut. si quis in posterum,
num. 53. vers. quicquid gratiosè, & in
cõstitu. cultus iustitiæ, in fine: quinimo
amittunt totum salarium etiam præ-
teriti temporis vt fuisse iudicatum te-
statur *Ioseph Sese dec. Aragon. 174. nu.*
4. & declarat *Honde. cons. 82. nu. 8. cum*
seq. vol. 2.

71 Et quamuis † officialis subtrahens
pecuniam Regis, & Regij Patrimonij
de iure communi puniatur pæna legis
Iuliæ peculatus, q̃ est deportationis,
ad tex. *in l. 3. & l. hac lege ff. ad leg. Iul.*
peculat. l. 1. & ibi gl. C. de crimin. pecul.
quæ loquitur in officiali, & in Cõstit.
Regni Officiales Reipublicæ vbi *Affl.*

in

in prin. quidquid ibi dixerit glo. intel-
73 ligens † de pœna mortis, de quo vi-
dendus eſt Farinac. de pæn.q.19.nu.4.
cum ſeq. Rondin. de ſindic.n.30. Decia.
lib.8.tract.crim.c.30.n.6.& latè Fari-
nac.q.171.n.14.& per totam, Ioan.Phi-
lip. Teſtay alleg.7.num.64. Menoch.de
73 arbit. caſ. 586. attamen † per particu-
lares Pragmatic. puniuntur ad pœnã
nunupli, ſub tit.de official.pecu.et Reg.
74 Theſaur. ſic officialis, † qui pecuniam
publicam in rem ſuam vertit, pœna
peculatus punitur, l. 1. C. de crim. pe-
culat. vbi Odoffr. Salyc. & alij, diſtin-
guunt l.fin. C.de his, qui ex publ. colla.
lib. 10.& tex.in l.fin.C.de his, qui ex pu
bl.ratio.vbi Doct. & præcipuè Bart. &
Ioan.de Plat. qui hoc notant cõtra cõ-
ſeruatores monetæ, qui pecuniam cõ-
munis deputatam ad ſolutionem ſa-
lariorum Doct. in alios vſus cõuertũt,
& in ſpeciè Io.de Plat. hoc notat cõtra
officiales exigentes Regiam pecuniã,
& poſt Odoffred. Rebuff.& alios docet
D.de Pont.d. dec.7. nu.18. cum ſeq. Io.
Phil. Teſtay d.alleg.7. nu.67. & n.68.
75 vel † ſi pecuniam publicã in libris non
ſcripſerint Rip.de peſt.tit. de remed. ad
conſerua. nu.8. & poſt alios eleganter
tradit Marius Giurba poſt hæc ſcripta
viſus in eruditiſſima Conſiſtorij dec.88.
nu.6. D.Tap.ſup prag.46.de offi.procu.
76 Caſa. ſubdẽs ita practicatũ; vel ſi pecu-
niã fiſcalẽ per aliquod tẽpus pœnes ſe
retineant, & de ea commercium ali-
quod faciant, quia extraordinariè pu-
niuntur, l.Diui, C.de ſuſcept. & arcar.
lib.10. l.2. C.de diſcuſſor.lib.11. Affl.in
d.conſti.officiales Reipublica, nu.3.Ca-
nalc. dec.37. nu.10. par.5. D. de Pont.
77 d. dec.7. nu.20. & 21. vbi ait, † quod
in hoc caſu fiſco Regio dominiũ pecu
niarum acquiritur, cuius nomine ex
obligatione ſui officij exigit, quidqd
78 ſit in argentarijs, & nummularijs Bal.
& Salyc.in Auth.libellum, C.de litis cõ-
teſt. Io.Fab.in §.item lex Iul.peculatus
Inſt.de publ.iud. Rui.conſil.143. lib.5.
Dec.conſ.6. nu.2. Alexan. conſ.33. lib.
5. Menoc.de arbit.d.caſ.586.Caball.re-
ſolut. crim. caſ.99.
79 Eadem pœna † pariter puniũtur il-
li, quorum miniſterio vtitur officialis
ad ſubtrahendam publicam pecuniã,
& qui poſt ſubtractam ſcientes ſuſci-
piunt. l.prima, C.de crim.peculat. l.ſa-
crilegij, §.fi.vbi Bart.& Alber.ff.eo.&
ſecundum eos puniri poſſunt tamquã
fures manifeſti, vt tradunt Bal.Caſtr.
& Salyc.in d.l.ſacrilegij, §.fi. cum ſi-
milib. traditis per Decia.in tract. crim.
80 lib.8.cap.28.nu.7. Sic † etiam ſi pecu-
niam Regij Fiſci officiales mutuarent
alicui perſonæ ſine licentia Regis de-
bent decapitari, & ille, qui recipit de-
portatur, eiuſque bona omnia publi-
cantur l.fi.vbi gl.C.de his, qui ex publ.
rat.& l.1.& fin.C.de his, qui ex collat.
publ. & vbique Bar.lib.10.l.fi.C.de col-
lat.fund.lib.11.vbi Ang. Affl.in conſti.
officiales Reipublicæ, nu.2.verſic.& dico
nono, Raud.conſ.50.n.467. Canalc.dec.
37.nu.2.p.5.Alfar.de iur.fiſc.gl. 34.§.
3.nu.101.& ſeq. vbi ponit quãdo of-
ficiales poſſint inſtante neceſſitate mu
tuo accipere, Greg.Lopez.in l.3.tit. 1.
p.5.gl.3. Decian.d.lib.8.c.28.& c. 31.
n.9. D.de Pont.dec.7.nu.18.& 23. vbi
poſt Odoffred. reddit rationem quan-
tam rigidæ pœnę in huiuſmodi caſu
contra officiales pecuniarios imponã-
81 tur, quamuis † ad lucrum Reipublicæ
poſſit officialis ſub vſuris pecuniã mu
tuare propter aliquam neceſſitatem,
ad tex.in l.1.C.de auri publ. proſeq. lib.
10. Caball.reſol.crim.caſ.294.nu.430.
82 & in eo, qui † recipit mutuo pecuniam
Ciuitatis, tradit Vſembec. conſ. 53.
83 vol.2. qui autem receperit † pecuniam
mutuo ab exactoribus tabularijs ar-
charijs puniuntur pęna quadrupli, l.1.
C.de his ex publ.rat.lib.10. Alfar.vbi ſu
pra nu.105. Decia.d.l.8.c.28. vbi plu-
ra huiuſmodi in materia cumulat, ſic

84 etiam † officiales reliquatores, qui etiã
tenenĩ ad vsuras, ad tex. *ĩ l. q nominib⁹,*
§. 1. vbi gl. ff. de adminiſtr. tut. Decia. d.
lib. 8. c. 31. & D. de Põt. dec. 7. n. 1. & dec.
85 10. vbi ponit, † quando officiali pro
mala administratione cõdemnato de-
ter actio, & remedium diuisionis, ad
tex. *in l. ſi multi, ff. de publica. vbi Doct.*
Pariſ. de Put. de Synd. in c. incip. plures
officiales, Alfar. de iur. fiſc. glo. 17. n. 55.
86 Quinimo † occupare dicitur officialis
bona & res Regij Patrimonij, si ea per
miserit deperire, & conſequenter de
suo, fisco Regis extimationem resarci-
re ob eius negligentiam per *tex. in con-*
ſtit. Regni officiales qui, vbi latè *Afflic.*
ponit quomodo probetur huiuſmodi
negligentia, quamuis delictum sit in
ommittendo, ad not. per *Bart. & alios*
in d. l. ſi mora, ff. ſolut. matri. Dec. conſ.
87 178. cum † eadem sit ratio in commit-
tendo, quæ in ommittendo, ad tex. *in*
l. pen. C. de canon. largit. lib. 10. & facit
conſil. Angel. 72. cum alijs traditis per
Affl. in d. conſtitut. officiales qui, Bona-
dil. lib. 5. polit. cap. 3. num. 47. & cap. 4.
per totum.
88 Potest † etiam de iure Capitulorum
Regni officialis dici occupator rerum,
& bonorum Regij Patrimonij, si exe-
gerit iura tractaium, & exituræ extra
Regnũ, qñ ad eius officium id nõ spe-
89 ctaret, *ex c. 13. Regis Martini,* idem † de
gabellis Regię Secretiæ, quę de Regio
Patrimonio dicuntur *per c. 33. ſub eo-*
90 *dem Rege Martino;* Idem pariter de sa-
linis maris, littoribus, iuribus ligna-
minũ, aratorum, forestę, aliorumq. iu-
rium, de quibus per *cap. 34. ſub Rege*
Martino, & 491. ſub Rege Alfonſo. Idẽ
91 dicẽdum † est de occupante, seu vt cõ-
muniter dicitur, de vsurpante regiam
iurisdictionem, secundum *Bald. Alex.*
& alios in l. 1. ĩ fine ff. de iuriſdict. omn.
92 *iud. Gram. dec. 46.* & † licet sint iura in-
corporalia, q̃ nec videri nec tãgi pos-
sunt per tex. *ĩ l. q rẽ §. nec vtimur ff. de*
furt. Speculat. in titul. de cauſ. poſſ. &
propr. §. ſequitur videre num. 15. verſ.
ſed iuriſdictio, Bald. in l. ab Anaſtaſio
nu. 5. C. mandat. attamẽ occupari pos-
sunt vt in specie notat. *Anton. de Butr.*
quæſt. crim. lib. 6. quæſt. 5. nu. 8. eo quia
93 & † in ea datur quasi possessio, & pro-
94 batur † per plures actus possessionis de
notantes possessionem ipsam iurisdi-
ctionis, scilicet per erectionem furca-
rum, *Rip. in capit. 1. nu. 63. de cauſ. poſſ.*
& propr. Idem ꝑ actum pronuntian-
di, *Innocen. in capit. literas, de reſtitut.*
ſpoliat. gloſ. Angel. Florian. & Imol. in
l. ſeruitus, ff. de ſeruit. urban. præd. & in
l. ſi quis diurno ff. ſi ſerut. vindic. Idem
per bãna facta per possessores Castri,
& quando exercetur actus iurisdictio-
nalis, *l. Imperium cum ibi notatis, ff. de*
iuriſdict. omn. iudic. Innoc. in capit. li-
cet cauſam de probat. Idem per vnum
actum, vel duos iurisdictionales, *Flo-*
rian. in l. arboribus §. idem, & §. vſu-
fructuarius ff. de vſufruct. Afflict. in
conſtitut. duram, & diram, Pariſ. de
Pute. de ſyndicat. in verb. iuriſdictio,
95 *capit. 1.* si ergo † datur possessio ex exer-
citio actus iurisdictionalis, ergo datur
occupatio *Bald. in l. pen. num. 15. verſ.*
occupare, C. de condict. infert. nec ob-
stant *Bald. & Speculat. in locis citatis,*
96 nam, & si vera sit quod † incorporalia
propriè possideri minimè possunt, at-
tamen, ex quo quasi possidentur, da-
tur occupatio quasi possessionis, sicut
97 etiam respectu quasi possessionis da-
tur præscriptio, *Bart. in conſ. 1. incip.*
quæritur vtrum iuriſdictio, Innoc. in
capit. dilectus, de capell. monach. Flo-
rian. in l. ſi ſit conſtituta, ff. quemad.
98 *ſeruit. ammitt.* & prescriptio † non da-
tur sine possessione, vel quasi, quan-
99 doque autẽ iurisdictio † cohæret terri-
torio, & respectu possessionis territo-
rij dicitur quis habere iurisdictionẽ,
& propterea occupans territorium,
dicit occupare iurisdictionẽ ad not.

per

per *Bal. in c. ad hoc, de Allod. & in tit. de pac. turam. firm. nu. 4.*

De pœna autem occupantium Regiam iurisdictionem vide *And. & Afflict. in constitut. duram, & diram numer. 3. cum sequentib. Capell. Tholosa. quæstio. 401. Capic. decisio. 130. nume. 21. Parif. consil. 124. volum. quarto, Farinac. de crim. læs. maiest at. q. 104. num. 1. cum seq. Menoc. de arbit. iud. cas. 320.* vbi ponit quinque casus, & secundum vnumquemq. affert diuersam Pœnã, quod procedit nedum in occupante iurisdictionem pœnes Regem existẽtẽ, sed etiam in occupante iurisdictionem per Regẽ alteri cõcessam, ad notat. per *Affl. in cõst. ea q̃ ad decus, & in cõst. cũ satis, n. 7. cum seqq.* cum semp

101 † penes Regem remaneat suprema iurisdictio, vt aliàs diximus *sup. lib. 3. c. 2. n. 19. cum seqq.* & consequẽter sub huiusmodi Regni Capitulis contine-

102 bitur, sicut † & comprehensi dicuntur officiales eorum iurisdictionem ampliantes, & limites excedentes, ad notata per *Affl. ĩ cõst. pacis cultum, n. 56. & seq. & in constit. si quis in posterum, n. 8. per tex. ĩ l. prohibitum, C. de iur. fisc. lib. 10. l. deuotũ, vbi Ioa. de Plat. & cateri, C. de metat. & epidem. lib. 12. Cassan. super consuet. Burgũd. rubr. 1. §. 7. vers. de simple,* quod est prouisum per *cap. 6. sub Rege Petro, cap. 40. & 58. sub Rege Martino, & 94. sub Rege Alfonso,* vbi

103 † explicantur pœnæ impositæ cõtra huiusmodi officiales, & Magistratus, suę iurisdictionis limites excedẽtes, & disponitur de iure cõmuni per *text. in l. in Prouincijs, C. de numerar. lib. 12. vbi Barto. Natt. consil. 271. nu. 2. Homod. de synd. n. 27. Parif. de Put. in simil. tract. in verb. index. cap. 1. nu. 22. & in verb.*

104 *iurisdictio. cap. 1.* quamuis † non diceretur nullam habens iurisdictionẽ, eã vsurpare, si iurisdictionalem actum ad bonum finem faceret, vt tollantur scandala, rixæ, & violentiæ, secundũ *Foller. in comment. constitut. Regni capit. ad Regale fastigium, sub tit. de offic. Præsid. seu Iustitiar. nu. 6.*

105 Dicitur † etiam officialis occupare res, & bona Regij Patrimonij non solum si pecuniam, sed etiam si causam ad fiscum pertinentem occupauerit, vt tradit *Cumia de syndicat. capitu. 8. num. 16. per text. in l. bene à Zenone versic. qua enim vbi glos. in verb. omnia cõmuniter recepta, C. de quadrienn. præscript.* occultando delicta, vel illa minus iuridicè puniendo, vt docet *Fulgos. in consil. 236. num. 5.*

106 Quartus, † & vltimus casus, in quo potest officialis prosequi, & syndicari ad instantiam fisci iuxta formam *dict. capitu. 39. sub Rege Ferdinando,* est occupationis bonorum, & rerum Vniuersitatis, secundum *Afflict. in constitut. dignum, Andr. in prohem. Constitut. Regni, in princip.* Et † in his mili-

107 litare videntur tradita supra de occupatione bonorum, & rerum Regij Patrimonij, & sic vt eadem pœna legis Iuliæ peculatus puniantur, vt per *Parif. de Put. in §. syndicentur etiam officiales de subtractis, sub ver. indices, capitul. 3.* & licet † secundum alios

108 *titulus prædictus, ff. ad leg. Iul. pecul.* non procedat in bonis, & pecunijs Vniuersitatis, quorum subtractores puniuntur pœna furti, ad notat. per *gloss. in l. lege Iulia, in fine, ff. ad leg. Iul. peculat. Angel. Salyc. & Odoffred. post gloss. in l. prima, C. eod.* eamque firmat *Decian. dict. libr. 8. capitu. 28. numer. 11.*

Prima tamen opinio verior est, quam tenet *Alciat. lib. 1. dispunt. cupit. 3. & Cumia vbi supra num. 36.* & de officialibus annonæ qualiter teneantur ex annona subtracta, vide *Honded. consil. 43. & consil. 90. vol. 2.*

109 Vltra quatuor prędictos casus, † potest etiam ad instãtiam fisci principaliter agẽtis procedi, quñ officialis con-

Mm 2 uin-

uinceretur de contrauentione *Capitulorum, Pragmaticarum, ordinationum, & Constitutionum Regni*, idque dispositum est *in constitutionibus pragmaticalibus titul. de syndicat.* §.15. maximè

110 † si in detrimentum Reipublicæ Vniuersitatis, & eorum commodum, & vtilitatem contrauenissent, vt sentire videtur *Cumi. in d. c.* 18. *nu.* 30. *in fi. &* 31. *Autl. in c.* 1. *Prætor. verb. mandamētos, Bellug. in Spec. Princ. rubr.* 11. §. *his igitur vbi add. D. Borel. Peguer. in prax.*

111 *c.* 9. & stante iuramento, † quod in ingressu officij Magistratus omnes præstare tenentur circa leges, & consuetudines Regni, secundum plures relatos à *Pegu. in loc. cit.* sicut & literis Viceregijs, vbi apposita est pœna (pro quanto gratiam suam caram habent) quo casu officiales contrauenientes priuantur officio *Grammat. decisio.* 40. *num.* 22.

112 Remanet † vt videamus, ex quibus causis possint officiales syndicari ad instantiā partis, in quo plura dici possunt, quæ mihi necessaria esse nō vidētur, & habes apud Regnicolas *in annota. dictorum Capitulorum Regni* 392. *&* 393. *sub Alfonso Rege, c.* 39. *sub Ferdinando Rege*, & optimè cumulauit *Cumi. de synd. par.* 9. *cap.* 9. ad quem in casibus contingentibus recurrendum erit.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus parte accusante in syndicatu, & ex inde cedente, ac remittente, contra officialem subintrare potest, declara, vt in nu. seqq. & per totum.*

2 *Syndicator, parte cōcordata, et remittente, potest de iure communi accusationem prosequi, & de ratione nu.* 3.

5 *Accusator licet possit in sui praiudicium iniuriam remittere; non tamen id potest in praiudicium fisci, & Reipublica.*

5 *Delicta puniri Reipublica interest.*

6 *Fiscus in Regno potest in pluribus casibus subintrare parte cedente, & qui sint, vide ibidem.*

7 *Remissio delictorum, & concordia partium de iure Regni, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus est permissa, vsque ad aperturam, & publicationem testium, & num.* 9. *limit. num.* 8. *&* 10. *& ibi declara, & etiam nume.* 11. 12. 20. *&* 24. *cum sequentib. & quasi per totum.*

13 *Accusatus potest à iudice petere, vt detur terminus accusatori ad prosequendam accusationem, ampl. nu.* 14.

15 *Termino dato accusatori ad prosequendam accusationem elapso, non potest amplius mora purgari, nec auditur accusator, & dicitur Reus absolutus, & liberatus, maximè quando datur causa cognita, & nu.* 18. *&* 19. *& quando dicatur dari causa cognita, & numer.* 17.

16 *Terminus, qui datur accusatori ad prosequendam accusationē datur absenti & contumaci non autem præsenti, & agere volenti.*

12 *Accusationem non interuenisse, & interuenisse, & destitisse paria sunt.*

22 *Fiscus in criminibus non potest principaliter agere, nisi in certis casibus, & nu.* 23. *remissiue.*

27 *Agendi via si est præclusa parti, illa etiam iudici præclusa videtur, & de ratione nu.* 28. *&* 29. *intellige vt nu.* 30. *&* 31.

32 *Syndicator, vel Fiscus subintrans parte desistente, vel remittente an teneatur noua acta, & nouum processum conficere contra prosequutum.*

AR-

ARGVMENTVM.

Fiscus quando parte cedēte possit subintrare in causa Syndicatus.

CAPVT IX.



ROPOSITA per partē accusatione coram Syndicatore, eaq. remictēte,
1 & transigente † fiscus subintrare cōsueuit, & cōtra syndicādum procedere, Sed quia plurics vidimus in Regno dubitatum, quādo possit fiscus subintrare, nō nullos hic, & magis necessarios casus tangere arbitratus sum, ex quibus facilè colligi poterit quæstionis præsentis resolutio;
2 & de iure communi parte cōcordata, & remictente Syndicator procedere poteſt, & accusationem ipsam prosequi ad tex. *expressū in l. congruit, ff. de offic. præsid. vbi Bart. Alberic.* & * communiter *Doctores, l. item apud Labeonem, §. si quis fecit. ff. de iniur. l. per oēs, & ibi Doctores C. de defens. ciuit. l. qui sepulchra C. de sepulc. viol. l. 4. vers. 1. ff. ad l. Iul. pecul. cum similib. relatis per Farinac. de inquisit. quæst. 4. num. 31. &*
3 32. vbi ait rationem esse † quia ex cōmuni crimine poteſt dupliciter agi, ad pœnam scilicet parti applicandā, & ad publicā vindictam *l. qui nomine, ff. de fals. l. fi. ff. de priuat. delictis* vnde
4 licet† pars possit in sui pręiudicium iniuriam remictere, nō tamen id poterit
5 in præiudicium Reipublicæ, cui† conuenit vt delicta puniantur pro pace, & eius optimo regimine ad *tex. in l. licitatio, §. sed quod illicite, ff. de public. & vectigal. Bart. in l. 2. §. si publico ff. de adulter. & in l. transigere vbi Castr. Alber. Salic.* & * cōmuniter *Doctores C. de transact. Gomez. de delict. cap. 1. nu. 10. & seq.* & ī speciè Syndicatus *Paris. de Put. in eius tract. in verb. accusatio, n. 2. Rōdinell. in tract. de syndicat. nu. 139. & 40. Cumi. in sua prax. cap. 23. nu. 13.*
6 maxime in Regno vbi plures† sunt casus, in quibus fiscus poteſt subintrare, & primo per *Capit. Regis Iacobi* 43. per qđ accusatores ante litem cōteſtatam possunt se cum Reis concordare absq. licentia curiæ pro quocumque crimine, excepto heresis delicto, suspicionis vel proditionis, aut quādo Rei deprehensi fuerint in fraganti crimine, vel de eo sint confessi, & demum homicidio publicè perpetrato, aut notorio;
7 sed quia † inde emanauit *constitutio*, siue *Capitulum* 14. *sub Rege Fiderico*, vbi permissum fuit concordari posse partes tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus causis vsque ad aperturam teſtium, seu publicationem ipsorum fuit facta per eumdem Regem Fidericum alia declaratio *in capit.* 117. *incip. optātes*, per quam reformatur prædictum *capitul.* 14. quod † in delictis
8 enormibus, in quibus imponenda venit pœna mortis, deportationis, vel mutilationis membri licita non eſt sine iussu curiæ pactio, concordia, vel
9 transactio: si vero † delicta fuerint leuia procedit dictum *Capitul.* 14. *Fiderici Regis:* Deinde superuenit declaratio dicti *Capitul. Regni, optantes per Ris. in capit.* 145. vbi decernitur,
10 quod † in causis arduis, (quas idem *Capitulum* declarat) vbi pœna imponenda esset a relegatione supra, eo ipso, quod proposita eſt accusatio per accusatorem præsente accusato, vel per contumciam absente quæsitum eſt ius curiæ, adeo quod partes non pos-

possunt inter se concordare, & non obstante eorum concordia fiscus potest in causis prædictis subintrare, ac eorum accusationes propositas prosequi, & finire, in causis vero minimis à relegatione infra inclusiue recipiuntur accusationes, & ad instantiam partium recipiuntur testes, & vsque ad eorum publicationem, seu aperturam inclusiuè licitum est partibus se concordare, nec fiscus poterit subintrare, quamuis si cõstiterit liceat tantum curiæ accusatum carcerare, qui tamen *Rit. per Capitul. Regni* 360. *sub Alphonso Rege* ampliatus fuit, vt in criminibus vbi veniret imponenda pœna mortis, deportationis, aut membri incisionis, siue mutilationis, vel publicationis bonorum, curia ipsa possit subintrare, & partes prohibentur delinquentes remictere; in alijs vero delictis inferioribus, & grauibus etiam in sprætis pænis admictatur accusantium remissio vsque ad conclusionem inclusiue, & sic in delictis minimis ampliatus est fauor accusatorum, idemque disponitur *in Capitul.* 467. *eiusdem Regis* etiam in sprætis pænis, & defensis, in quibus parte remictente fiscus non potest subintrare, prout etiam dicitur in sprætis pænis, & mandatis officialium factis ad instantiam partium, vbi eis concordatis fiscus subintrare prohibetur, *ex Capitul.* 503. *sub eodem Alphonso Rege*.

11 Sed quia † partes accusatrices sæpe sæpius intentionem habent defatigandi accusatos expensis, & laboribus, arduam proponendo accusationem ad effectum, vt ea cedente, (quia qualitatem adiectam in accusatione non esse veram ab experto sciunt) fiscus potuisset subintrare, obuiando fraudibus accusantium, Ferdinandus Rex *in Capitul.* 23. disposuit, quòd si factis, & expletis probationibus, & completa productione ex parte accusatoris, vel fisci, non constiterit delictum subintrabile, non attendatur facies accusationis, nec etiam probationis, si ea non concludat in delicto arduo, & fiscus parte remictente, & concordante non subintret.

12 Idemque dicendum est si accusator desistat ab accusatione proposita, eamque non prosequatur? Siquidem fiscus poterit subintrare, & eius accusationem prosequendo finire, vt tradunt *Cumia in dict. capitu.* 23. *num.* 1. qui ponit practicam, qualiter fiat isthæc subintratio, *Marant. in Specul. parte* 6. *versi. & perueniatur aliquando per viam inquisitionis numer.* 180. *Clar. in* §. *final. quæst.* 51. *versic. sed quid, & quæstio.* 58. *versicul. & suas Ioann. Anton. de Nigr. in Capitul. Regni Neapol.* 140. *numero vigesimoquarto, cum sequentib. Muscatell. in prax. criminal. titul. de iniur. numero trigesimoquinto Domin. Maur. Burgi. in tractat. de mod. procedend. ex abrupt. quæst.* 20. *nume.* 38. vbi post *Ball. & alios* ait hoc procedere *de Rit. Regni*, idemque colligi *ex Capitul.* 21. *sub Rege Ioanne* ibi, *vel vbi subintrauerit loco partis desistentis*, & propterea

13 potest † à Iudice, parte accusata instante, statui terminus accusatori vt suam prosequatur accusationem, per text. *in l. si eam, & ibi Bald. nume.* 8. *& 9. Cod. de his qui accusat. non poss.* idemque notat ibi *Gloss. Cyn. Iacob. Butrigar. Bartol. Alberic. Salycet.* & communiter *Doctores* Idquè † procedit etiam in casu quo adhuc accusario non esset instituta, per text. *in l. Titia, vbi Doctores ff. de accusatio. & text. in l. licet in beato, extra de accusat.* & dicitur terminus peremptorius etiam absque comminatione *Salyc. in d. l. si eam, nu.* 6. In † tantũ qđ eo elapso, non potest mora purgari, vt

vt docet Pet. de Greg. ĩ trac. de ind. cauſ.
feud. d. q. 9. circa fi. & facit, Fel. in c. li-
cet cauſam, n. 17. ver. lim. quarto, de pro-
bat. maximè quando datur cauſa co-
gnita, vt quia Iudex ſit informatus de
contentis in cedula notificatoria, ſe-
cundum Ang. ĩ d. l. Titia, n. 3. ff. de ac-
16 cuſat. quandoquidē † terminus hic nō
datur, niſi abſenti, & contumaci, non
præſenti, & volenti agere, & cauſa co-
17 gnita † fieri dr̃, quando pars eſt abſens
per contumaciam l. ĩ cauſa cognitione,
§. cauſa cognita, ff. de minor. & poſtq̃
18 † dictus terminus in cedula contentus
eſt lapſus, dicitur excluſus accuſator à
limine iudicij, vt amplius non poſſit
audiri volens proſequi accuſationem
per eum propoſitam per text. expreſſũ
ĩ d. l. Titia vbi Bart. & alij, ff. de accuſ.
& tex. ĩ d. c. licet in beato, vbi Canoni-
ſta extr. eod. Affl. latè in conſtit. Inqui-
ſitiones à n. 8. vſq. ad fi. Ant. Gom. var.
reſol. tom. 3. tit. de de delict. c. 1. nu. 22.
cum ſeqq.

19 Hinc eſt † quod purificata cedula,
hoc eſt lapſo termino dicitur reus ab-
ſolutus, & liberatus, & impoſitum ac-
cuſationi perpetuum ſilentium, ita vt
de eo delicto non poſſit amplius mo-
20 leſtari, ſi † tamen agatur de delictis, in
quibus fiſco nullum ius competit, niſi
propoſita partis accuſatione, quo caſu
parte deſiſtente, non poteſt fiſcus ſub-
21 intrare, eo quia ęquiparãtur iſta duo,
accuſationem ſcilicet, non interueniſ-
ſe, & interueniſſe, & deſtitiſſe, ſecundũ
Foll. ĩ conſt. ſtatuimus, vt Magna, n. 57.
vbi allegat tex. ĩ l. reſcripto, §. ſi quis,
ff. de muner. & honor. Pariſ. de Put. de
ſynd. in ver. accuſatio. §. 1. ver. an Iudex
poſſit, Io. Ant. de Nigr. ĩ c. ad cõſultatio-
nẽ, n. 20. & c. iam pridem, n. 10. quos ſe-
quitur Caron. Rit. Neapol. 233. nu. 14.
22 verſ. & nihilominus limitatur. Sed † in
Regno in criminibus non poteſt agi
principaliter, & ex officio, niſi in certis
exceptuatis caſibus, in c. Rit. 149. & c.
359. ſub Rege Alfonſo, de quo per Fari
nac. q. 18. Cum. ĩ d. c. Rit. 149. n. 60. & c.
147. n. 1. vbi D. Mar. Mut. nu. 16. quos
refert, & ſequitur Maur. Burg. in d. tra-
cta. de mod. proced. ex abrupt. quaſt. 19.
23 qui eleganter † materiam proſequitur
adducendo infinitos caſus, in quibus
fiſcus poteſt principaliter agere, tam
ex dict. Rit. quàm ex alijs Regni con-
24 ſtitutio. Et ſic † idem dicendum,
vt nec parte deſiſtente Fiſcus agere
25 poſſit. Item facit quod † accuſato-
re deſiſtente de iure ante ſententiam,
vel poſt pendente appellatione non
poteſt fiſcus ex officio ad vlteriora
procedere, ad text. in l. quicum natu
maior, §. accuſaſſe autẽ, ff. de bon. libert.
ibi, accuſaſſe autem eũ dicimus, qui cri-
mina obiecit, & cauſam perorari vſque
ad ſententiam fecit; cæterum ſi ante
26 quieuit, & nõ accuſauit, &c. ſi ergo † nõ
accuſauit, non datur actio fiſco, Andr.
in conſtitut. vſurariorum, verſ. item ſi
deſiſtit accuſator, quem refert, & ſe-
quitur Caroni. Rit. 21. nume. 1. & 2.
Prædictis accedunt tradita per Nell. ĩ
tract. de Bãn. 3. p. 2. tẽp q. 5. vbi loquẽ-
do in ſtatuto dictãre qđ fiſco nõ cõ-
petit ius agẽdi, niſi accuſatione propo
27 ſita, ſubdit qđ vbi eſt præcluſa via par
ti, ſecluſa pariter dr̃, & Iudici, idemq.
ait determinatum per Raynald. ĩ ſua di
ſput. incip. lege municipali cauetur Bart.
ĩ l. non ſolum, §. quemque, ff. de iniur. &
in l. Prætor, § præterea, eod. tit. vbi com
muniter * Doctores, Roma. conſ. 214. nu.
28 4. & ait rationem eſſe, † quod ex quo
Iudex inquirẽs ſuccedit in locum par-
tis, quæ proſequi nõ poteſt, ita & pa-
riter denegaĩ audiẽtia ipſi iudici, q co-
29 dẽ iure vti dẽt, ſicut ſi accuſator deſti-
tit, vbi Curia ex officio ꝓcedere neq̃t,
nec poteſt procedere fiſcus, vt tradit
Foller. in d. conſtitut. ſtatuimus vt Ma-
gna, num. 57. & videtur ſentire d. capit.
30 52. ſub Rege Iacobo; quamuis † in ca-
ſibus, vbi fiſcus poſſet principaliter
age-

agere,& ex officio, aliter esset determinandum, & maxime in Regno circa syndicatum officialium, contra quos non nisi in relatis quatuor casibus potest per fiscum formari inquisitio, q a iudex, parte desistente posset ad ulteriora procedere, *l. pen. in princ. ff. de publ. iudic. l. 2.* vbi notatur *per Bald. C. de abolit. l. monete, vbi Ioan. de Plat. nu. 2. C. de delat. lib. 10. cum alijs relatis per Farinac. Gomez. & Burg. in locis nuper*
31 *adductis*, eo magis vbi† accusator per fraudem,& collusionẽ ab accusatione destitisset, vt per plura concludit *Caronit, ĩ d. Rit. Neapolit. 21. & post Bar. & alios tradit Auiles in cap. 4. Sindica. in fin. Auenda. ĩ cap. 6. Prator. Syndic. quos refert, & sequitur Azeued. l. 13.*
32 *nu. 7. tit. 7. lib. 3.* & in his casibus† Syndicator non tenetur acta de nouo reficere, sed processum in codẽ statu prosequi secundum *Anton. de Ball. super pragm. 5. titu. 24. num. 13. & seq.* quem sequitur *Burg. ĩ d. quast. 20. num. 13.* licet non separatim, sed comminando cum processu,& actis factis ad instantiam fisci, ne plures processus fiscus facere cogatur contra ritum Cõstitutionum pragmaticaliũ, & est practica quam docet *Auiles vbi supra num. 12. ver. & ex hoc dicto Bal.* quem sequitur *Azeued. dict. l. 13. num. 7. ver.* & quia, quamuis in casibus non exceptis, deseruire tãrum possint ad aggrauandũ, non autem vt super eis proferatur sententia contra dispositionẽ *Cap. Regni.* Multa alia circa materiã istius subintractionis fisci dici possẽt, sed vlterius me non extendo, quandoquidem de ea plura scripserunt *Iorland. in tracta. de syndicat. cap. vlt. Paris. de Put. in verb. inquisitio. cap. 3. num. 15. 16. & 17. Cum. in sua prax. cap. 23. num. 7. & seq.* & extra materiam officialium plura alia nouissime cumularunt *D. Mar. Mut. et Maur. Burg. ĩ locis supra citatis.*

SVMMARIVM.

1 *Officialis, seu magistratus, alio non constito, habet prasumptionẽ pro se, quod bene, & legaliter officium suum administrauerit, & nu. 4. & 5. ampl. n. 2. & 6. 7. lim. n. 9. & 10.*

3 *Officilis, si quid male factũ reperiatur, non prasumitur ipse, sed pars ex culpa fecisse, & de ratione nu. 4.*

4 *Nemo malus, sed bonus prasumitur, ampl. in indice, & officiali, ibidem limit. num. 9.*

5 *Iudex dicitur legis minister, & executor.*

8 *Probationes contra officialem debent esse satis valida, & efficaces.*

9 *Officialis circa negotia futura non prasumitur bonus, sed multa committere, & num. 10.*

11 *Officialis prohibetur contrahere in loco administrationis, & assignatur ratio, lim. nu. 12.*

13 *Officialis effectus diues, prasumitur ditatus ex rebus fisci administratis, & quid ĩ alijs officialibus, ibidem ampl. nu. 15. lim. nu. 14. & 16.*

17 *Officialis, seu Iudex potest in syndicatu ex nouis allegationibus defendere suã sententiam, & Reum fuisse iustè cõdemnatum, ampl. n. 18.*

19 *Officialis non seruans iuris sollemnitates in leuibus criminibus, vel viliũ personarum non tenetur in syndicatu. Crimina leuia, qua sint, sub nu. 19. remissiuè.*

20 *Officialis excusatur in syndicatu si aliquem in carceribus detinuerit, qui tãquã testis vocatus scriptus reperitur.*

21 *Officialis, seu Iudex, qui iniustè aliquẽ carcerauerit, quam cauthelam habeat ad legitimandam carcerationem.*

22 *Officialis, seu Index si aliquem testem, vel alium sine causa tortura subiecerit, quam cauthelam habeat ad legitimãdam torturã, & n. 25. 26. & 27.*

Ter-

23 *Testis non potest torqueri, nisi constito saltem iudicialiter, quod sciat veritatem, & non vult deponere, limit. num.24.*

28 *Iudex præsumitur iuridicè processisse.*

29 *Officialis pecuniarius excusatur in syndicatu si ignoranter in crimen p culatus inciderit, vel dolus non interuenerit, vel se debitorem declarat, ampl. nu.30.& 31.*

31 *Scipio Africanus peculatus crimine accusatus, quid egregiè fecerit.*

32 *Pœna optantis immunē esse à reddendis rationibus, quæ esse deberet.*

33 *Officialis, qui aliquid remunerationis gratia, vel bona fide accipit, non tamen ex causa officij, excusatur in syndicatu.*

34 *Officialis inquisitus de extorsione, si ante litem contestatam, vel ante sententiam, non animo confitendi, pecunias, aut res extortas depositauerit, excusatur in syndicatu, lim. nu.35. & ibi etiam declara.*

36 *Officialis pro leui, & leuissima culpa nō punitur criminaliter, sed ciuiliter, intellige vt ibidem.*

37 *Officialis iurisperitus, & maxima doctrina, si Aduocatos reorum audire nolit, excusatur, licet alias esset puniendus, lim. nu.38.*

39 *Officialis excusatur in syndicatu, nec tenetur pro delictis commissis non prætextu officij, nec pro debitis ciuilibus.*

40 *Officialis excusatur in syndicatu si conueniatur pro delicto suæ familiæ, quod est alienum ab officio, ampl. nume. 41. Quando autem teneatur, criminaliter, vel ciuiliter, vide d.nu.41. remissiue.*

42 *Officialis quando excusetur ex facto sui substituti.*

43 *Officialis excusatur de negligentia, quādo est leuis, & parui momenti, quia diceretur scrupulosa inquisitio, limit. num.45.*

44 *Officialis, vel Iudex in quibus casibus potest esse negligens.*

46 *Officialis excusatur in syndicatu si aliquid de facto exigit, & in Cameram communitatis mittat.*

47 *Officialis, seu Iudex præstans authoritatem actui ipso iure nullo, non tenetur ad interesse.*

48 *Iudex, qui non fuit interpellatus in expedendo processum excusatur.*

49 *Officialis, vel Iudex, qui aliquem carceratum detinuit, vt manifestet socios, vel faciat aliquid de iure faciendum, excusatur.*

50 *Iudex in pluribus habet supremam potestatem, vt ea faciens, licitè faciat, & non teneatur in syndicatu.*

51 *Iudex, vel officialis si non supplet in aliquo casu, in quo non potest supplere, excusatur in syndicatu.*

52 *Iudex, iudicans ex his, quæ viua voce audiuit, licet non appareant in processu, excusatur in syndicatu.*

53 *Iudex, vel officialis excusatur, si aliquid denegauerit, quod ab alio æquè commodè postulari potest.*

54 *Officialis, seu Iudex carcerans clericū, vel alios de eius familia, qualitér excusetur.*

55 *Officialis, capiēs mulionem, vel equum, aut quid simile pro iustitia administranda, soluta mercede, excusatur in syndicatu.*

56 *Officialis cogens aliquem pro suspendendo condemnatum, excusatur in syndicatu.*

57 *Officialis si reum resistentem, et fugientem vulnerauerit, quando iustè exequebatur, excusatur, amplia numer.58.*

59 *Officiales compellens aliquem ad vendendum eius Terram, in qua sint furca erigenda, excusatur in syndicatu.*

60 *Officialis errans ex causa rationabili, excusatur.*

61 *Officialis si habens merum arbitrium suum,*

suum, id alicui denegauerit, excusatur.

62 *Officialis si non faciat, id quod sibi cõmittitur, vt de eo faciat ad libitum suum, non dicitur grauare partem, limi. nu. 63.*

64 *Officialis, vel Iudex potest diminuere pœnam, quando habet arbitrium ex forma statuti, si non est nimis gratiosus.*

65 *Officialis habens arbitriũ procedendi secundum aquitatem, si summariè procedat, excusatur in syndicatu.*

66 *Officialis transgrediens ex iusta causa pœnam statutariam, excusatur.*

67 *Officialis procedens de facto sine processu in leuibus causis, excusatur in syndicatu.*

68 *Officialis pœnam solui faciens communitati de facto, & sine processu, excusatur.*

69 *Officialis non seruans statuta ex iusta causa excusatur in Syndicatu.*

70 *Officialis si homicidam, qui commisit homicidium in Terra confederata, decapitari fecit, excusatur in syndicatu.*

71 *Officialis excusatur si relaxari fecit carceratum, quem in carceribus inuenit, & nesciebatur ex qua causa erat carceratus.*

27 *Officialis excusatur si furcas erigat in loco priuati ad suspendendum aliquẽ, qui in illo loco delictum commiserat.*

73 *Officialis excusatur denegans dare consilium sapientis.*

74 *Officialis non seruans statuta illicita, & contra libertatem ecclesiasticam, excusatur in syndicatu, ampl. numer. 75.*

76 *Officialis, vel Iudex condemnans reum prosequutum de cicatrice notoria, quæ constat ex visione oculorum, absque eo quod medicos adhibeat, excusatur in syndicatu, amplia numer. 77.*

78 *Officialis habens liberum arbitrium ne teneatur seruare sollemnitates legales, si in die feriata, vel testibus non iuratis sententiam tulerit, excusatur in syndicatu.*

79 *Officialis si captũ de crimine graui maxime confessum, non solum facit poni in compedibus, sed in cippis, & catenis, excusatur in syndicatu.*

80 *Officialis potest sententiam proferre Reo non citato.*

81 *Officialis excusatur si non confiscauit vestes condemnati ad mortem, sed illas vendi curauit, pecuniam conuertens in necessitatem sui officij.*

82 *Officialis Consultor si studuit, & quod potuit inuenire, ac perscrutari consuluit, excusatur in syndicatu.*

83 *Officialis excusatur si accelerat executionem dilatione pendente propter tumultum sedandum, dummodo iustè exequatur.*

84 *Officialis excusatur si beneficium confessionis non admisit ei, qui primo negauerat.*

85 *Officialis, qui admiserit Cardinali condemnatum ad mortem stante priuilegio, excusatur in syndicatu.*

86 *Officialis excusatur, domum priuati destrui faciens pro adaptandis stratis.*

87 *Officialis detinens concubinam in loco vbi administrat, an teneatur in syndicatu, & sit puniendus, & n. 88. 89. & 90. cum seqq.*

89 *Amor puellarum subuertit rectum iudicium.*

90 *Officialis non solum à pecunia lucro, sed etiam à libidinoso aspectu continens esse debet.*

93 *Officialis, seu Iudex excusatur si labatur instantia, quando per eum non stetit, sed per partem, quæ fuit negligens.*

94 *Officialis, seu Iudex excusatur si die feriata sententiam protulerit, si fit dies vltimus, quo eius iurisdictio expiraret.*

95 *Officialis, seu Iudex proferens, ex igno-*

ignorantia sententiam iniustam, si adhibuit diligentiam prout solitum est, excusatur in syndicatu.

96 *Officialis, vel Iudex qui ex imperitia arguitur, quando sententiam tulit ex consilio peritorum, excusatur in syndicatu, limit. num. 97. & quid si sit imperitus, vide ibidem.*

98 *Officialis, vel Iudex excusatur si secundũ conscientiã iudicauerit quando tàm de iure, quàm ex actis est informatus.*

99 *Officialis vel Iudex iudicans secundum opinionem sui Magistri, quamuis sit contra communem opinionem excusatur in syndicatu intellige vt num. 100. limit. num. 101. & 102.*

103 *Officialis excusatur si litigantem mulctauit, qui ipsi iniuriam verbalem intulit.*

104 *Officialis excusatur in syndicatu si dederit copiam allegationum iuris alteri parti, & ibidem de ratione, & intelligentia.*

105 *Officialis excusatur in syndicatu mitius puniendo plebeum in pecunia, quàm nobilem: & minus in corpus nobilem, quàm plebeum, & assignatur ratio, nume. 106.*

106 *Iudex in criminalibus secundum qualitatem facti, & personarum aliter arbitrari debet.*

107 *Officialis excusatur de eo quod promisit in officio pro Republica, quia non tenetur finito officio.*

108 *Officialis non tenetur actione iniuriarum etiam quod iniustè aliquem condemnet, quia non dicitur facere animo iniuriandi.*

109 *Officialis excusatur si de commissis sua conscientia aliquid sine dolo contra iustitiam per imperitiam faciat.*

110 *Officialis excusatur in syndicatu iniurians verbaliter sua iurisdictioni subiectos insolentes, & iurisdictionem turbantes, aut irreuerenter, & importune procedentes, limita si iniuriauerit sine causa, tunc enim est puniendus ibidem.*

111 *Officialis carcerando inobedientem excusatur in syndicatu.*

112 *Officialis excusatur si aliquid contra legem fecerit, & post factum interueniat decretum Principis approbando acta per ipsum facta.*

113 *Officialis, seu Iudex excusatur iudicans contra communem opinionem, quando manifesta lege, vel ratione communis opinio conuincitur, ampli. si vnam potius, quàm aliam teneat, vt ibidem.*

114 *Officialis excusatur in syndicatu, quando in casu dubio eligit illã sententiã, quam secundum suam bonam opinionem credit esse veram.*

115 *Officialis, seu Iudex excusatur in visitatione, & syndicatu, si in dubio iudicat contra fiscum, ampl. num. 121.*

116 *Officialis iudicans contra fiscum, quem ius fouere non apparet, laudandus est.*

117 *Fiscus vt in causis vinceretur Troiani maxima gloria fuit, quia non nisi sub Principe malo erit bona causa fisci.*

118 *Fiscus Liene assimilatur.*

119 *Marcus Antonius Imperator in causis compendij numquam fisco fauisse refertur, & de ratione, num. 120.*

122 *Officialis, & magistratus de imperitia visitari, & syndicari non debent.*

123 *Officialis excusatur exequendo mandatum Principis etiam iniustum.*

124 *Officialis, qui tenetur pro sua familia exhibendo delinquentem, excusatur, ampl. num. 125.*

126 *Officialis excusatur in syndicatu ex facto suorũ prædecessorum, limita pluribus modis, num. 127. remissiuè.*

128 *Officialis excusatur in syndicatu dans tenutam alicui absque partis citatione, intellige vt ibidem.*

129 *Officialis vel Iudex in atrocissimis delictis proceden : contra iura, & regales*

iuris communis, & statutorum excusatur, intellige, vt num. 130.

131 *Officialis vel Iudex vbicumque ex aliqua causa pœnam statutariam auget, vel minuit etiam quod illa seruare iurauerit, excusatur in syndicatu.*

132 *Officiales vel Iudex excusatur in syndicatu, si in principio litis faueat magis actori, quã Reo, & in medio vtriq. in fine vero ipsi Reo.*

133 *Officialis excusatur si causam malè determinauit de cõsilio sapientis, a partibus electi, & quid si de voluntate partium miserit ad cõsilium alterius, vide ibidem.*

134 *Officialis vel Iudex si processum nõ expediat infra terminum ob multitudinem negotiorum, excusatur.*

135 *Officialis seu Iudex excusatur in syndicatu quando eius sententia ex primis actis est iusta, licet ex nouis possit impugnari, & iniusta apparere, & è conuerso, vt nume. 135. limita numer. 137.*

138 *Officialis excusatur ĩ syndicatu ex qualibet colorata causa.*

139 *Officialis, seu iudex excusatur si ob breuem instantiam terminos cumulauerit.*

140 *Officialis excusatur si capturam permiserit ex iusta causa absque indicijs.*

141 *Officialis excusatur si per modicum tẽpus stante publica vtilitate priuaret dominum re sua.*

142 *Officialis seu Iudex excusatur in arbitrarijs, quia non tenetur de his reddere rationem in syndicatu, & visitatione.*

143 *Officialis excusatur ob merita sua, & Maiorum suorum.*

144 *Officialis, seu Iudex excusatur, qui etiã sine causa cognitione Aduocatum garrulum ab officio aduocationis interdixit.*

145 *Officialis, seu Iudex excusatur in syndicatu, si sententiam iniustam dederit, quando ea exequuta non fuerit.*

146 *Officialis excusatur in syndicatu si de iniustitia imputetur, quæ non esset euidens, & manifesta, sed occulta, & præsumpta.*

147 *Officialis absoluendus est in syndicatu si propter paupertatem Rei diminuerit illi mulctam quæ fisco debebatur.*

148 *Officialis excusatur ĩ syndicatu si Reus in tortura moriatur, dum eum iuridicè torqueri facit.*

149 *Officialis non tenetur in syndicatu, aliquid per legatum in testamento sibi relictum recipiendo.*

150 *Officialis excusatur aliquid à subditis recipiens pro sui substentatione, & familia, quãdo aliter se alere nõ possunt, limit. num. 151.*

152 *Officialis seu Iudex excusatur si ex iusta causa, & euidenti ratione, relicta pœna legibus ordinata, eã augeret, vel minueret.*

153 *Officialis excusatur in syndicatu si aliquem carcerari faciat pro modica coercione.*

Syndicatores in Cathalonia qualiter nũcupentur, sub num. 153.

154 *Officialis seu Iudex non tenetur in syndicatu, si causam non determinauit quando sibi non fuit exhibitus processus, ampl. num. 155.*

156 *Officialis excusatur in syndicatu si parte non citata capiat informationes de stylo, & consuetudine, seu practica curiæ, vel ad fundandã iurisdictionẽ.*

157 *Officialis excusatur si non denuntiauit maleficium infra triduum, quando de nocte fuit commissum.*

158 *Officialis excusatur in syndicatu pro sententia iniusta, quæ esse nulla reperitur, ampl. etiam si esset iniqua, num. 156.*

160 *Officialis non tenetur in syndicatu personaliter persistere, si non habeat ius ciuiles querelas, vel etiam criminales*

eius-

ciuiliter tentandas, relicto tamen procuratore.

161 *Officialis non tenetur in syndicatu si aliquid recipit ab amico suo, & assignatur ratio, ampl. num. 162. & intellige vt ibidem.*

ARGVMENTVM.

De defensionibus Magistratuum in Visitatione, vel Syndicatu.

C A P. X.



PLVRES sunt defensiones, seu excusationes officialium ĩ Visitatione, & Syndicatu competentes, quas hic in vnū colligere potius laboriosum esset, quàm vtile, eas tamen, & magis necessarias in mediū adducere curabimus, vt ex his eorum innocētia facilius agnoscatur; & ꝑpea
1 officiales, seu Magistratus alio non constito habēt præsumptionē pro se, & in eius fauorem, quod benè, & legaliter officium suū administrauerit *Bal. ĩ l. obseruare, §. proficisci, q. 11. ff. de offic. Procōs. Par. de Put. ĩ trac. de Synd. ĩ ver. quid sit Syndicatus, c. 1. Mascar. concl. 1132. n. 21. Bertaz. cōs. 71. n. 8. & cons.*
2 *81. n. 7. & cons. 9. n. 6.* maxime † si habeat manus mundas, & bonam famā, vt tradit *Bonad. lib. 5. polit. c. 1. n. 158. & seq & n. 199. latè Menoc. de præsum. lib. 2. præsum. 85.* subdens, quod † si q̃d
3 male factū reperiatur, præsumitur id culpa partis, non autem officialis contigisse *l. 1. C. de suscep. & archar. lib. 10. Bart. in l. damni, §. Sabini, nu. 8 in fi. ff. de dam. infec. Bal. in l. 2. C. qui accus. nō poss. Canale. de brach. reg. p. 5. nu. 44. &*
45. Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 15. Sesse de inhib. Iudic. Arag. c. 1. §. 3. nu. 30. vbi hoc mirandum nō esse pu-
4 tat; nam † cum de vnoquoq. particulari homine præsumit lex, quod sit bonus *l. merito, ff. pro soc.* quāto magis id de Iudice affirmādum erit, qui dicitur
5 † legis minister, & executor, & ob id dēt lex ipsa eū à dolo, culpa, negligentia, & alia re indebita, ac iniusta longe procul, & alienū præsumere; eo for-
6 tius † si sit Consiliarius, vt tradit *Ioa. Phil. Tellay alleg. 7. num. 29. & 32.* &
7 † tempore Syndicatus, q̃a præsumptio est pro eo de his, quę ĩ officio gessit *Mandel. cōs. 205. nu. 80.* & ob id ꝓ-
8 bationes contra eū debent esse efficaciores, & validiores, secundum *Bal. in d. §. ꝓficisci, q. 10. ff. de offi. Procōs. Grā. cōs. 35. n. 36. & cōs. 54. n. 5. Sesse de Inhib. d. §. 3. nu. 32. Rand. cons. 49. nu. 28.*
9 quamuis id minime procedat, quo ad prouidendum circa negotia futura, nā tunc lex non præsumitur pro officialibus, sed potius contra, vt dixit *Alci. in d. præsum. 15. n. 2. & post eum Menoc.*
10 *d. præsum. 85. n. 8.* subdens, quod † præsumitur officiales magis deferre potētibus, quàm petentibus iustitiam, & potius rapacitas, & furtum cōtra eos, qui Principis rationes agunt, pluraq. male scire, & committere, quàm committant alij, iuxta *gl. in l. defensiones, ĩ verb. ad vsurpationem, C. de iur. fis. lib.*
11 *10.* ocq. pertinet, q̃d † prohibentur ꝯ̃here in loco administrationis, quia ꝑ̃sumitur, quòd mætu inducant subditos ad secum contrahendum, *l. si quod per impressionem, C. quod met. caus. Ias. in l. principalibus ff. si cert. pet. Menoch. cons. 1174. n. 7. vol. 12. Osas. dec. 144. & D. de Pont. in cons. 49.* vbi limitat, quā-
12 do † contraheretur cum persona non
13 timida. quinimo † effectus diues, præsumitur ditatus ex rebus fisci administratis *gl. in l. defensionis facultas, C. de iur. fisc. lib. 10.* & latè distinguendo de

de alijs officialibus nõ pecuniarijs tra-
dit optimè idem Menoch.lib.3.præsum.
52.& post eos Dom.de Pont.de potesta.
14 Proreg.tit.de elect.official.§.7.nisi † se-
cundum veram Doctorum omnium
resolutionem officialis ille ante officiũ
habuisset bona, taliter quod absque
eo verisimilirer potuerit eius patrimo-
nium augere, quo in casu non potest
præsumi ex officio ditatum, vt docet
Rebuff. in d.l.defensionis facultas, Fa-
rinac.fragmen.crim.ver.administrator
nu.38.vbi ait, quod in hoc casu recur-
rendum erit ad coniecturas Rand. cõs.
50.num.397.& 592.Bonad.lib.5.polit.
c.1.nu.260. Clar.in §.fi.q.68.ver.of-
15 ficialis, nu.31. neque pro eo pręsumit̃
si emerit officium Caualca. dec.25.nu.
16 10.par.2.& dec.28.nu.70.par.3. In
tantum quod vt dixi, nisi habeat aliã
conttariam præsumptionem cõtra se,
ad notat. per Alciat.præsump.15. & ẽt
ex prædictis colligi potest, clara rema-
net conclusio, quod pro eo pręsumen-
dum erit; & sic excusandus veniet in
Syndicatu.
17 Secundo † potest officialis ex nouis
allegationibus defendere suam sentẽ-
tiam, & ostendere condemnatum ius
non fouere, Bald. per illum text. in l.
AEmilius, ff.de minor. Paris.de Put.de
synd.in verb.iudices ad syndicundum, q
sint, c.2. nu.21.Boer. dec.259.nu.9.&
18 & seq. eo maximè † si sententia ex no-
uis probationibus in iudicio appella-
tionis reuocaretur, quia non dicitur
Iudex iniuste iudicasse, vt notatur in
c.cum Ioannes Eremita, de fid. instrum.
Paris.de Put.vbi supra, nu.22. Cataldi.
de synd.num.136.& 137.ver.sed idem
& nu.246.
19 Tertio † officialis iuris sollemnita-
tes non seruans in leuibus criminibus,
vel vilium personarum, non tenetur
in Syndicatu, & quæ sint huiusmodi
leuia crimina tradit Paris. de Put. in
verb. Iudex, cap.1.n.5.cum seqq. Mar-
sil.singul.276.nu.3.Rim.iun.cons.339.
num.81. vol.3.
20 Quarto † excusatur officialis, si ali-
quem in carceribus detinuerit, qui in
aliqua inquisitione tãquam in testem
vocatus, à maleficiorum notario scri-
ptus reperiatur, Catald.in tract.de syn-
dic.q.2.& q.3. Homod.de synd. n.258.
21 ver.postremo, vbi † dat cauthelam, si
forte iniustè eũ carceratũ detinuerit,
vt faciat præstare de se præsentando
toties quoties fuerit requisitus, eo qđ
ex eo videtur approbare captutam, &
confiteri legitime captum, secundum
eum & nu.246.vers.humiliter, Put. in
verb.captura, num.5. licet huiusmodi
cauthela nõ prodesset stante partis ꝓ-
testatione, vt docet Azeued. l.10.n.14.
22 lib.3. tit.7. idemque tradunt de iudi-
ce, qui dubitans de syndicatu, ex quo
aliquem sine causa torserit, quod pro
cauthela faciat eum in actis scribere in
testem super aliqua inquisitione, &
postea alleget, quod nolebat testificari
veritatem, sed, (pace tanti viri,) hmõi
cauthela mihi satisfacere nõ videt̃, ex
23 quo† testis nõ põt torqueri, nisi cõsti-
to saltim iudicialiter, qđ sciat verita-
24 tem, & non vult deponere, nisi† dicere
vellet quod vacillabat examinat⁹, vel
erat conuictus, quo casu torqueri po-
test, Bald. in l. presbyteri, C.de episc. &
cler. sed hoc debet apparere in actis,
25 vel quando dimisit tortum faciat cõ-
fiteri per scripturam Notarj, ipsum es-
se legitimè tortum, vel detẽptum pro
informãdo Curiam de aliquibus ma-
26 leficijs, vel quia impediebat officium
potestatis, vel eius familię, quę omnia
27 vide apud Catald. in d.q.3. & Homod.
num.299. Alia † pariter datur cauthe-
la ĩ relaxatione eiusdem Rei, vt iudex
blandis verbis inducat eum ad confi-
tendum, quod legitimè fuit tortus, &
faciat rogari Notarium, quia tũc erit
tutus in Syndicatu, secundum Ang. ĩ
l.iniuriã, §.si quis de cætero, ff.de iniur.

Brun.

Brun.de indit. & tortur.par.2.quaest.5.
num.66. Ferrar. cauth.14. num.1.Ca-
tald. d. quaest. 3. vbi quod ita de facto
practicari vidit, Mari.Muntic.reg.10.
num. 20. Marsil. in prax. §. quoniam,
Rondinell.de syndicat.num.233. Clar.ĩ
§.fi.quaest.64.vers.et ĩ hoc proposito Fa-
rinac. variar. quaest.37. num. 149. sed
meo quidem iudicio poteſt Iudex de
hoc puniri, & obid nulla euidenti in-
iuſtitia apparente, Iudex non tenetur,
28 in Syndicatu, cum prȩsumatur iuridi-
cè proceſſiſſe Homod. de syndicat.num.
118.& 188. Brun.de indit.2.par.quaest.
5.num.37. cum seq. Catald.de syndica.
quaest.137.& 138. Farin.varia.d.quaest.
37.num.136.cum seq.
29 Quinto † excuſantur officiales pecu-
niarij ſi ignorantes in crimen pecula-
tus inciderent, vel dolus non interue-
nerit ad text. in l.1. in fine ff. ad leg. Iul.
pecul. vel quia ſe debitores declarent,
vt tradit Decian.lib.8.capit.32.num.6.
30 ſubdens idem † eſſe ſi pecuniam in cer-
tum vſum deſignatam in alios etiam
Reipublicæ cauſa conſumpſiſſet, cre-
dens id ſibi licere, vt cõſulit Curt. iun.
31 cons.19.num.13.cum seqq. vel † propter
excellentiam, & authoritatem Magi-
ſtratus Reipublicæ benemeritiſſimi,
prout de Publio Scipione Africano
teſtatur Liuius lib.8.Decad. 4. & Plu-
tarc.in eius vita, qui peculatus accuſa-
tus totam concionem, qua damnan-
dus erat, auertit ad capitoliũ ad agen-
das Dijs gratiam, quod eo die memi-
niſſet, ſe maximã de pœnis victoriam
reportaſſe, librumq. rationum ab eius
fratre allatum audacia magna diſcer-
pſit, indignatus quod cum bis millies
in ærarium retuliſſet, quadragies ab ſe
poſceretur, eiuſque exemplum pariter
eſt inſigne in Verrin. action. & in ora-
tione de Prouintijs consularibus, vbi ac-
cuſatio inſtituitur, quod publicæ pœ-
cuniæ ſubtractæ in priuatũ vſum con-
uerſæ fuerint, vt refert Decian. d.lib.8.
cap.30.nu.17. & nouiſſime Melch.iun.
32 quaest.polit.93.num.3. vbi ait † eadem
pæna iudicãdum eſſe eum, quia à red-
dendis rationibus immunis eſſe opta-
ret, vt docent Plato 6.de legib. Aristot.
lib.2.polit.caput.6. & est text.in l.1. &
3.C.de offic.mal.indic. Hinc Demosthe-
nes in oratione de falsa legatione, iudi-
ces hortatῖ, vt ab Æſchine rationes re-
rum geſtarum poſcant, & apud Cice-
ronem lib.4.Verrin.action. rationes ex-
penſarum exigit orator à verre, & ac-
ceptarum tabulas expoſcit.
33 Sexto † excuſantur officiales ſi ali-
quid remunerationis gratia, vel bona
fide acceperint, non tamen ex cauſa
officij, vt latiſſimè proſequitur Decia.
lib.8.cap.40.
34 Septimo † excuſantur officiales in-
quiſiti de extorſione, ſi ante litem cõ-
teſtatam, vel ſententiam non animo
confitendi delictum, ſed ad redimen-
dũ propriam vexationem, pecunias,
aut res extortas depoſitent, ad notat.
per Doctores in l.si reus, ff. de procurat.
Rondin.de syndic.num.243.& 244.Ce-
poll.cauth. 12.Paris. de Put.in tract.de
syndicat. in verb. oblatio. Alexander
35 Raud. cons.50.nu.603. licet † aliud ſit
in crimine barattariæ, & cæteris atro-
cioribus criminibus, ſecundum Barto.
ibi, nu.4.Cum.de synd.c.17.nu.63. An-
to.de Ball.lib.6.q.6. nu.11. & fuiſſe iu-
dicatum in Sacro Conſilio Neapoli-
tano teſtatur Vin. dec.146.num.2. Ro-
man.singul.332. Boer. dec.153. nu.22.
& 34.35. vbi latè declarat, & limitat,
& poſt omnes Caball. resolu. crim.cas.
56.nu.97.& 98. Io.Phil.Testay Alleg.
9.nu.150. qui hoc ampliat etiam in
crimine barattariæ, quando aliquod
damnum non eſt ſequutum.
36 Octauo † officialis pro leui, & leuiſ-
ſima culpa non punitur criminaliter,
ſed ciuiliter, Cy. in l.si quis non dicam
rapere, C.de episc.& cler. Bal. in l.man-
cipia, C.de seru.fugit. Catald. de syndic.
q.10.

q.10.Parif.de Put. in verb. Iudex male iudicans, capit. 1.num.8. & 9.Carpan. fuper Statu.Mediol.cap.31.num.4. lite. G.Cācer.variar.refol.lib.3.c.12.n.171. vbi hoc intelligit ad inftantiā partis.

37 Nono † excufatur officialis iurifperitus,& maximæ doctrinæ,fi aduocatos reorum non audiat *Homod.de fyndica.num.248. ver. item nō tenetur Iudex Caual.de brach.Reg.p.5.num.216.*

38 licet† aliàs teneretur, & poffet vti dolofus puniri, maximè vbi ex abrupto procederetur,prout in Regno *Salic.in l.fin.n.3.C. de pena Iudic. male iud.vbi allegat tex.in l.argentarius §.cum antē ff.de eden.& ibi Bald.in rub.nu.8.Rondinel. de fyndic.nu.*168.fubdens,quod puniri debet,ac fi fperneret defēfiones innocentię, & teneretur actione in factum *Parif.de Put.de fyndicat.in verb. allegationes.*

39 Decimo† excufatur officialis,& poteft fe defendere de delictis non commiffis prætextu officij, nec pro debitis ciuilibus,quia tunc non pertinent ad Syndicatores *Bald.in l.2. C. vbi de ratiocin. agi oport. & ibi etiam Salyc. & ante eos Guliel. de Cuneo in l. nulli C. quorum appella. non recipi. Alexand.in addi. ad Bart. in d.l.nulli. Rondinel. de fyndicat.nu.275.Catald.in fimili tract. q.39.nu.24. Parif.de Pute. c.2.nu.20. Homod. in eod. tract.nu.170.Foller. in Conftit. magifter Iuftitiarius num.34. Rand. cōf.49.num.77.Baiard. ad Clar. §.fi.q.38.Caualc.de brach.Reg.p.5.nu. 14. Sefe de inhibit.inft.Arag.c.1.§.3. nu.6. & per totum*, maximè ftantibus *Cap.Regni 363.& feq. & Cōftit. Pragmaticalibus*,quæ de geftis tantum in officio iurifdictionē Syndicatoribus concedunt.

40 Vndecimo† excufatur officialis pro delicto familiæ fuę,quando delictum non eft cōmune cum officio, vt quia cōmiferit homicidiū, vel furtū extra officiū,eo enim cafu,nec criminaliter, nec ciuiliter conueniri pōt iuxta *gl. in d.§.proficifci,cap.cū ad fedē vbi glof. & Doct.de reftitut.fpoliator. Bart.in l.debet §.1.ff.naut.caup.ftab. Homod.de fyndicat.n.196.verf.fi antē delictū Roman. conf.10.nu.3.Bouad.lib.5.polit.c.1.nu. 78.& 79.Randenf.conf.50.per totum, vol.1.& poft alios Farinac.q.24.n.48.*

41 *cū pluribus feqq.* idemq.† dicendū erit fi ignorāte officiale domino,famulus aliquid acciperet ꝓ eo erogādo,*Frāc. Marc.q.425.nu.7.*& ita eft intelligendus *Farinac. in loco citato num.55.cum feqq.*fubdens etiā *ibi nu.89. & 90.* qñ teneať criminaliter,vel ciuiliter *Carp. fuper Stat. Mediol.cap.37.*

42 Duodecimo † excufatur pro facto fui fubftituti ī officio, fi ex neceffitate eū fubftituerit, dūmodo idoneū elegerit,vt tradit *Parif.de Put.de findicat.in ver. fubftitui*,*c.2.n.2.*eo maxime qñ à iudice,feu Prorege fuerit approbat⁹ fecundū *Farin.q.24.nu.65.cum feqq.*

43 Decimo tertio † excufatur officialis de negligentia leui, & parui momenti, vt poft *Parif.de Put.* ab eo relatum tradit *Iofeph Sefe de inhibit. inftit. Arag.cap.1.§.3.nu.35.& c.10.§. 2.nu.46.& feq.& in refpon.fyndic.poft dict. tract.num. 23. & 39. Clar. in §. fin. quaft. 37. ver. item Iudex*, quia tunc diceretur fcrupulofa inquifitio, fecundū *Angel.in tract.de fyndicat.nu. 8.Parif.de Put.in verb.negligentia.c.4. n.8.verf.& hoc cafu,Catald.de fyndic. q.13.Gomez.ī Regul.Cācell.regul.triennalis poffeffionis q.28.* vbi † enumerat

44 trigintafex cafus,in quibus poteft Iudex effe negligens,quāuis † vbi negligētia effet diffoluta,& dolo proxima, officialis puniri poffit,fecundū relatos *Doct.*& ponit elegāter *Caual.de brach. reg.p.5.nu.72.cū feq.n.170. Bouad.lib. 5.polit.c.1.n.143.Menoch.de arbit.caf. 341.Mafcard.de prob.cōcl.1088.Carpa. fup Stat.Mediol.c.40.n.20. Bertaz.cōf. 71.n.4.& 5.lit.F.vol.1.& D.Io.Andr.*

de

de Georg. allegat.42. num.16. & per totam, Baiard.ad Clar. §. fina. quaest.73. nume. 35.

46 Decimo quarto † excusatur officialis, nec potest syndicari, si aliquid de facto exigit, & in Cameram communitatis mittat, secundum *Bart. in l. 2. §. fi. ff. de administr. rer. ad Ciuit. pert. Catald. de synd. quaest. 11. Rondinel. ibidem, num. 31.*

47 Decimo quinto † excusatur officialis authoritatem praestans actui ipso iure nullo, quia non tenetur ad interesse, *Bald. in l. 1. ff. de tutel. & ration. distrahend. Catald. de syndicat. quaest. 50. numer. 31. Rondinell. nume. 159. Homod. 245. versicu. similiter, Paris. de Put. in verb. lis sua, capitul. 51. nume. primo.*

48 Decimo sexto † excusatur Iudex, qui non fuit interpellatus in expediẽdo processum infra tẽpus statutum, *Bald. in l. si ideo, C. de ijs quib. ut indig. Catald. de syndica. quaest. 87. & 88. Rim. iun. consil. 21. num. 138. & 139. volum. 1. Caualca. de brach. Reg. par. 5. num. 217. Bouadill. d. cap. 1. polit. nu. 144. cum plurib. sequ.* vbi ponit plures excusationis in hoc *Cartar. dec. Genu. 22. num. 8.*

49 Decimo septimo † excusatur Iudex, qui aliquem detinuit, vt manifestet socios, & mandatores, vel aliud faciat, quod de iure debet, quia est iusta causa carcerandi, *Bartol. in l. 2. §. Diuus, ff. de iur. fisc. Catald. de syndicat. quaest. 91. Paris. de Put. de syndicat. in verb. captura, capitu. 1. numer. 14. & in verb. carcer. & carceratus, capit. primo.*

50 Decimo octauo † Iudex in pluribus habet supremam potestatem, vt ea faciens licite faciat, & non teneatur in syndicatu, *Paris. de Put. in ver. iudicis suprema potestas, c. 1.*

51 Decimo nono † excusatur Iudex, nec facit litem suam si non supplet in aliquo casu, in quo non potest supplere, *Bald. in l. non quidquid, ff. de iudic. Dec. in capitu. ad hac, numer. tertio, de appellat. Catald. de syndicat. quaestio. 165.*

52 Vigesimo † excusatur Iudex, si ex his, quae viua voce audiuit, nec apparent in processu, iudicauerit, secundum *glos. in l. quoties, §. fina. ff. de proba. Bal. in l. 1. C. de ingenu. liber. Catald. de synd. q. 167.*

53 Vigesimo primo † excusatur Iudex, si aliquid denegauerit, quod ab alio aeque commodè postulari potest, *Bartol. in l. 3. §. si tam vicinum, ff. de damn. infect. Catald. de syndicat. quaestio. 168.*

54 Vigesimo secundo † qualiter excusetur officialis carcerans clericum, vel alios de eius familia, vide *Parid. de Put. de syndica. in verb. clericus, capitu. primo, nume. quinto, versic. officialis carcerans.*

55 Vigesimo tertio † excusatur officialis, si acceperit mulionem, vel equũ pro iustitia administranda soluta mercede, *Catald. de syndic. q. 269. Homod. ibidem, num. 248. vers. item non tenetur, Paris. de Put. in verb. captura, c. 7. vers. furcarum erectio, n. 6. Surd. consil. 83. num. 2. & 3. vol. 1.*

56 Vigesimo quarto † excusatur officialis cogens aliquem pro suspendendo condemnatum, *Catald. de syndic. q. 126. 171. & 270. Homod. num. 249. Paris. de Put. in d. num. 6. vers. an officialis possit.*

57 Vigesimo quinto † excusatur officialis, si reum resistentem, vel fugientem, quem capere volebat, vulnerauerit, quando iustè exequebatur, *Homod. de syndicat. num. 100. & sequen. Paris. de Put. in verb. familiaris, capit.*
58 *1. num. 1. cum sequentib.* vbi † ampliat etiam ad illos de eius comitiua, de quo tamen dixi *alibi latius in 3. parte mearum decisionum.*

59 Vigesimo sexto † excusatur officialis si compulsit priuatum ad vendendum Terram, in qua erigantur furcę, *Homod. de synd. nu. 248. ver. & similiter, à Peguer. dec. 81. n. 3. & 4.*

60 Vigesimo septimo † excusatur officialis si errauerit ex causa rationabili *gl. in c. temerarium 11. q. 3. Homod. vbi supra, nu. 249. ver. simili modo, Caualc. de brach. reg. p. 5. nu. 57. in fi. & n. 248. Bertaz. cons. 81. lit. C. lib. 1.*

61 Vigesimo octauo excusatur officialis si habens mærum arbitrium suum, id alicui denegauerit, *Bal. in l. non qdquid, ff. de iud. Homod. vbi supra, n. 239 ver. de quibus; & nu. 249. vers. item non tenetur si non facit, Innoc. sing. 6.*

62 Vigesimo nono † excusatur officialis si non fecerit, id quod sibi committitur, vt de eo faciat ad sui libitum, qa non dicitur grauare partem, *Homod. vbi supra, nu. 240. & 241. ver. cum non*

63 *tenetur*, vbi aliud esse † subdit in eo quod consistit in eius officio nobili, de quo per *Dec. in capit. ad hæc, il tertio, de appellat.*

64 Trigesimo † excusatur officialis minuendo pœnam, quando habet arbitrium ex forma statuti, si non est nimis gratiosus, *Bal. in l. obseruare, §. proficisci, q. 26. ff. de offic. procons. Homod. de synd. n. 240. ver. verum.*

65 Trigesimo primo † excusatur officialis summariè procedendo, vbi habet arbitrium procedendi secundum æquitatem, *Homod. vbi supra, nu. 241.* nisi nimis restringeret, secundum eũ.

66 Trigesimo secundo † excusatur officialis pęnam statutariã ex causa trãsgrediens, vt post *Bal. et alios tradit Homod. de synd. n. 243. ver. itẽ nõ tenetur.*

67 Trigesimo tertio † excusatur officialis si procedit de facto sine processu in leuibus, *Homod. vbi supra, n. 244. Bal. ĩ d. §. proficisci, q. 33.*

68 Trigesimo quarto † excusatur officialis pœnam solui faciens communitati de facto, & sine processu, quia põt repetere a communi *Bar. in l. 2. §. grani, ff. de adminis. rer. ad Ciuit. pertine. Homod. vbi supra, nu. 244. versic. item non tenetur.*

69 Trigesimo quinto † excusatur officialis non seruans statuta ex causa iusta, & euidenti publicæ vtilitatis, *Homod. vbi supra, n. 245. Menoc. cons. 228. num. 42. vol. 3.*

70 Trigesimo sexto † excusatur officialis si homicidam, qui commisit homicidium in Terra confiderata, decapitari fecerit, *l. non dubium, ff. de captiu. Homod. vbi supra, nu. 248.*

71 Trigesimo septimo † excusatur officialis si relaxari fecerit carceratũ, quẽ in carceribus inuenerit, & nescitur ex qua causa ibi detineatur, præcedente tamen prius proclamat. *Bar. ĩ l. si quis vxori, §. si fugitiuum ff. de furt. Homod. vbi supra, n. 249. vers. itẽ non tenetur.*

72 Trigesimo octauo † excusatur officialis furcas erigens in loco priuati ad suspendendum aliquem, si ibi delictũ commiserat, *Paris. de Put. in ver. furcarum erectio, c. 1.*

73 Trigesimo nono † excusatur officialis denegans dare consilium sapientis, vt notat *Bal. in l. 1. in fi. ff. de legib.*

74 Quadragesimo excusatur officialis, si statuta illicita, & contra libertatem ecclesiæ non seruauerit, *Homod. n. 250.*

75 *ver. item non tenetur.* subdẽs, quod neque est periurus, licet generaliter iurauerit omnia statuta seruare, *ad tex. in c. 1. de iureiur. in 6.*

76 Quadragesimo primo excusatĩ officialis si cõdẽnauit reũ de cicatrice notoria, quæ cõstat ex visione oculorum absq; eo quod adhibeat medicos secũdum *Bal. in l. 1. C. ut qua des. aduoc.* vbi

77 † ampliat etiam si statutum dicat, qđ non possit condẽnare de cicatrice, nisi adhibitis medicis, quem sequitur *Homod. d. n. 250. ver. item non tenetur, Farin. q. 137. nu. 134.*

Qua-

78 Quadragesimo secundo † excusatur officialis habens liberum arbitrium ne teneatur seruare solemnitates legales, si in die feriata, vel testibus non iuratis sententiam protulerit, ad not. per *Bar. in l.1. ff. de testam. milit.*

79 Quadragesimo tertio † excusatur officialis si captum pro crimine graui maxime confessum nō solum facit poni in compedibus, sed in cippis, & catenis, *Homod. de synd. n. 251. in fi.*

80 Quadragesimo quarto † excusatur officialis si sententiā protulerit Reo non citato, *ad tex. in l. quamuis indubitati, C. de adulter. Homod. vbi supra nu. 252.* licet contrarium idem tenuerit ante *num. 154. in fin.*

81 Quadragesimo quinto † excusatur officialis si non confiscauit vestes dānati ad mortem, sed vendi fecit, & pecuniam conuerti in necessitatem sui officij, ad tex. *in l. Diuus, ff. de custod. reor. Homod. vbi supra nu. 252.*

82 Quadragesimo quarto † excusatur officialis Consultor si studuit, & quod potuit inuenire, & perscrutari consuluit, *Paris. de Put. de synd. in verb. ignorantia, c. 1. in fi.*

83 Quadragesimo septimo excusatur officialis accelerans executionem dilatione pendente propter tumultum sedādum; dummodo quod instè exequatur, *l. qui cadem, ff. de Sicar. Homod. de synd. n. 252. vers. item*

84 Quadragesimo octauo † excusatur officialis si beneficium confessionis nō admisit ei, qui primo negauerat, vt notat *Bal. in l. 1. C. de furt. Homod. vbi supra num. 253.*

85 Quadragesimo nono † excusatur officialis, qui dimiserit Cardinali condemnatum ad mortem stante priuilegio, secundum *Bal. in l. addictos, C. de Episcopal. audient.* quod notandum, & menti tenendum esse ait *Homod. de syndic. nu. 253. in fi. Paris. de Put. de synd. in verb. de quibus officiales non teneantur, num. 253.* quem refert, & sequitur *Eruditissimus Io. Aloys. Casbal. de abol. cap. 40. num. 75.*

86 Quinquagesimo † excusatur officialis domum priuati destrui faciens pro adaptandis stratis, ad tex. *in l. adificia, C. de operib. publ. Paris. de Put. de synd. in verb. iudicis suprema potestas, num. 16.* refert, & sequitur *Add. ad Roman. singul. 718. Homod. dict. numer. 253. in fin.*

87 Quinquagesimo primo † excusatur officialis si concubinam detinuerit in loco administrationis, ad tex. *in l. fi. ff. de concubi. Homod. de synd. num. 253. versic. item non tenetur, Paris. de Put. in tract. de synd. in ver. adulterium officialis, nu. 8. & 11. Roman. sing. 487. Rand. cons. 50. nu. 15. Bonad. libr. 5. polit. c. 3. num. 126. & seq. Decia. lib. 8. c. 36. num. 30. Petr. de Greg. Tholos. syntag. iur. 3. p. lib. 47. cap. 32. n. 28.* vbi dicunt ratio-

88 nem † esse, ne prouincialibus mulieribus molesti essent, hoc tamen mali, ac pessimi esset exempli; vnde ab eis abstinendum consulit *Ansl. cap. 47. Prator.*

89 *nu. 5. verb. Manceba,* amor † enim puellarum subuertit rectum iudicium, vt per *Bald. in l. 2. §. & cum placuisset, ff. de orig. iur. vbi add. & Ioan. Andr. in capit. quorundam, de electio. in 6. nouel.*

90 subdens, quod † non solum Prætoris manus à pecuniæ lucro, sed etiam a libidinoso aspectu oculi continentes es-

91 se debent, & propterea † in statu ecclesiastico *ex constitutione Nicolai V.* incurrunt pœnam priuationis officij, & de cætero declarantur inhabiles ad ea obtinenda, vt refert *Baiard. ad Clar. in §. Fornicatio, nu. 5. Farin. q. 137. n. 39.*

92 licet † in Regno per Ecclesiasticum puniri possent, secundum *Puteum, & Bonad. loco citatis.*

93 Quinquagesimo secundo † excusatur officialis si labatur instantia, quādo per eum non stetit, sed per partem, quæ negligens fuit in interpellādo iu-

dicem *l.2.C. de naufrag.* ibi, *si per negligentiam, lib.12. Homod. de syndicat. nu.254. in fi.*

94 Quinquagesimo tertio † excusatur
officialis si die feriata sententiã protulit,nisi sit dies vltimus,quo eius iurisdictio expiraret *glo.est notabilis, in element. fi.de iud. Homod.de syndicat.nu. 255. in princ.*

95 Quinquagesimo quarto † excusatur officialis sententiam iniustam ex ignorantia proferens,si adhibuit diligẽtiam,prout solitum est,& cum alijs communicauit, *Paris.de Put.de synd.ĩ verb. ingnorantia, cap.1.nu.2.vers.vnde,& num.3.*

96 Quinquagesimo quinto excusatur officialis, qui ex imperitia arguitur, quando sententiam tulerit ex consilio peritorum,vt cõcludit *Matth. Mathesil.in l.2. C.de pœn.iud.qui mal.iud.nu.*
97 *4.& 5.* qui † limitat si ex forma statuti hoc facere non possit, *Carpan. super stat. Mediol.c.40.num.34. cum seq.* vbi quid si ipse sit Doctor,& peritus, & quid è contra si sit imperitus *Bonadill. lib.5.polit.c.3.nu.26.& 27.* & saltim tenetur ad interesse *Gram.in c. Regni, item caueant,sub n.2.ver.& dum contigisset. Paris. de Put.de syndic. in verb. an potestas excusetur.*

98 Quinquagesimo sexto † excusatur officialis si secundum conscientiã iudicauerit,quando tàm de iure, quàm ex actis sit informatus, *Abb.ĩ c.ex parte, col.2. de offic. deleg. Marc. Mantu. singul.452.*

99 Quinquagesimo septimo † excusatur officialis, qui iudicauit secundum opinionem magistri sui, quamuis sit contra communem opinionem,vt tradit *Abb. in cap.1.col.6.de postulat.prælat.* quem refert,& sequitur *Gerard.de*
100 *Petr.sanct.sing.62.nu.2.* vbi hoc † intelligit, quando magister ille sit sollẽnis Doctor,ad notat. *in c.cum beatissimus 24.q.1. Carpan.d.c.40.nu.38.Ca-*
uale.de brach.reg.par.5.sub nu.56. qui
101 limitat† quando esset contra communem opinionem, *Bonad. lib.5. polit.c.*
102 *3.nu.28.* nisi † Doctor ille consueuerit tenere opiniones insolitas, vt dixit *Bal.in l.fi.col.2.in fi.vers.quaro nunqd peritia iudicis præsumatur C.de pœ.iud. qui mal. iud.*

103 Quinquagesimo octauo†excusatur officialis, qui litigantem statim mulctauit quãdo ipsi Iudici verbalem iniuriam intulerit *Dyn. in l.1. §. expilatores,ff.de effract.& expilat.Homod.de syndicat.num.255.*

104 Quinquagesimo nono † excusatur officialis si dederit copiã allegationũ iuris alteri parti,ad notat. per *Ias.in l. is apud quem,col.3.vers. vltra scribẽtes C.de edend. post pract.Papiens.in formi. pet.cop.instrum.circa princ.* vbi formaliter tenet, quod quemadmodum de omnibus actis debet fieri copia parti, ita de allegationibus iuris, & cõsilijs, ne Iudex circumueniatur ex falsis allegationibus *l.1. C.si ex fals. allegat. & l.si quis obrepserit ff. de fals.* quãuis ad id non compellatur,vt dixit *Innoc. in capit.per tuas,de testib.* quem refert & sequitur *Roman.singul.266.* & post alios *Decian.regul.5.incip.acta iudicialia,fall.6.* & hãc opinionem ego semper tenui,& pluries seruaui,nam vtrique parti tradidi allegationes iurium mihi porrectas, vt veritas magis elucesceret, sicut, & de allegationibus in facto. Hoc tamen in Regno tenetur pro sacrilegio.

105 Sexagesimo † excusatˀ officialis mitius puniendo plebeum in pecunia, quàm nobilẽ: & minus in corpus nobilem,quàm plebeum, vt notat *glo.in §.rusticus de pac.constant. Homod. de*
106 *syndicat.num.256.* eo quod †Iudex secundum qualitatem facti,& personarum in criminalibus aliter debet arbitrari, *Matesil.singul.48.nu.2.*

107 Sexagesimo primo† excusatur officialis

cialis de eo, quod promisit in officio pro Republica, quia non tenetur finito officio *l. fi. ff. si quis cantion. Homod. de syndicat. num.* 256.

108 Sexagesimo secundo † non tenetur officialis iniuriarũ actione, etiã quod iniustè aliquem condemnet, ex quo non dicitur fecisse animo iniuriandi, *Paris. de Pu. ĩ ver. iniuria officialis c.* 4.

109 Sexagesimo tertio † excusatur officialis si de commissis suæ conscientiæ aliquid sine dolo ꝑ imperitiam faciat contra iustitiam, *Homod. num.* 256. *vers. insuper.*

110 Sexagesimo quarto † excusatur officialis iniurians verbaliter suæ iurisdictioni subditos insolentes, & iurisdictionem turbantes, aut irreuerẽter, & importune procedentes, quia licitum est insolentem, & importune agẽtem verbis increpare, & corrigere, *Parris. de Put. de syndicat. in tit. syndicatus officialium quid sit, ĩ verb. iudices, cap.* 6. *nu.* 7. *vers. & idem puto Natt. cõs.* 462. *nu.* 20. *Caualc. de brach. Reg. part.* 5. *nu.* 25. distinguendo tamen, vt per *Bald. consi.* 328. *in fine, lib.* 4. *Dom. de Pont. in tract. de pot. Proreg. tit. de elect. official.* §. 6. vbi ait admonẽdos esse magistratus, vt cum subditis secum negotiantibus, & iustitiam petentibus modestè, prudenter, quietè, & absque iniuria aliqua tractẽt, alias puniri possent grauissima pœna ad text. *in l. vniuersis C. vbi caus. fiscal.*

111 Sexagesimo quinto † excusatur officialis carcerando inobedientem, *Paris. de Put. in verb. carcer. & carceratus, cap.* 2. *nu.* 7.

112 Sexagesimo sexto † excusatur officialis si aliquid contra legem fecerit, & post factum interueniat decretum Principis approbando gesta ꝑ ipsum officialem, tanquam si de ipsius consensu facta fuissent, & ex certa scientia Principis, *Soc. iun. consi.* 92. *nu.* 1. & 2. *vol.* 2. & ita aliàs practicatũ in Regno,

113 Sexagesimo septimo † excusatur officialis iudicans cõtra cõmunem opinionem, quãdo manifesta lege, vel ratione cõmunis opinio conuinceretur *Alex. in l. cum prolatis in fine ff. de re iudicat. Soc. iun. consi.* 189. *num.* 75. *Corras. de commu. opin. lib.* 2. *titul.* 9. *casu* 8. *num.* 12. *Canal. de brach. Reg. par.* 5. *nu.* 57. & 179. *Bonadill. lib.* 5. *polit. c.* 3. *nu.* 28. vel si vnã potius opinionẽ, quam aliam recipiat *Cumi. cap.* 24. *sua praxis nu.* 82. & 83. vel si habeat opinionem alius celebris Doctoris *Ioseph. Ludoui. dec.* 1. *nu.* 1. *Menoch. de arbitr. cas.* 177. *nu.* 5. & 6. *Carpan. super statu. Mediol. c.* 40. *nu.* 26.

114 Sexagesimo octauo † excusatur officialis quando in casu dubio eligit illã opinionem, quam secundum suã bonam conscientiam credit esse verã, secundum *Anchar. in consi.* 210. quem sequitur *Soc. iun. consi.* 33. *nu.* 1. *Bonacoss. comm. opin. in verb. Index non tenetur.*

115 Sexagesimo nono † excusatur officialis si in dubio iudicat cõtra fiscum *l. non puto ff. de iur. fisc. Bonacoss. commu. opi. in ver. Iudex cum simil.* quinimmo

116 † laudandus est, quando iudicat cõtra fiscũ, quem ius fouere nõ apparet *Bonadill. lib.* 2. *polit. cap.* 2. *n.* 40. hinc scri-

117 bit *Plinius ĩ Panegir. ad Traianum*, qđ non nisi sub Principe malo erat bona causa fisci, eiusdemq. Traiani præcipua gloria fuit, vt semper vincerẽt fiscus, & *Aurel. Victor.* scribit Traianũ

118 dicere solitũ † fiscum Lienẽ esse, quod eo crescente, reliqui artus cõtabescãt;

119 sic † etiam *Iulius Capitolin.* de Marco Antonio Philosopho commemorat, in causis compẽdij ipsum Imperatorẽ nũquam fauisse fisco, de quo meminit *Alciat. lib.* 8. *Pereg. cap.* 6. & *reg.* 3. *præsumpt.* 41. *nu.* 1. *Alex. Turam. in d. l. non puto cap.* 2. *nu.* 1. *Couarr. variar. resolu. lib.* 1. *cap.* 16. *in princ.* vbi ad hoc allegat optimum *tex. in l. vnic. in princ.* & *in* §. *vlt. C. de caduc. toll. et l. iustas C. de iur.*

120 *iur. fisc.* addẽs† rationẽ esse quia Princeps, qui fiscalibus lucris inhiat, maximam infert Reipublicæ calamitatẽ.
121 maximè† vbi non posset redargui aliqua culpa, sed tantum imperitia, quæ minime locum habere potest in supre
122 mis Magistratibus, qui† de imperitia visitari nequeunt, vt latissimè probat *idem Bonadill. lib. 5. polit. cap. 3. nu. 55. cum seq.* licet malè ac pessimè viderim aliquando cõtrarium seruatum contra sanctissimam Regis nostri mẽtem.
123 Septuagesimo† excusatur officialis exequendo mandatum Principis etiã iniustum, vt notat *Paris. de Put. de syndicat. in verb. familiaris col. 12. in vers. miles potestatis, qui eius mãdato*, quem refert, & sequitur *Soc. iun. consi. 92. nu. 8. vol. 2. Natt. consi. 625. n. 7. vol. 3. Carpan. super stat. Mediol. cap. 40. n. 31. Rand. post multos cons. 49. num. 129. Mascard. cõclus. 1135. Tusc. cõcl. 101. in verb. officialis, Flam. Cartar. de exequ. capto. §. fin. n. 227. cum seq.* qđ intellige vt supra diximus *lib. 3. cap. 4. num. 296. cũ seqq.*
124 Septuagesimo primo† excusatur officialis qui tenet pro sua familia exhibendo relinquentem, *Bart. in l. 1. §. familia ff. de public. iudic. & in l. 1. C. de pæn. iudic. q male iudic. Homod. de syndicat. nu. 201. Catald. eod. tract. nu. 22.* vbi subdit† idem esse si delinquẽs fuerit bannitus *Canalc. de brach. Reg. p. 5. nu. 154. & seq. Brun. à Sole resol. crim. verb. officiales.*
126 Septuagesimo secundo † excusatur officialis ex facto suorum prædecessorum, secundum *glos. in cap. venerabilis extr. de consuetud. & in cap. denique 8. distinct. Cels. Hug. consi. 71. nu. 10. Cum. in sua prax. cap. 17. nu. 66. & Anton. de*
127 *Ball. lib. 6. q. 6.* qui† pluribus modis supradictam conclusionem limitat *Bertaz. consi. 81. nu. 3. & 4. vol. 1. & ibi addit. in lit. D.* maxime quãdo de se malum esset, vt notat *Canal. de brac. Reg. par. 5. num. 177.*
128 Septuagesimo tertio† excusatur officialis dans tenutam alicui absque citatione partis, quãdo ille habet instrumẽtum, quòd possit authoritate propria ingredi possessionẽ *Paris. de Put. de syndicat. ĩ verb. Index, nu. 36. & 37.*
129 Septuagesimo quarto excusatũ officialis vbicũq. ꝫ iura, & regulas iuris cõis, & statutorũ ꝓcedit in atrocissimis delictis *Marsil. ĩ pract. crim. §. diligẽter, n. 158. fol. & post Foller. et alios tradit Farinac. q. 122. nu. 60.* quod intellige procedere in maioribus magistratibꝰ *Cabal. resol. cri. cas. 200. n. 142.*
131 Septuagesimo quinto † excusatur officialis vbicũque ex aliqua causa pœnã statutariam augeret, vel diminueret, etiam quod statuta seruare iurauerit, *Caball. resol. crim. cas. 18. n. 6. & 13. & cas. 19. nu. 4. Farinac. in prax. crim. q. 17. nu. 11. cum seqq.*
132 Septuagesimo sexto† excusatur officialis si in principio litis faueat magis Actori, quàm Reo, cum ad hoc teneatur vtriq; in medio, & in fine, Reo, *Azo. in summ. de reb. dub. & in l. de die, ff. qui satisd. cogant. Paris. de Put. de syndi. in ver. iudices puras, nu. 4.*
133 Septuagesimo septimo † officialis excusatur si causam malè determinauerit de consilio sapientis electi à partibus, & quid si de voluntate partium miserit ad consilium *Paris. de Put. de synd. in ver. dicitur in literis, n. 1. cũ seqq.*
134 Septuagesimo octauo† officialis excusatur si processum infra terminũ nõ expediat ob multitudinem negotiorum, vt post alios tradit *Farin. q. 99. art. 15. n. 434. ver. limit. sexto.*
135 Septuagesimo nono† excusatur officialis quando eius sentẽtia ex primis actis est iusta, licet ex nouis possit impugnari, & iniusta apparere, *Auil. in c. 1. Prat. in verb. a las partes, n. 34.* sicut
126 † è contra si à principio fuerit iniusta, & ex nouis probationibus appareat iusta,

sta, *Bar. i l. Aemilius, ff. de minor. Boer. dec. 259. nu. 9. Bonad. lib. 5. polit. c. 3. n.*
137 14. vbi † limitat in sententia torquēdi, quæ à principio debet esse iusta, *l. meritus vbi gl. & Boer. ff. de quaest. de** cōi, *Clar. in §. fi. q. 64. nu. 6. ad fi.*
138 Octuagesimo † excusatur officialis, ex qualibet colorata causa *Boss. in tit. vt nō proced. crim. n. 19. Caual. de brac. reg. par. 5. nu. 57.*
139 Octuagesimo primo † excusatur officialis si ob breuem instantiam terminos cumulauerit *ad tex. in l. properandum C. de iudic. & ibi Doct. Pute. i ver. instantia Syndicatus c. 6. per totum Caualc. de brach. Reg. par. 5. num. 172.*
140 Octuagesimo secundo † excusatur officialis si capturam permiserit ex iusta causa absq. indicijs *Caual. de brac. Reg. par. 5. num. 213.*
141 Octuagesimo tertio † excusatur officialis si per modicum tempus stante publica vtilitate priuaret dominū re sua *Gabrie. in tit. de iur. quasit. concl. 2. nu. 7.* refert, & sequitur *Carpa. super Stat. Mediol. cap. 40. nu. 33.*
142 Octuagesimo quarto † excusatur officialis in arbitrarijs, quia non tenetur de his reddere rationem in syndicatu, vt tradit *Granut. theorem. 3. in fine, Aucharan. quaest. famil. 5.* quos refert, & sequitur, *Cancer. variar. resolutio. lib. 3. cap. 12. num. 77.* vbi ita determinatum fuisse per Visitatores officialiū testatur.
143 Octuagesimo quinto † excusatur officialis ob merita sua, & maiorū suorum, vt post Leonin. tradit *Raudens. respons. 50. num. 543. & seq.*
144 Octuagesimo sexto † excusatur officialis, qui etiam sine causae cognitione aduocatum garrulum ab officio aduocationis interdixit *glo. in l. puto in ver. apud se ff. de postul. Bertazol. cons. 321. num. 4. lib. 2.*
145 Octuagesimo septimo † excusatur officialis si sententiam iniustam dederit, quādo ea exequta non fuerit vt dixit *Homod. in tract at. de syndicat. num. 148. Bertaz. cons. 81. num. 18. Gramm. cons. 54. num. 10.*
146 Octuagesimo octauo † excusatur officialis si de iniustitia imputetur, quæ non esset euidens, & manifesta sed occulta, & præsumpta, *Iacob. de Beluis. in §. si quis autem vers. iniustitia Authēt. vt iudic. fin. quoq. suffr. Rondinell. de syndicat. num. 151. Paris. de Put. ibidem in verb. fui semel rogatus num. 3. Gram. cons. 35.*
147 Octuagesimo nono † officialis absoluendus est in syndicatu, si propter paupertatem Rei diminuerit illi mulctam, quæ fisco debebatur, *Vasqu. controu. illustr. cap. 24. num. 15.* quem sequitur *Clar. in §. fi. quaest. 95. num. 8. vers. hac autem.*
148 Nonagesimo † excusatur officialis si Reus in tortura moriatur dum eum iuridicè torqueri faciat, *Bart. in l. quaestionis modum ff. de quaestionib. Gomez. de delict. cap. 13. num. 6. vers. si vero licitè* de communi* *Boss. de tortur. nu. 30. Bonad. lib. 5. polit. cap. 3. num. 25. Clar. in §. fi. q. 64. nu. 37.*
149 Nonagesimo primo † non tenetur in Syndicatu officialis, aliquid per legatū in testamento relictum recipiendo *ad tex. in l. non dubium C. de testam. Alberic. in l. 1. vbi alia huiusmodi iura adducit in l. 1. vers. sed numquid a subditis C. de contract. iudic. Afflict. in con. Regni communiter col. 2. vers. quid in vltimis voluntatibus,* quos refert, & sequitur, *Vince. de Frāc. decis. 493.* dum ait quod *Reg. Pragm.* prohibens officialibus munera recipere, non procedit in casu prędicto, & ita se defendisse tempore visitationis generalis, cum de hoc imputaretur, quem sequitur Doctissimus *Rouitus in prag. 1. nu. 4. sub tit. de Muner. official.*
150 Nonagesimo secundo † excusatur officialis aliquid à subditis recipiens pro

pro sui subsistatione, & familiæ quãdo aliter alere non possent ob tenuitatem prouisionis, seu salarij *ad tex. in authe. scriptum exemplar in fin. & in l. plebiscitum de offic. præsid. cum simil. relatis per Mascard. conclus. 164. nu. 15. Capibl. de Baron. pragm. 4. num. 15.* vbi
151 hoc † locum non habere subdit, vt officiales pingui* se dilatent sub velamine, quod careant debita prouisione; quandoquidem ijs imputãdum erit, qui huiusmodi salario, & emolumentis cõtenti extitere, dum officium acceptarunt *l. 4. ff. ad l. Iul. repetund.*

152 Nonagesimo tertio † excusatur officialis si ex iusta causa, & euidenti ratione, relicta pena legibus ordinata, eam augerẽt, vel minueret, *ad tex. in l. & si seuerior C. ex quibus caus. infam. irroge. Guid. Pap. decis. 206. Peguer. decis. 7. num. 17.*

153 Nonagesim o quarto † excusatur officialis si aliquem carcerari faciat pro modica cohertione vt dixit *a Peguer. decis. 82.* vbi refert ita per Cataloniæ consilium determinatum, cõfirmando sententiam latam per Iudices tabulæ, qui apud nos Syndicatores nũcupantur vt dixit *Cancer. varia. resol. lib. 3. cap. 12. in princip.*

154 Nonagesimo quinto † non tenetur officialis si causam non determinauit, quando sibi nõ fuit exhibitus processus *Vanti. de nullit. sentent. ex defec. Iudic. ordina. num. 117. Crauett. conf. 270. num. 2. lib. 2. Canal. decis. 6. nu. 11. par. 1.* vbi † ampliat etiam quod statutum diceret, quod debeat Iudex intra certum tempus causam expedire *Caronit. Rit. 245. num. 3. & seq. Couarr. pract. quæst. c. 20. sub nu. 6. ver. instrumenta autem publica.*
155

156 Nonagesimo sexto † excusatur officialis si parte non citata capiat informationes de stylu, & practica curiæ *Bart. in l. Iulia ff. de testib. Surd. conf. 354. num. 4. & conf. 377. num. 39. Menoch. conf. 932. num. 6. volum. 10. Riminald. iun. conf. 52. num. 125.* sicut dicitur de consuetudine, idem *Riminald. iun. cõs. 6. nume. 33.* vel ad fundandam suam iurisdictionem *Surd. consil. 286. num. 3. & 12.*

157 Nonagesimo septimo † excusatur officialis, qui non denuntiauit maleficium infra triduum, si de nocte fuerit commissum *Angel. in l. si cum exceptione §. in actione ff. quod met. caus. Riminald. iun. conf. 12. nu. 38. vol. 1.*

158 Nonagesimo octauo † excusatur officialis pro sententia iniusta, quæ nulla reperiatur *gloss. in l. fin. & ibi Angel. nota. ff. de varijs, & extraordi. crimin. Bolognet. conf. 25. num. 26. &*
159 *27.* idemque procedit † si esset iniqua. *Gramm. conf. 54. num. 11.* quem sequitur *Bertaz. conf. 91. num. 1. & conf. 71. nume. 8. Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 83. num. 8.*

160 Nonagesimo nono † excusatur officialis, nec tenetur hodie in Syndicatu personaliter persistere, si nõ habeat nisi ciuiles querelas, vel etiam criminales ciuiliter intentatas, relicto tamẽ procuratore *l. 1. §. quod si intra C. vt omnes iudic. Baiard. ad Clar. quæst. 21. num. 112.*

161 Centesimo † excusatur officialis si aliquid receperit ab amico suo, quia præsumitur datum gratia amicitiæ vt dixit *gloss. in l. 1. C. de condit. ob turp. caus. Mascard. conclus. 164. nume. 12.*
162 subdens † idem esse si pecuniam recipiat põst sententiam, si de aliquo pacto non constiterit ad notat. per *Felyn. in capit. tua nos in fin. versic. tertio limita de Simonia. cum similib. ibi relatis.*

SVMMARIVM.

1 *Processus compilati per Visitatorem Generalem transmittuntur ad supremum Consilium apud Regem nostrum ad*

ad expensas R. C. ibique à iudicibus Deputatis determinantur.

2 *Processus compilati per Visitatorem Generalem, postquam apud supremum Consilium determinantur, ad Dominum Proregem transmittuntur, qui exinde in Regio Palatio coram eodem Prorege, Magistratibus omnibus interuenientibus, & populo, apertis Ianuis publicantur; ac per certos officiales designatos exequutioni mittuntur.*

3 *Syndicatores qualiter procedere debent in syndicatu, & quãdo expirat eius iurisdictio, & nu. 5.*

Syndicatores tenentur sententias in scriptis proferre pro Tribunali sedentes, sed secus est de iure communi, vt ibidem, & etiam nu. 4. sub nu. 4.

5 *Syndicatores debent infra tempus statutum sententias proferre, alias eo elapso sunt nulla, & n. 6. & nu. 35.*

7 *Syndicatores possunt suas sententias exequi, si non fuerit appellatum, vel sint elapsa fatalia, sed quid in Regno Neapolis, nu. 48.*

9 *Appellationes à sententijs syndicatorum ad Magnam Curiam deuoluuntur, & infra quod tempus ibi causa sint expedienda, vide ibidem.*

10 *Syndicatores non possunt recedere à pœnis legalibus, & dispositis per iura Regni, neque illas augere, vel minuere valent, lim. nu. 11.*

12 *Officialis semel absolutus in syndicatu non potest amplius molestari.*

13 *Syndicatores, vt iudices si quatuor dati reperiantur, & in sententia duo absoluant, & alij duo condemnant officialem, præfertur sententia absolutoria: sed in Regno non seruatur, imò datur quintus Iudex, quando causa pendet coram supremis Tribunalib.*

14 *Officialis condemnatus in syndicatu ex vno ex quatuor casibus traditis per Capitul. Regni non potest amplius ad officia promoueri, ampl. nu. 15.*

16 *Syndicatores in eorum sententijs nõ possunt assignare certum locum officialibus condemnatis.*

17 *Officialis accusatus, si fuit per Syndicatorem absolutus, potest accusatorem prosequi coram iudice ordinario, & quam cauthelam, & probationem facere debet, vide ibidem, qualiter autem tales accusatores, & instigatores sint puniendi, & ad qua teneantur, vide nu. 18. & 19.*

20 *Syndicatores debent per literas certiorem facere Dom. Proregem de sententijs, & Decretis latis in fauorem officialium, & de ratione numer. 21.*

22 *Officialis durante Syndicatu ad alia officia promoueri est prohibitum.*

23 *Officialis, qui in officio laudabiliter se habuit, est publicè commendandus, ac laudandus, & num. 24. & ac ratione nu. 25. ampl. maxime in generali Visitatione nu. 26.*

27 *Officiales in signum bonæ administrationis quo honore olim decorabantur.*

28 *Officiales plures in aliquo officio subordinati, si omnes pariter per Syndicatorem, seu Visitatorem fuerint condẽnati, omnes quidem tenentur insolidum, quamuis in exequutione locum habeat remedium diuisionis, declara vt nume. 29.*

30 *Syndicator ob periculum peremptionis instantia potest sententias obscure, & sub conditione proferre, licet curare debet infra duos menses illas declarare, alias instantia perit, & tenetur ad damna, & interesse, ac alijs pœnis arbitrio D. Proregis.*

31 *Sententia lata per Syndicatorem contra officialem debẽt prius mitti exequutioni contra eum, quam contra fideiussores.*

32 *Fideiussores officialium condemnatorum in Syndicatu conueniri non possunt, nisi facta excussione, dato q̃d re-*

 nun-

nuntiassent beneficio de fideiussoribus, lim. nu. 33.

34 *Cauthela pro syndicatoribus in recipiendis fideiussoribus officialium.*

35 *Officialis suspensus ab officio durante Syndicatu, si in eo fuerit per sententiam condemnatus, poterit pendente appellatione officium exercere.*

36 *Officialis per sententiam condemnatus tenetur reddere salarium praeteriti temporis, & si ante officium finitum, fuerit in Syndicatu remotus, non poterit salarium non solutum repetere, licet aliud sit durante suspensione.*

37 *Sententia lata per Visitatorem, seu Syndicatorem recusatum vti suspectum, est nulla, sicut etiam omnia alia acta facta post recusationem.*

38 *Visitator, & Syndicator potest vti suspectus recusari, etiã quod sit delegatus ad vniuersitatem causarum, declara vt nume. 39.*

ARGVMENTVM.

De sententijs in causis Visitationis, vel Syndicatus.

C A P. XI.

1 

OMPILATIS † processibus p Visitatores vna cum eorũ defensionibus, & iustificationibus, transmittuntur ad Supremum Cõsilium apud Regem nostrũ, vel ab eisdem presentantur ad expensas Regiae Curiae, quidquid in locis Hyspaniarum seruetur, de quo post alios *Bouadill. lib. 5. polit. cap. 1. num. 254. cum plurib. sequen.* ibique vel ab eodem Consilio, seu à Iudicibus per suam Catholicam Maiestatem deputatis determinari consueuerunt, eisq.

2 inde; ad Illustrissimos, & Excellentissimos DD. Proreges transmissis, in eiusdem Pretorio coram eodem Prorege, Magistratibus omnibus interuenięntibus, & Populo, apertis Ianuis publicant, & per certos designatos officiales exequutioni mĩttũtur, de quo testatur *Marc. Anton. Surg. de Neapol. illustr. cap. 17. num. 35.* & ita vidimus seruatum.

3 Syndicatores † tamen datis legitimis terminis, & concluso processu ex quo potestatem habent vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiue, infra instantiam Syndicatus tenentur causas terminare, & sententiare, easque in scriptis pro tribunali sedentes publicare, ad notat. per *Afflict. in constit. ab omnibus num. 6. Afin. in prax. §. 3. cap. 24. Menoch. de arbitr. iudic. quaest. 60. num. 3. Cumi. in sua praxi. cap. 24. nu. 100. Vinc. de Ann. sing. 473.* licet de iure communi posset sententia syndicatus sine scriptis proferri, *ad tex. cum gloss. in §. necessitatem, in verb. ex non scripto in Authent. vt iudic. sin. quoq. suffrag. Roxdinell. de syndicat. nu. 146.*

4 maxime † vbi proceditur summarie, & sola facti veritate inspecta secundum *Marant. in specul. par. 4. distinct. 9. nu. 37. Roland. cons. 41. num. 31. volum. 1.*

5 quinimmo, † & infra instantiam per Regni *Capitula* constitutam terminari, vt diximus *supra cap. 6. nu. 20.* adeo quod si post duos menses prolata fuerit, esset nulla, vt post *Vant. de nulli. ex defect. iudic. ordin. num. 120. & 121. & alios* ibi relatos tradit *Anto. de Ball. lib. 6. de syndicat. official quaest. 2. nu. 6.* reprobans dictum *Cumi. in sua prax.*

6 *cap. 17. sub num. 28.* vbi † tenuit quod sententia etiam post duos menses pro lata esset valida sub praetextu, quod verba *Capitul. Regni 364.* sint iudici directa affirmatiuè, cuius tamen contrarium est, quod imo negatiua sint, & consequenter sententia post terminum

num

num lata est ipso iure nulla secundum relatos Doctores, & sentit *Cancer. varia. resol. lib. 3. cap. 12. num. 78. & 79.*

7 Huiusmodi † aũt snĩę a Syndicatoribus prolatæ pñt ab eis exequi, vbi nõ fuerit appellatũ, vel elapsis fatalib. iuxta formã *cõst. Pragmatical. c. 16. Azeue. l. 13. n. 16. tit. 7. lib. 3. recep.* q̃uis in Re

8 gno Neapol. earũ executio non suspẽdatur ex dispositione Regiæ Pragmaticæ, de qua per *Io. Ant. de Nigr. in c. Regni item statuimus, in rub. de syndic. Maran. in Spec. tit. de appellat. nu. 193.* & tradit nouissime *Franc. Carrab. in prax. synd. p. 2. n. 118. & seq.* verũ est, q

9 in Regno hmõi appellationũ causæ à Syndicatoribus deuoluunt ad M. C. ibiq. infra mẽsem expediri debẽt, alias eo elapso exequunt iuxta formã actus Viceregij emanati de anno 1612. nec

10 recedere pñt à pęnis legalib', & dispositis p cõst. *Capit. & Reg. Pragm.* neq. eas augere, vel minuere, secũdũ *Bal.* & alios quos allegat *Cumi. in sua prax.*

11 *c. 24. n. 16. cũ seqq.* & vbi pęna † esset arbitrio Protegis remissa, posset eo casu Syndicator iuxta suũ arbitriũ in sententia determinare *ex decreto particul. 16. Const. Prag.*

12 Ex pdictis infero Primo, q semel absolutus à Syndicatore nõ poterit iterũ molestari, vt diximus *sup. c. 6. n. 34.*

13 Secundo infero, quod † si sint quatuor Syndicatores, & in sententia duo absoluant officialem, & alij duo condemnent, præfertur sententia absolutoria, arg. *text. in l. inter pares, ff. de re iudic. l. Arrianus de action. & obligat. Paris. de Put. de syndic. in verb. an si potestas, sub num. 12.* licet in Regno hoc nõ seruať, sed dať quitus Iudex q̃ñ cã pendet corã supremis Tribunalibus.

14 Tertio infero, quòd † officiales condemnati in Syndicatu ex vno ex quatuor casibus traditis per Capitula Regni nõ possũt amplius ad officia promoueri, *Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 12. num. 92. & seq. Azeued. in l. 7. nu. 4. tit. 7. lib. 3. recopil.* & latè deduximus *su-*

15 *pra lib. 2. c. 9.* qđ procedit † ẽt si tps cõdẽnationis eẽt finitũ, vt ibidẽ ampliauimus *n. 23.* ac ẽt ex rescripto Principis, iuxta *tex. ĩ l. si aliqd C. de suscep. lib. 11. Tiraq. de tẽper. pæ. cas. 58. n. 7. cũ simil. traditis per Azeu. in loco citato.*

16 Quarto infero, quod † Syndicatores in sententijs non possunt assignare certũ locũ, cũ id tãtũ Principi conueniat, *ad tex. in l. relegatorum, ff. de interd. & relega. Cumi. in sua prax. cap. 24. num. 55.* & diximus *supra lib. 4. c. 7. nu. 261.*

17 Quinto infero, quod † officialis accusatus si fuerit absolutus per syndicatorẽ, potest accusatorẽ prosequi ex iniusta quærela coram iudice ordinario, *Paris. de Put. de synd. in verb. iniuria, Affl. post alios in Constitut. Regni volumus, nu. 12. & seq. Cumi. in sua praxi synd. c. 24. nu. 76.* vbi ponit quid in isto casu probare debeat officialis, *Cãcer. var. resol. lib. 2. cap. 2. nu. 165. in fi. & lib. 3. cap. 12. num. 45.* subdens post

18 Mietium per eum ibi relatũ, quod officialis accusatus in eodẽ processu excipiat de calumnia accusatoris petens ab impetitis absolui, & declarari accusatorem, tãquam calumniosè agẽtẽ, ad pęnã talionis, & alias de iure cõpetentes cõdẽnari, prout in Regno regulariter in exceptionibus cõsueuei ũt officiales accusati de pręmissis se excipere, & est practica tradita per *Put. de synd. in uer. expresse, n. 4. Clar. in §. fi. q. 62. n. 9. vers. sed nunqd Menoc. de arbit. iud. cas. 321. Bertaz. cõs. 91. n. 8.* vbi lo-

19 quit † de incitãtibus in Sindicatu addẽs, qđ tenenť ad oĩa dãna, & interesse, quinimo pendente appellatione coguntur interim præstare ob futurũ dãnum de indemnitate, vt subdit *Additio ibi post Bal. in l. obseruare, §. proficisci, q. 20. ff. de offi. Proconsul. Rondin. de synd. n. 126.* qnimo dẽt tũc talis accu-

ſans acriter puniri, vt tradit *Teſtay alleg.9.n.228. Raud.cõſ.50.n.479.et ſeq.*

20 Sexto infero, quòd † Syndicatores debent per literas certiorem facere D. Proregem de ſententijs, & decretis latis in fauorem officialium, *l.fina. C.de profeſſ.& medic.lib. 10.l.per hanc, C.de num. & actuar. lib. 12.* vbi Imperator Anaſtaſius prouidet, vt in fine officij
21 † detur ſententia abſolutoria, ad hoc vt officialis ipſe reddatur ſufficiens ad promotionem ad alia officia iuxta for
22 mam Capitulorũ Regni, quæ † nõ niſi completo ſyndicatu ad alia officia promoueri iubent, vt diximus *ſup. lib.*
23 *2.c.9.nu.30.& 31.* ſunt enim, † qui ſe in officijs laudabiliter habuerunt, publicè commendandi, & laudandi, ad tex. *in conſtit. Regni, volumus, ibi, nec illud ommittimus, quin ſicut maleficos, & iniuſtos, quarelarum vocibus accuſari, & cenſura noſtra vigore coerceri mandamus, ſic iuſtiſſimos iudices publicis acclamationibus collaudari, & munificẽtia noſtra præmijs decorari volumus,* quod de iure communi dixit *tex. in l. iuſtiſſimos, C. de offic. Rector. Prouinc. & l. 1. C. de ſtat. & imagin. vbi Barto.*
24 plura † cumulat de honore faciẽdo officialibus ĩ fine officij, quem refert, & ſequitur *Auil. in cap. 21. iudic. ſyndic.*
25 *nu.3.* ſubddens, quod ex hac laude iudices virtuoſi diſponunĩ magis ad virtutem, & è cõtra ſi malè geſſerint ſunt vituperandi, *d.l. iuſtiſſimos*; quamuis
26 in cauſis Viſitationis generalis huiuſmodi laudes, ſeu vituperationes apponi conſueuerint in eiſdẽmet ſententijs, vt tradit poſt *Parid. de Put. in tracta. de ſyndicat. fol. mihi 42. à tergo, idẽ Auil. in loco citato*; & ex his probatur bona officialium Syndicatorũ fama *Bertaz. conſ. 81. ſub num. 7. Raud. conſil. 49. num. 124.* hinc dixit *Bald. in ti-*
27 *tu. de pac. Conſtant.* quod † officiali in ſignum bonę adminiſtrationis dabantur per communitates aliqua iocalia, vel armatura, ſeu vexilla, quæ deinde in ſignum bonæ adminiſtrationis deferebant ad alia officia, & in eorum interitu ponebant in regalia, ſeu feneſtris Palatij, vt poſt eos notat *Azeue. ĩ l.7. n.1. & 2. tit.7. lib.3. recop.*

28 Septimo infero, quod ſi † plures ſint officiales in officio ſubordinati, omneſque pariter per Viſitatorem, vel Syndicatorem condemnati, tenentur omnes in ſolidum, quamuis in exequutione locum habeat remedium diuiſionis, ad tex. *in l. ſi multis, ff. de*
* *publican.* vbi Doctores * communiter *Pariſ. de Put. de ſyndicat. in verb. plures officiales, Dom. de Pont. deciſ. 10.*
29 *nu.3.* qui hoc intelligit † ſi omnes ſint ſoluendo, ſubdens ita fuiſſe determinatum in ſupremo Conſilio.

30 Octauo infero, quod † Syndicator ob periculum peremptionis inſtãtiæ poteſt ſententias obſcutè, & ſub conditione determinare, vt dixi *ſupra c. 7. num. 22.* licet omnino curare debeat eas infra duos menſes declarare, aliàs inſtantia periret, & teneretur ad damna, & intereſſe, alijſque pęnis arbitrio D. Proregis infligendis, vt tradit *Cami. in praxi ſynd. c.24. nu.98. & ante eũ Iorland. in ſimil. tract. cap. 23.* ſubdẽs, quod tutius eſſet pronunciare ſuper meritis, ſi tempora ſuffragantur.

31 Nono infero, quod † ſententia lata contra officialem debet prius exequutioni mitti contra eum, quàm contra
32 eius fideiuſſores, eo quod † ipſi cõueniri non pſſit, niſi excuſſione præcedẽte, dato quod renuntiaſſent beneficio de fideiuſſoribus, per *tex. in l.2. §. fi. ff. de adminiſtra. rer. ad Ciuit. pert. & ibi Bar. et Alex. idẽ Bar. ĩ l.1. C. de cõuc. fiſ. debit. lib. 10. Pariſ. de Put. de ſyndicat.*
33 *ver. ſubijcio, n.11. ĩ fi.* niſi † tñ eſſet pariter renuntiatũ excuſſionis beneficio, alijſq. priuilegijs, quo in caſu fideiuſſor teneretĩ et nõ excuſſo principali, ad not. per *Bar. in l.1. ff. de adminiſtr. rer.*

ad

ad ciuit. pertin. Auil. ī e.10. synd. n.4. ad
34 monens, syndicatores † in recipiēdis hmōi fideiussionibus cū hmōi clausulis, vt cōprehēdāt oēm cām, & cōdēnatione, q̄ ꝯ officialē euenire posset quōcūque, & qualitercūq. vt ibi ꝑ eū, quē sequit *Guttir. lib. 1. q. pract. q. 40. nu. 2. ubi in fi.* ita refert iudicatū, de quo vide latissimè *Bonad. lib. 5. polit. c. 1. n. 84.*
35 Decimò infero, † quod officialis suspensus ab officio durāte Syndicatu, si in eo fuerit per sententiam condemnatus poterit pendente appellatione officium exercere, vt determinat *Guttir. prac. q. ciuil. lib. 1. q. 39.* vbi reprobat *Auēd. lib. 1. de exequend. mā dat. cap. 19.* cōtrarium tenentem, & post alios *Bonad. lib. 5. polit. c. 1. n. 191. cū seq.*
36 Vndecimo īfero, q̄ officialis ꝑ snīam cōdēnatus tenet reddere salariū pteriti tp̄s, ad tex. *in l. mācipia C. de seru. fu gi. & l. iudices, C. de anno. & tribut. lib. 10.* & si ante officiū finitū fuerit ī syndicatu remot⁹, neq. poterit salariū nō solutū repetere, ꝑ *text. in l. nemo, ff. de ann. legat. Catald. de synd. n. 177.* licet aliud sit durāte suspēsione, vt post ceteros tradit *Rand. cōs. 50. n. 478.*
37 Duodecimo infero, q̄ snīa lata ꝑ Visitatorē, seu Syndicatorē recusatū vti suspectū est nulla, sicut & oīa alia acta per eos facta post recusationē, vt post alios tradit *Osas. dec. Pedem. 84. n. 4. & 5.* vbi testat de cōi, & magis cōi opin. *Barsat. cōs. 21. nu. 22. lib. 1.* & ante oēs *Frāc. ī c. cū speciale, n. 47. de appel.* subdens, qđ proposita recusatione iudex
38 nulliter ꝓcedit, eo maximè q̄ † vt supra diximus pōt Visitator, & syndicator vti suspect⁹ recusari ēt, qđ sit delegat⁹ ad Vniuersitatē causarū, vt reprobādo *gl.* ibi, quę vr̄ aliud sentire, dixerūt *Bal. Sal. Fulg. & Iaf. ī l. fi. C. de iud. ꝑ tex. ī l. apertissimi vbi ēt Bal. C. eo. tit.* q̄ loquit in delegato Principis, vt notāt Doct. oēs ibi, & pcipuè *Iaf. lim. 3. Frāc. & alij in d. c. cū speciale, nu. 34.*
39 quis ī casu pdicto adiūctū dari debere & nō remouendū esse dicat *Marā in Spec. p. 4. dist. 5. n. 40. & post Menoc. de arbi. q. 67.* & alios voluit *Iac. Laurēt. in tract. de indic. suspect. c. 5. nu. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio, seu Reuisio nō datur à sentētijs latis in generali Visitatione, & nu. 2. 3. & 11. ampl. n. 4.*
5 *Rex noster superiorem non recognoscit.*
6 *Appellatio, vel saltim reuisio cōcedi deberet à snījs latis ī generali Visitatione, saltim quo ad effectū deuolutiuum.*
8 *Appellatio admittitur à sententia Principis, quādo ad alterius relationem fit prolata, yō n. 9. & 10. & ita seruatū.*
12 *Causis syndicat⁹ nō datur appellatio, et an cōpetat reuisio, vel supplicatio, vide n. 13. remissiue declara, vt d. n. 13. sed qđ seruetur ī Hispania, vide n. 14*
14 *Appellatio in Regnis Hispaniarū datur ab oī, et quocūq. crimine amp. ibidē.*
15 *Appellatio à sētētijs syndicatorū interponitur ad M. R. C. lim. et declara vt n. 16. 17. 18. & 19. sed qđ ī sētētijs latis ꝑ Syndicatores à Baronibus destinatos, an tali casu appellatio deuoluatur ad Magnam C. vel ad Iudicem appellationis Baronis, vide num. 20. & 21.*
22 *Officiales cōdēnati appellāt corā eodem syndicatore; & qđ si sit absens, n. 23.*

ARGVMENTVM.

Appellatio à Sententijs latis cōtra Magistratus, qn̄ competat.

CAPVT XII.

1 
Sentētijs † latis in supremo cōsilio contra Magistratus visitatos in generali visitatione nulla dat̄ appellatio, neq. reuisio ex expresso mādato Regio, de quo meminit *Bonad. lib. 5. pol. c. 1. n. 122. et 129.* sub-

ſubdẽs ita ibi determinatũ fuiſſe, nec
2 de hmõdi ſtylo conq̃ri poſſe officiales
Viſitatos, q ea lege, q̃ ignorare pręſu-
mẽdũ nõ eſt, officiũ acceptauerint, vt
tradit *Redin. de Maieſt. Princip. verb. ſed etiã per legitimos tramites, n.* 148.
3 idq. ex prouiſionibus† particularibus,
cũ nomine Regis proferant, ſecũdum
Bal. ĩ l. 1. ĩ fi. ff. de offi. Præfect. prætor. Roman. ſing. 31. Marãt. de ordi. iudi. p. 6. n. 237. Carpa. ſup ſtat. Mediol. c. 35. ma
4 xime† qñ ſuperiorẽ nõ recognoſcit ꝓp-
5 ut eſt Catholicus † Rex noſter ad not.
ꝑ *Breder. de appell. c. 15.* quẽ refert, & ſe
quit̃ *Iul. Cæſar. Rugi. ĩ tract. de apell.* §.
6 *2. c. 2. n. 16.* q̃uis temerariũ nõ eſſet di-
cere, ꝙ vbi de notorio grauamine, ſeu
errore ſniæ cognoſceretur, deberet ab
hmõdi ſniјs appellatio cõcedi, ſaltim
7 quoad effectũ† deuolutiuũ ad not. per
Marſil. ĩ pract. §. 2. n. 27. AZeue. l. 17. n. 4. tit. 7. lib. 3. recopil. vel ad minus ſup-
plicatio, ſeu reuiſio, cũ ad aliorũ rela-
8 tionẽ† pronuntiatæ reperiant̃, ad tex.
in l. 1. in prin. ff. quãd. appel. ſit, cũ ſimil. relatis ĩ deciſ. noſtra 32. n. 3. & ita aliqñ
prouiſum fuit ꝑ Regiã Maieſtatẽ, pro
aliq̃bus miniſtris, eo q a nõ principa-
liter ꝯ ſnĩam latã in Viſitatione gñali
agit̃, ſed ꝯ Viſitatores ipſos, vel eorum
9 relatores, qui cãm notorio grauamini,
& errori prębuerũt, ad tex. *in l. præfecti ff. de minor. et ĩ l. 1. ff. de offi. Præf. Prat. Affl. ĩ prælud. cõſti. Regni q. 10. nu. 5. Grã. dec. 35. Rol. Anal. cõſ. 38. n. 19. lib. 2.* ſubdẽs, ꝙ eo caſu nõ cõquerit̃ ſuppli
10 cãs de Principe, vel eius Cõſilio, cũ nõ
pręſumat̃, ꝙ ij proferãt ſnĩam iniquã *l. 1. ff. offi. Præf. Prat.* ſed de errore rela-
toris ſm *Affl. vbi ſup.* vbi ait hoc mẽti
tenẽdũ pro formanda ſupplicatione à
ſnĩa Sacri Cõſilij; & ob id cũ ĩ ſnĩa cu-
iuſdã Regij Cõſiliarij huius Regni Vi
ſitati tpe Gregorij Braui gñalis Viſi-
tatoris, cõdẽnat⁹ is fuiſſet de baratta-
ria, & in eiſdẽ capitib. ꝯ eũ in Inquiſi-
tione deductis, nulla apparebat cõmiſ
ſa barattaria, ſeu extorſio, neq. de his
ꝓpoſita q̃rela; fuit per particulare Re-
giũ Decretũ reuocata, vti cõtinẽs no-
torium errorẽ contra famã, & honorẽ
illius integerrimi miniſtri, & in Re-
gno Neapolit. in cauſa Anton. Bel-
muſti perceptoris Prouintię Calabrię
citra, & in alijs pluribus: generaliter
11 tñ ita receptũ eſt, vt neq; os aperire va
leãt magiſtratus cõtra prædictas ꝓui-
ſiones cũ defẽſionibus ita diminutis,
vt diximus, & multo minus corã iudi
cibus in lõginquis partibus exiſtẽtib.
de ſtilu, & Ritu Regni minimè verſa-
tis, & abſq. aduocatis, & ꝓcuratorib⁹,
q eorũ iura defẽdere poſſent, nec mi-
rũ ſi in hmõi Viſitationibus vt pluri-
mũ Magiſtratus, qui per plures annos
nullis parcẽdo laboribus Regio ſerui-
tio ſe occuparũt; & mũdas manus ha-
bẽtes, ex leuiſſima, & ſcrupuloſa inq̃-
ſitione ſaltĩ ad penas pęcuniarias cõ-
dẽnati reperiũt̃, ĩ quo minimè erraſſe
arbitror D. Iudicãtes, ſed viſitatores
ipſos cauſarũ relatores, ĩ alio tñ mũdo
12 videbim⁹. Idẽ quoq. ꝓuiſũ eſt ĩ mate
ria ſyndicatus, vbicũq. ſnĩę latę fuerit
ꝑ M. C. vel Trib. Cõſiſtorij; qđ cõſo-
nat cũ diſpoſitione iuris cõis, ad tex. *ĩ l. nulli officiũ, C. quor. app. nõ recip. & c. nulli 2. q. 6. Put. de ſynd. ĩ ver. appellari, Homod. de ſynd. n. 236. cũ ſeq. Auẽd. de exeq. mãd. lib. 1. c. 2. n. 10. ver. & cõtra miniſtros, et n. 14. ver. nec ab hmõi, Anil. in c. 9. ſynd. ver. appelle, & ĩ c. 9. Prat. n. 4. lib. 1. Bouad. lib. 5. polit. c. 1. num. 123. cum ſeq. AZeued. in l. 17. titu. 8. lib. 3.*
13 *n. 1. & 2.* vbi ponit qñ † cõpetere poſſit
reuiſio, ſeu ſupplicatio, q d q d ſit in iu
dice ſyndicato per aliũ iudicẽ, q̃ eum,
14 ſub cui⁹ ꝑtãte officiũ exercuit: vel ĩ Re
gnis Hiſpaniarũ, vbi appellatio admit
tit̃ in oĩ crimine, & delicto ẽt in offi-
cio commiſſo, ſiue cõdemnatio ſit ci-
uilis, ſiue criminalis, quò ad effe-
ctũ tamen deuolutiuum, non autem
ſuſpenſiuum, & ante eum dixerant

Anil.

Auil.& Auendag.in locis supra citatis,
15 sed à sentētijs syndicarorũ, qui à Magna R.C. destinantur cōtra officiales Regni, datur appellatio ad Magnam
16 R.C.quãuis† ab incidētibus, vel emergēribus in processu, vel alio quocũq. grauamine denegetur quodcumq. remedium, *ex capit.17. constit. Pragm.* eaq. omnia reseruanrur in sententia diffiniriua, sicuti in Visitatore constitutũ est in eisdem literis cōmissionis ibi, *Y no suspendiendo los ordines, decretos, y otros actos que por razon desta visita y commission se hazieren por ningun acto de appellation, recorso o symples querelas, que se interpongan, los quales quero que se exequten no embargante la tal appellation, recurso o otra qualquir cosa come se fuera dado por mi supremo Consejo*, quidquid sit in terminis iuris cōmunis, de quo per *Paris. dè Put. in tract. de syndicat. in verb. an stante,* qui videtur tenere contrarium, data causa legitima, ad notat. per *Bal. in l.*
17 *incerti C. de interd.* vbi ait quod† licet non appelletur à sententia lata in possessorio, potest appellari ab emergēti, vel incidenti secundũ *Innoc. in cap. significauerunt de testib. Auil. in cap.10.*
18 *syndicat. nu.3.* qui hoc† intelligit quãdo emergens non habet naturã principalis, vt quia examinaĩ iustitia eius seorsũ à principali *ad tex. in l. si ex causa §. nunc videndũ, de minorib. vbi Bal.*
19 est bene vetũ quod † vigore actus Viceregij emanati de anno 1612. debēt huiusmodi appellationũ causæ infra mensem expediri, aliàs eo elapso, exequutioni mandantur, quãuis ex iusto impedimēto terminus prædictus mēsis consueuerit per M. C. prorogari.

20 Idem † pariter est in Baronibus, qui licet eligant in eorum Terris suos Syndicatores, quãdo merum, & mixtũ Imperium habent vt diximus *in decis.188. num.26.* & tradit *Bouad. lib.2. polit. cap.16. nu.50.* eorum tamen appellationes ab huiusmodi sententijs Syndicatus deuoluũtur ad Magnam Curiam, *ex cap. Regni* 10. & 47. *sub Rege Martino*, & dixi *supra lib.4. c.17. nu. 42. & 44. & hoc eod. lib. c.1. num.39.* eoq. maxime vbi per viam supplicationis, vel grauaminis interponeretur,
21 licet † contrariũ seruatũ viderim, quia appellationes Sindicatus, ad suos iudices appellationum introduci faciũt, quidquid sit in grauamine, id quod pariter de Regnis Hispaniarum testatur *Bouad. lib.5. polit. cap.1. num.123. de quo supra hoc eod. lib.6. cap.1. nu.39.*
22 Et in casibus † prædictis possent officiales condemnati libellum appellationis eidem Syndicatori porrigere, vt notat *Franc. in c. si iustus, colum.4. de appellat. Cumi. de Syndic. c.25.* sub-
23 dēs, quòd † si forrè statim prolata sententia profecti fuissent Syndicator, & Commissarius, vel alia ex causa non potuerit coram eis appellari, tunc coram honestis personis appellari poterit, vel corã superiore, quod puto ma-
24 gis tutum, idq. † fieri debet infra decē dies à die sententiæ latæ, *Auth. hodie, C. de appell.* aliàs posset sententia exequi, de qua re vide *Guttier. prac. quæst. lib.1. quæst.39. 40. & 41.* vbi multa in materia deduxit.

FINIS.

SVPERIORVM PERMISSV.

INDEX RERVM OMNIVM

LOCVPLETISSIMVS, QVAE IN HOC Indulti Commentario continentur.

A

B

C

Cri-

F

G

Occi-

O

P

Prin-

Remi-

Re-

Te-



AD INDVLTVM
GENERALE
COMMENTARIVS
CATHOLICI PHILIPPI III.
REGIS POTENTISSIMI BENEFICIO,
ob paternam succesſionem, eiuſque felicisſimas nuptias
Siciliæ Regno ſuo fidelisſimo conceſſum.

DON GARSIA MASTRILLO

CAESAREI, PONTIFICII Q; IVRIS DOCTORE,
Regioque in Regno Siciliæ Conſiliario Authore.

Hac nouiſſima editione ab innumeris, quibus antea ſcatebat erroribus expurgatus, & ab eodem Authore varijs addictionibus auctus.

Adiecto Indice materiarum locupletiſſimo.



PANORMI,

Apud Franciſcum Ciottum Venetum. M. DC. XVI.

Ex Typographia Io. Baptiſtæ Maringhi Impreſſoris Cameralis.

INDVLTVM
GENERALE.

NOS PHILIPPVS Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, Legionis, Vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Portugalliæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gallitiæ, Maioricarum, Sardiniæ, Corduba, Corsicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbij, Algeziræ, Gibraltaris, Insularum Canariæ, nec non Indiarum Orientalium, & Occidentalium, Insularum, & Terræ firmæ maris Oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Athenarum, & Neopatriæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, Tyrolis, Barcinonæ, Rossilionis, & Ceritaniæ, Marchio Orestami, & Goceani. Postquam diuini Numinis benignitate in amplissimi Hispaniarum Regni, aliorumq; possessionem nostro successionis iure peruenimus, postquam etiam exoptatissimas nuptias, matrimoniumq; fœlicissimis auspicijs absoluimus cum Serenis. MARGARITA ab Austria dilectissima, atq; amantissima nostra coniuge, quæ sanè res celebrata est incredibili quodam Regnorum nostrorum gaudio, vt facilè ex cuiusq; obsequia, indicijsq; cognoscimus; primum diuinam bonitatem, clementiamq; (ad quã omnia referimus) ante oculos habuimus, illiq; (quibus potuimus pro nostra fragilitate) gratiarum actionibus satisfecimus; deinde quo eadem fœlicitate (quod summoperè exoptamus) vniuersa procedãt, visum est, vt in omnes nobis subditos benignitas, & clemẽtia nostra propagetur, quàm cùm iã multi experti fuerint, & plurimis à nobis gratijs, ac beneficijs diuersis in locis cumulati hilari animo exultẽt, eãdem nimirum munificentiã nostrã duximus ostendendã erga fidelissimũ nostrum vlterioris Siciliæ Regnũ, cuius in nos adeò præclara merita, grataq; obsequia existũt, et illud in primis singulari beneuolẽtia, et amore prosequamur, eiusq; cõmoda, ornamẽto, & fœlicitati ex animo prouidere cupiamus. Volumus itaq. vt exules, necnõ qui in custodijs, ac vinculis detinẽtur in eodẽ Regno inclitissimi nostri Regni auspicijs, & clemẽtia perfruãtur. Hoc igitur generali Decreto Regia auctoritate nostra decernimus, statuimus, et mãdamus oẽs, & singulos in nostro vlterioris Siciliæ Regno, tã nobis subiectos, q̃ extraneos, qui de quibuscũq. delictis, ac criminibus ab hodierna die retrofactis, vel cõmissis delati, accusati, vel indicati sint, etiã si confessi, ac cõuicti fuerint, siuè processus ipsi adhuc cœpti nõ sint, siuè adhuc pendeant, siuè iam cõdemnatio sequuta fuerit, & siuè Rei in carceribus, siuè sub fideiussione extra carceres cõmorentur, siuè in iudicio adhuc nõ cõparuerint, & siuè in contumacia bãniti, aut condẽnati, aut arbitrio nostro, vel Proregũ nostrorũ, aut aliter certo tẽpore, aut perpetuo relegati, aut in exiliũ missi fuerint, siuè ẽt deportationis sententiã passi fuerint, à quacunq. pęna, nõ modo corporali, sed etiã mulcta, vel condẽnatione pecuniaria, vel bonorũ confiscatione, quæ ad nostrũ Regiũ Fiscũ præfati nostri vlterioris Siciliæ Regni spectaret, dũmodo pęna, vel mulcta, vel cõdẽnatio realiter exacta, incorporata, assignata, acceptata, vel cõposita nõ sit, aut aliter Fisco nostro pro ea cautũ fuerit, aut bona ipsa iam per sententiã à iudice latã expressè cõfiscata nõ fuerint, ipso iure, & facto absolui, & liberari debere, prout præsentiũ tenore eos absoluimus, & liberamus, ac liberos, & absolutos esse volumus; & si aliqui prædictis de causis carceribus mancipati sunt, eos illicò liberari, & relaxari mãdamus, quę omnia locũ habere declaramus quo ad eos tantũ, qui legitimã remissionẽ, et pacẽ ab offensis habuerint in casibus, in quibus partis remissio necessaria est, aut illã intra sex mẽses post harũ nostrarũ publicationẽ obtinuerint, & intra idẽ tẽpus officialibus, ad quos spectat, & spectabit, citato Fiscali illius Ciuitatis, vel loci, vbi adsit in authẽtica forma legitimè præsentauerint. Declarantes ẽt inter casus, in quibus remissio partis non requiratur, cõprahendi casum prouocationis, seu disfidæ simplicis insultus cũ euaginatione, ac delationis armorũ prohibitorũ, vbi tamẽ vulnera, aut percussiones sequutæ nõ fuerint. Declaramus insuper in hoc Edicto nõ cõprahẽdi crimina lęsę Maiestatis diuinæ, & humanæ, fabricationis falsæ monetæ, tõsionis, seu diminutionis ipsius, homicidij deliberati ab eo patrati, qui alia duo homicidia cõmiserit, ẽt si ob ea dãnatus nõ sit, vulneris proditoriè sub spe amicitiæ scoplo rotato, aut aliter illati, vel assassinio mediãte, ẽt si mors sequuta nõ fuerit, q̃ tã in mandante, quàm in mãdatario locũ habere volumus, decoctionis Bancheriorũ, & Magazeneriorũ. Excipimus ẽt crimen nefandũ, vsum venereũ cũ sanctimoniali clausstrata, & intra Monasteriũ degente, spoliatores viatorũ, seu derobatores stratarũ, captiuãtes personas, vel eas cõponẽtes, vel cõponere tentãtes in quocũq; loco tàm habitato, quàm in campis, pyratas, eorũ receptatores, & auxiliatores, adulterãtes sigillũ Principis, aut cuiuscũq; Regij Tribunalis, propinationẽ veneni, ex qua mors sequuta fuerit, cędem officialis Regalis, qui seditionem mouens populorũ

contra capita, & principales auctores ipsius, qui testimonium falsum in aliqua ex causis prædictis dixerint, aut ab alio dici curãt, & mandant, qui eximunt, aut eximi curant, seu mandant condemnatos ad mortem, uel mutilationem membrorum, vel ad Triremes à manibus officialiũ eos ducẽtiũ ad supplicium. Quos omnes, & singulos præsentis Decreti beneficio gaudere nolumus, sicut neq; eos, qui dum officiales essent in eorum officijs deliquerunt, neq; Notarios, qui falsitatẽ aliquam in instrumẽtis, aut publicis scripturis cõmiserunt, quos pariter ab huius Edicti indulgentia exclusos esse declaramus, damnatos uerò ad Triremes ipsis seruientes præsentis gratiæ beneficio gaudere nolumus, donec à nobis maturius intellecto classis nostræ statu aliud ordinatum fuerit, crimina verò in quibus est processum ad sententiã foriudicationis arbitrio dicti nostri Proregis, remittãtur, statuẽtes in toto Regno prædicto, vt omnes, & singulos processus scripturas, condẽnationes, acta, & quælibet alia, quæ in causis supranarratis facta fuisse reperiuntur, saluis tamen reseruatis, vt supra deleant, & annullent, & eorũ huiusmodi nomina de albo tolli, & deleri faciãt, sicut & nos auctoritate nostra Regia, ac de plenitudine potestatis præsentium tenore delemus, & annullamus, tollimusque, & penitus abolemus. Volẽtes etiã, & ita expressè mandantes quibuscũq; officialibus, & iusdicẽtibus, vt supra, vt pro quibuscũq; delictis, vel criminibus adhuc nõ delatis, etiã si occulta essẽt, exceptis tamẽ superius reseruatis, ac eorũ occasione nullo modo in futurum procedere, inquirere, aut aliàs molestare audeant, modo in casibus, in quibus requiritur à parte offensa legitimè remissio obtẽta fuerit, vel illã in futurum in supra statuto termino obtineri cõtingat, adhuc decernimus, & ordinamus quoscunq; tàm publici, quàm priuati debiti causa in carceribus detentos ex ipsis carceribus illos relaxari debere, quos omnes, & alios quoscunque debitores, si ex causa publica intra duos proximos menses, si verò ex causa priuata intra quatuor menses personaliter molestari præsenti Edicto prohibemus, ita tamen, quòd carcerati, vt supra relaxãdi, præstent idoneam fideiussionẽ de redeundo ad carceres finito prædicto tẽpore, vel de concordando suos creditores, quibus omnibus nullum fieri præiudicium volumus, exceptis etiã doc[?]ctoribus, & depositarijs, & alijs, qui datiorum, aut redditũ nostrorũ ordinariorum, vel extraordinariorum causa debitores inueniuntur, quos hoc decreto includi nolumus. Illustr. propterea Spectabilibus, Nobilibus, Magnificis, dilectis cõsiliarijs, & fidelib⁹ nostris, Proregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali nostro, Magistro Iustitiario, Præsidibus nostræ Magnæ Regiæ Curiæ, ac Sacræ Conscientiæ, Iudicibus dictæ Magnæ Curiæ, Magistris Rationalibus, Thesaurario, & Conseruatori nostri Regij Patrimonij, Fisci Patronis, Iudicibus Consistorij Sacræ nostræ Regiæ Conscientiæ, Procuratoribus Fiscalibus, cæterisq; demum vniuersis, & singulis Officialibus, & subditis nostris maioribus, & minoribus in prædicto nostro vlterioris Siciliæ Regno cõstitutis, & cõstituendis dicimus, præcipimus, & iubemus, quatenus forma præsentium per eos, & eorum quemlibet diligẽter inspecta, & attenta, illam, & omnia, & singula in ea cõtenta teneant firmiter, & obseruent, tenerique, & inuiolabiliter obseruari faciant per quoscunq; contrarium nullatenus tentaturi ratione aliqua, siue causa, si prædicti, cæteriq; subditi nostri gratiam nostram caram habent, ac præterire, & indignationis nostræ incursam pœnam vnciarũ mille nostris inferendarum ærarijs cupiunt euitare. In cuius rei testimonium præsentes fieri iussimus nostro communi negotiorum prædicti vlterioris Siciliæ Regni sigillo impendenti munitas. Datum Madriti die 1. Octobris Anno 1600.

YO EL REY.

Vidit Comes Mirandę. Vidit Comes Generalis Thesaurarius. Vidit Lanz Regens. Vidit Ribera Regens. Vidit Celestius Regens. Vidit Maynoldus Regens. Vidit Constantius Regens. Vidit Don Bernardinus Abarrionuevo Regens.

Dominus Rex mandauit mihi Io. Lopez de Zarate, soluat in exequutorijs Atienza pro taxiatore in Priuilegiorum Siciliæ tertio folio 78. Panormi 28. May xiij. Ind. 1600.

AD INDVLTVM
GENERALE
COMMENTARIVS

CATHOLICI PHILIPPI III. REGIS Potentissimi beneficio, ob paternam successionem, eiusq; felicissimas nuptias Siciliæ Regno suo fidelissimo, concessum.

DON GARSIA MASTRILLO,

CAESAREI, PONTIFICIIQ; IVRIS DOCTORE, Regioque in Regno Siciliæ Consiliario Authore.

PROHEMIVM.



RINCEPS cui à summo immortaliq; mundi Principe Deo Optim. Max. populorum administratio demandata est virtutibus omnibus, vera Regis corona, exornatum se debet ostendere, tum vt ipsemet præfixum sibi, cæterisq; omnibus finem, quem omnia appetunt, & ad quem naturæ quibusdam quasi igniculis inflammantur, qui ita per se ipsum expetitur, vt cętera propter ipsum expetātur, beatitudinē, inquā, felicitatē, summumquè bonum assequi possit, tū etiam vt oēs quibus ipse pręest, eūdem, quem ille finē cōsequātur: id enim est, quia Princeps in apice Reipublicæ cōstitutus, quasi quoddā exēplar proponitur imitandus, & vti speculū quod populus, vt plurimum pro componendis moribus intueatur; atquè (vt sapienter quidē *Socrates in orat. de administr. Regni*,) eis se conformē reddere conetur, adeo vt Principis actiones, ac mores, sicuti ad bonum particulare, ita etiam ad omniū felicitatem ordinantur, ideoq; *Lucanus* ad virtutes quasque comparandas Honorium Imperatorem hortatur his dictis.

In commune iubes si quid censesue tenendum
Primus iussa subi, tunc obseruantior aequi
Fit populus, nec ferre negat cum viderit ipsum
Authorem parere sibi; cōponitur orbis
Regis ad exemplum, nec tantum flectere mentes
Humanas, edicta valent quam vita regentis.

Ad id alludens *Cicero* 3. *de leg. vt enim cupiditatibus Principum, & vitijs infici solet tota Ciuitas, sic emendari, & corrigi cōtinētia, & Salustius in Catilinariū* dicebat, *si Regum, atq; Imperatorū animi*

mi virtus ita in pace, vt in bello valeret æquabilius, atquè cõſtantius res humanæ ſe haberent;curare dẽt itaq; Princeps virtutis inſignia ſibi cõparare, quia mores hominũ in Republica ad effigiẽ morũ Principis efformãtur: nã tales ciues qualẽ Principem vt plurimum videmus, quod expreſſit *Xenophons* de filijs Cyri Regis verba faciens, *& Plato in libris de legibus,& Cicero in 3. de legibus,* dum affirmauit, *Principũ peccata propter imitationem magis, q̃ per ſemetipſa nocere.* Principem ergo etſi virtutes omnes in ſe habere conſentaneũ ſit, præcipuè tñ in eo iuſtitiã, & tẽperantiã ſplendeſcere conuenit, dũ ipſe iuſtitia,quæ appellatur generalis ad bonũ cõe,diſponit oĩa, dupliciter,dũ ful get in eo per caſualitatẽ, vt eſt iuſtitia legãlis, virtutes oẽs ad cõe bonũ dirigẽs, differens realiter a qualibet alia virtute,& per prædicationẽ,vt eſt virtus in cõi, & imperata à legali, ſeu vt ordinata ad cõe bonũ ab alijs virtutibus,rõne tantũ differẽs, dũq; particulari iuſtitia ad ſingularũ perſonarũ bonũ ordinat omnia,& ea,quæ vocatur cõmutatiua priuata perſona ad aliam dirigit,& ea,quę diſtributiua nũcupatur tanq̃ ordinis directiua eius, qđ ad ſingulares perſonas cõmune,vt decet, ſingulis ſecũdum quandã proportionabilitatem diſtribuit, vtraq. iuſtitiæ ſpecies in Principe ad inſtar architettonicæ præcipiẽtis, atq. imperãtis, qđ iuſtũ eſt conſpicitur, in ſubditis verò tãquam executiua,& miniſtrãs conſideraẽ. Hæc virtus vt relata ad alios in Principe ſuas hẽt pediſſequas,religionẽ nẽpe, pietatẽ, obſeruantiã, veritatẽ gratiam,& vindicationem,dũ Princeps Deo debitũ cultum reddi iubet, parẽtibus,patriæq; officium, hominibus dignitate præcellẽtibus honorẽ, & obſeruantiã,dum talem quemquẽ, verbis, & factis qualis ipſe eſt ſe exhiberi præcipit,beneficiorum memoriã cõſeruari,dũ vim vi repelli poſſe cõcedit. Temperãtia altera eſt virtus, q̃ ſibi cõparare dẽt Princeps, quæ rurſus in eo conſpiciẽ,aut ſecũdum ſuę ſignificationis cõitatẽ vt virtus generalis, quãdam tẽperiem, & moderationẽ à rõne in humanis operationibus paſſionibuſq. poſitam ſignificãs, aut vti appetitum ab his,quę maximè hoĩem alliciunt refrenans, atq; cõpeſcens, vt virtus ſpecialis ſpecialẽq. materiã cõtinens,circa cõcupiſcẽtias,delectationeſq.vti earũ moderatiua cõſiſtẽs,hęc ẽt virtus ſuas hẽt ancillas nimirũ cõtinentiã, verecũdiam, pudicitiã, modeſtiã,caſtitatẽ,honeſtatẽ,ſobrietatẽ, parcitatem, & clementiã. Ijs ſecũdũ rõnis regulam cibis imponiẽ modus, concupiſcẽtię refrenantur,delectationes,quę ſunt in aſpectibus cohibẽtur, tactuũ delectationes moderãtur, concupiſcẽtiæ turpiſſimæ caſtigãtur, potus regulãtur, rerũ ſuperfluitas præciditur,ſed nil eſt in rebus humanis clemẽtia diuinius, qui nãq. quantũ põt hominibus opibus, ſtudio, & gratia cõſuluit, eſt iã quodãmodo diuinitatẽ cõſequutus, ſed neminẽ magis decet clemẽtia, quã Principẽ,ait *Seneca,* qui illã diffiniens ſuperioris aduerſus inferiorẽ in irrogandis pęnis lenitatẽ eſſe dixit, & poſt eum *D.Thom.2. 2.q. 157. Clementia omnibus quidẽ hominibus ſecundum naturam eſt*; maxime tñ decet Imperatoribus in quamcũq. domum peruenerit eã felicẽ, trãquillãq. præſtabit: ſed in regia quò rarior eò mirabilior. Deũ Princeps in exẽplar ſibi conſtituit, dũ ſe talem ciuibus exhibet,qualẽ ſibi Deũ deſiderat, nõ.n. Deũ inexorabilẽ habere expetit,qui ſi placabilis eſt, delictaq. nõ ſtatim fulminibus proſequitur, tãto æquius eſt, hoĩem hominibus præpoſitũ mitiaĩo Imperiũ exercere, quieti moderatiq; Imperij alia facies non eſt q̃ sereni nitentiſq. cæli,gratior, pulchriorq. oculis

lis mundi status, in sereno puroquè die, quàm cũ fragoribus crebris quatiunt omnia, & hinc illincquè micãt ignes, nihil magno & præclaro viro (*dicebat Cicero 1. de off.*) dignius esse placabilitate, atquè clemẽtia, *& Ouidius 1. de Ponto*.

Est Piger ad pænas Princeps ad præmia velox
Cuiq; dolet quoties cogitur esse ferox.

Quod elegantissimè ostẽdit *Seneca ad Neronem* verba faciẽs, Excogitare, nemo quidq̃ (ait ipse) pote it, qđ magis decorũ regenti sit, q̃ clementia, quocunq. modo is, & quocũq. iure præpositus cęteris erit, eò scilicet formosi⁹ id esse, magnificentiusq. fatebimur quò in maiori præstabitur potestate, q̃ nõ oportet noxiam esse, si ad naturæ legẽ cõponitur, natura enim cõmenta est regem, quod ex alijs animalibus, licet cognoscere, & ex apibus, quarũ Regi amplissimum cubile est medioque, ac tutissimo loco, præterea onere vacat, exactor alienorũ operũ, & amisso Rege totũ dilabit examen, nec vnq̃ plus vnũ patiunt, melioremq. pugna quærunt. Præterea insignis Regis forma est, dissimilisq. cæteris tũ magnitudine, tũ nitore; hoc tñ maximè distinguit iracũdissimę, ac pro corporis captu pugnacissimæ sunt apes, & aculeos in vulnere relinquunt: Rex ipse sine aculeo est, noluit illũ natura, nec sęuũ esse, nec vltionem magno cõstaturam petere, telumq; detraxit, & irã eius inermẽ reliquit. Exemplar hoc magnis Regibus ingens, pudeat ab exiguis animalibus nõ trahere mores, cũ tãtò hominũ moderatior esse animus debeat, quantò vehementius nocet: hæc *Seneca*. Princeps clementia amorem sibi subiectorum conciliat, ita ait *Seneca in 2. Tragedia.*

Qui vult amari: lãguida regnet manu.

Clementia multa, maioraquè à subditis consequetur Princeps, vt ait *Claudianus in Consulatu Manlij Theodosij.*

peragit tranquilla potestas.
Quod violenta nequit, mandataq; fortius vrget
Imperiosa quies.

Securitatem Principi parit, nã si clemens erit Princeps in altũ editas instruere arces, nec arduos in ascensum emunire colles, nec latera abscindere mõtium multiplicibus se muris turribusq. sæpire opus habebit: saluum in aperto præstabit clemẽtia Regẽ. Clemẽtia Princeps efficacius, q̃ seueritate, ac punitione ciues bonos efficiet, verũ enimuerò delictorũ pęna legũ trãsgressoribus, non ideò irrogatur, q͂a ab eis peccatũ fuerit, quin potius, vt vel ipse peccator corrigat, vel vt illius castigatione abjẽt terreant, intraquè iusti, rectiq; limites contineant. id dixerat Diuinus ille *Plato in Protagora* his verbis, *Equidẽ puto et me, ac te, cæterosque oẽs existimare iniuriã facere quam pati deterius esse, & pænã nõ dare, quã dare, nullus enim punit eos, qui deliquerunt, huc aspiciẽs huius rei gratia, quia deliquerũt, nisi instar bestiæ citra rõnem pænã exigat. Quis vero cũ ratione castigare vult, ille nõ præteriti causa criminis pænã sumit, nec enim quod factũ est infectũ reddiderit, sed futuri gratia, ut denuò delinquat, vel ipse, vel alius, qui castigari ipsum viderit*, hæc *Plato*. Atqui ad finẽ istũ cõsequendũ mediũ aptius est clementia, q̃ seueritas, & punitio, ea nãq. vt experiẽtia docuit committitur, quę sępius vindicant, parcere enim vindictæ, peccatorũ, delictorũq. in Republica nõ operat accessionẽ, sat enim erit hominibus cogitãdũ relinquere Principẽ, cũ perdere posset, pepercisse, vt quemadmodũ fulmina paucorũ periculo, oĩum tñ metu, è cę-

lo

lo decidunt, dum non quantum fecerit, sed quantum facturus sit in eo, qui omnia potest, cogitatur, id comprobat *Seneca ad Neronem, duas ait ipse reperiri causas, quæ Principẽ animaduersionem in improbos assumere quodãmodo compellunt, aut enim se vendicat, aut alium, (sed vltionis propria rationẽ, missam pro modò faciamus) in aliorũ vindicandis iniurijs tria lex sequitur, quæ Principes etiam sequi dẽt, aut vt eũ, quem punit, emẽdet; aut vt pœna eius cæteros meliores reddat, aut sublatis malis securiores cæteri viuant ipsos facilius emendabit minori pœna, diligẽtius enim viuit, cui aliquid integri superest, nemo dignitati perditæ parcit impunitatis genus est iam non habere pœnæ locum, Ciuitatis autem mores magis corrigit parcitas animaduersionum, facit enim consuetudinem peccandi multitudo peccantium, & minus grauis nota est, quã turba damnatorum leuat, & seueritas, quod maximum remedium habet, assiduitate ammittit auctoritatem, constituit bonos mores Ciuitati Princeps, & vitia eius compescit, si patiens eorum est, non tamquam probet, sed tamquam inuitus, cum magno tormento ad castigãdum veniat, verecundiam peccandi facit ipsa clemẽtia regentis; grauior multò pœna videtur, quæ à miti viro constituitur*, hæc *Seneca*. Ideoq; *Salustius ad Cæsarem de Republica ordinanda*, sermonem habens, dicebat, *iudicijs acerbis Ciuitatẽ vastari, quàm corrigi potius*. Clementiam itaque Princeps quodammodo diuinitatem decorem, ac pulchritudinem assequitur, in exemplar ad imitandum sibi Deum constituit, subditorum obseruantiam, & amorem sibi conciliat, securitatem sibi parat, medium efficacissimum ad prohibendã mala sibi comparat. His omnibus virtutibus, & præsertim clemẽtia cumulatissimè refertus est noster Prĩceps Rex Catholicus perampla, stabiliq; paterni Imperij existimatione Principum maximè fortunatus, præter ipsum absolutè virtutis speciẽ, nil respicimus. Rempublicam porrò, sic gubernat, vt nobilitatem in honorem habere, populum alere, & Prouincias sub sua ditione positas florentissimas reddere contendat: totusque ferè orbis felicis illius & rectè cõstituti Principatus administrationẽ concelebrat, & paternæ virtutis æmulum suspicit, nemo Regum candore animi clemẽtia, & pietate illum antecellit summè quidem in eum naturæ aspirantis dona superi adeò contulerunt cumulatè, vt certo, & lucidissimo insignium virtutum concursu, haud dubiè fœlix existimari potest, nemini vei nos summa cum admiratione videmus rariora, spectatioraquè, vel cælestis gratiæ, vel arridentis fortunæ dona contingerunt, quam Regi nostro inuictissimo, in eo non benignitatem, quam *Plutarchus in Traiano* exoptabat expetimus, prout *Seneca* desiderauerat Principem ad instar sereni cœli faciem obtinemus, longe in clementia superat Titum Imperatorem, & si ille delitias hominum meruerit vocari, admirabile verò clemẽtiæ munus illius fuit, ob indulgentiam tam amplam huic suo fidelissimo Regno concessam, vt merito subditi salutare talem Principem agnoscant, omnesque certũ publicis rebus præsidium fateanẽ. Lucidissimè emicat clemẽtia in indulgẽtia ista, enimuerò nõ solũ pœnas minuit, atq; temperat, verũ etiam & cõdonat, & remittit. Tempestiuè, & opportunè tamẽ occasionẽ captauit (iam huiusmodi clementiæ monumẽta à Patre, & Auo habuerat) nimirũ ob in auitis, patrijsquè Regnis successionẽ, obquè sua felicissima spõsalia, abest prorsus causa, ob quam Trasibulus Atheniensis fusis triginta tyrannis iniuriarum obliuionẽ indixit, quam Græci amnestiam

neſtiam appellarũr,quodquè poſt Iulij Cæſaris internetionem in Bruti, & Caſſij gratiã populo Romano ſuaſerat *Mar. Tullius*. Viximus,& viuimus ſub mitiſſimo Imperio, clementiſſimoquè Principe, ſors noſtra in nihilum alterata,immutataquè,mitiſſimam quidem ſub vtroque experti ſumus. Vniuerſaliter iſta indulgentia conſouet omnes delinquentes, prudentiſſimo enim Principi ſatis innotuit,clementię actum,qui ad multitudinem dirigitur, & ſemper bono publico conducere, impoſſibile quidem eſſe,vt omnes beneficij accepti inmemores ſe exhibeant,obquè pęnarum condonationem à Principe benigniter tributam,obſeruantiam,officium, obſequiumque liberaliter non refundant. Vniuerſa tamen facinora indãnata non ſinit, ex indulgentia enim nonnulla excipit crimina, & illa quidem immania in hoc vſus maxima dexteritate,clementię ſęueritatem annectens,vt dum fulget delictorum indulgentia, punitionis ſęueritatiſque emicet gladius, in atrocioribus vlciſcẽdis magis ſeueritati, quàm clemẽtiæ indulgẽdum eſt, vtiquè nõ latuit, quod *Cicero in 2. de offic.* dixerat, Reipublicę cauſa adhibendam eſſe clementię ſęueritatẽ,ſine qua Ciuitas rectè adminiſtrari nequit,nimia enim clementia homines laſciuiunt, & in prçcipites feruntur, in mala conſpirationeſquè excitare ſolet, quod Tito accidiſſet, ſi diù in Imperij adminiſtratione ſtetiſſet, ideoque Archeſilaus Spartanorum Rex Charilaum eius in Imperio collegam criminabatur, qui tantum clementiæ ſibi arrogauerat, vt in ſceleſtiſſimos homines animaduertere non auderet. Et prudentiſſimè Liuia Auguſtum hortabatur,ne impunitos in emendabilis malitiæ homines abire ſineret, ſciebat enim Princeps noſter ex Plutarcho eo temperamento clementię ſeueritatem annectendam eſſe, quo videtur vti ſol cum primo Cœlo, ſolem primi mobilis vi grauiſſima,ſed dulciſſima raptum, eidem obſequium præſtare,obſeruarunt Mathematici, dum tamen primo cœlo parer ſimul quodammodo ei aduerſari videtur,ea tamen (dixerim) arte,lege, ac modeſtia, vt nec illi omninò aſſentire, nec penitus aduerſari percipiatur, quaſi ipſe nouerit viribus cœli ſuperioribus parendum eſſe,& è contra rerum harum inferiorum naturam alio motu huic aduerſanri indigere, ſine quo non poſſe cõſiſtere,ideò paulatim à latere deflectẽs iter cæpit,qua ratione nouam motus ſpeciem adinuenit,atq; temperamentum,quo vnicè primo mobili obtemperaret, rerumque ortui, ac ſaluti cõſuleret, nec ſecùs in Principe benignitas, & ſeueritas. Modus enim regendi à ſeueritate productus populorum voluntati opponitur, blanda, facilisque indulgentia, vulgi deſiderij accommodata damnum,iacturamque Ciuitatibus affert, at ſi vna alteri admixta fuerit, res ſanè fęliciter eueniet, nec licentia deteriores fiunt homines, nec veniæ ſpe deſtituti amore à Principe deficiunt, hæc, antequàm ad ſcholia ſuper iſta indulgentia accedereremus, neceſſariò fore duximus prælibanda.

B TEX.

TEXTVS.

Hoc igitur generali Decreto.

SVMMARIVM.

1 *Decretum gratiosum appellatur præsens Indultum. Item indulgentia, num. 2. Item gratia, nu. 6. Item restitutio, nu. 7. & quid sit, ibidem.*

3 *Indulgentia est verbum generale.*

4 *Indulgentia comprehendit sub se omnem remissionem.*

5 *Indultū in Regno dicitur ab indulgētia.*

7 *Restitutio denotat Indulgētiā plenariā.*

8 *Indulgentia de iure dicitur abolitio, & quotuplex est abolitio, nu. 9.*

10 *Abolitio differt ab indulgentia.*

11 *Indulgentia quotuplex est.*

CAPVT I.



1 ECRETVM gratiosum † appellatē à *Iul. Clar. ī Pract. crim. §. fi. q. 59. n. 3. vers. sicut autē*, dū dixit, quod quādo Princeps ex aliqua causa putà, pacis initæ, vel ducendæ vxoris, aut īgressus possessionis Regni (vt in casu Decreti nostri) facit gratiā generalē delinquentibus, tunc dr̄ Decretū gratiosum, quasi gratia Principis sola sit causa vt concedatur, vt dicit *Sforz. Oddo de restit. in integr. q. 91. n. 5.* & sequitur *Bonacos. cōm. opin. crim. in verb. Gratia, Do. Camil. Borell. de præstan. Reg. cap. 38. num. 63. cum sequen.* & idem est, ac si diceretur In-
2 dulgentia † vt voluit *text.* noster ibi, (*Quos pariter ab hmus Edicti indulgētia exclusos esse declaramus*) quod ver-
3 bum generale † est, & cōprehendit sub
4 se oēm remissionē, † vt dixit *tex. ī l. Indulgentia, vbi Salic. in prin. ver. nec obstat, & in l. 1. C. de sentent. pass. c. fin. 2. q. 3. Sforz. Odd. de restit. in integr. q. 91. n. 20. Ant. Sola super Const. Pedem. tit. de Indulg. gl. 1. n. 1. Rip. in c. sicut Romana, nu. 33. de rescript.* & ideò apud nos ī Regno dr̄ Indultū † ab indulgeo indulges, quod aliud nō est nisi remit-
6 tere, vt dixi. Dr̄ etiā gratia † generalis, de quo verbo vsus est etiam text. noster ibi, *damnatos verò ad triremes in ipsis servientes præsentis gratiæ beneficio gaudere nolumus.*

7 Item dicitur restitutio, † eaque plenariā denotat restitutionē, *Sfor. Odd. de restit. in integr. q. 93. n. 1. Cassan. in consuet. Burg. rub. 1. tit. des Iustizes, in verb. Sil n'a grace*, vnde idem *Sforz. Odd. de restit. in integr. q. 91. art. 1.* eā diffiniendò ait esse in pristinū statū repositionem, nulla alia de causa cōcessam, quàm ex mera Principis gratia, & humanitate, & ex hoc differt à restitōne Iustitię, siquidē illa cōcedit, quia ita ius statuit concedendā, hęc aūt indulgeē à Principe, nō quod aliqua iusta causa, quæ lege caueaē pro iustitia, & de iure cogat, sed quia ita humanitas eius, & gratia, & liberalitas cōpellit, vt ex narratiua Decreti nostri hoc colligitur, sequitur *Gomez. in §. rursus, n. 2. in fi. inst. de actio.* Sed de iure abolitio
8 nūcupaē, † quæ Indulgētia dr̄, de qua *in l. abolitio cum duabus seq. ff. ad Turpil. l. generalis C. de sēt. pas. toto tit. ff. et C. de abolit. Ang. de malef. in verb. & ad querelam, nu. 75. Petr. à Plaz. epith. delit. lib. 1. c. 38. n. 3. & seq. Carrer. ī tract. crim. tit. de homic. §. 29. ver. excusatur, n. 8. & nu. 13. Farin. in tit. de Inquis. q. 6. n. 51. Decia. tract. crim. sub tit. de abolit. nu. 3. Ant. Gomez. de delic. tit. de tortraor. n. 38. Clar. in §. fi. q. 59. vers. sicut autem, Bonacos. cōm. op. crim. in verbo Gratia, Spec. in tit. de abolit. §. 1. Azo in Summa, C. de abolit. Petr. de Greg. syntag. iur. lib. 32. c. 23.* Et hæc abolitio
9 † duplex est, publica, & priuata, publica Indulgentia illa est, de qua supra pro-

proximè dictum est, priuata aût quâdo fit per accusatorem abolitio nominis Rei iudice permittente, & impetrata remissione, *l. 1. C. de abol. Luc. Foll. de Comp. super Prag. fi. Nea. nu. 57. Baiar. ad Cl. q. 59. v. 98.* eaq. differt ab
10 indulgentia per Regem nostrû concessa, quia abolitio crimen nô extinguit, sed tâtû iudicij instâtiâ, quo fit vt trâsacta lætitia infra triginta dies poterit de nouo accusari, *l. si interueniente, ff. ad Turpill.* & de ea loquuti sunt Doct. præallegati, Indulgêtia vero crimen extinguit, adeò q; de eo amplius molestari, & inquietari nô pôt, vt latius dicâ *in progressu huius Cõmenti*, & proprie *in c. 45.* quæ quidê indulgêtia est
11 êt duplex † gñalis, & illa est, de qua in præsenti Decreto nostro, particularis verò quando alicui ob meritû suû, vel aliâ causam Priceps, aliusue superior indulget, quæ non est materia nostra, sed aliqua per transennâ in progressu materiæ dicemus: & ideò cû Decretû nostrû amplissimû sit, côpręhêdit sub plenissima ratiône, & gñali indulgêtia

T E X T V S.

Regia Authoritate.

S V M M A R I V M.

1 *Rex Catholicus in Regno Sicilia non recognoscit superiorem, & potest indultum concedere.*
2 *Barones, & alij Feudatarij non possunt aggratiare, contra n. 4.*
3 *Barones de consuetudine solent indulgere, contra nu. 9.*
5 *Remittere peccata est supra legem.*
6 *Prîceps supremus solutus est legibus.*
7 *Princeps inferior nô pôt pœnas remittere, lim. nu. 18. Intellige n. 19. & 20.*
8 *Barones, & alij Feudatarij non possunt contra ius commune statuere.*
10 *Barones non possunt aggratiare, etiam cum causa.*
Amplia etiam quod constaret de innocêtia delinquentis, nu. 11.
Amplia etiam in remissione bannitorû, num. 12.
13 *Barones non possunt commutare pœnas de vna in aliam.*
14 *Barones non possunt saluumconductum concedere. Amplia in Locumtenente Principis, nu. 15. ratio nu. 16.*
17 *Barones posśût remittere bona, et pœnas eorum ærario applicatas.*
21 *Successor Principis concedentis facultatem indulgendi non tenetur eam seruare, lim. nu. 22.*
Gratia concessa non expirat morte côcedentis, sub nu. 21.
23 *Barones Regni Sicilia habentes merum, & mixtum Imperium possunt componere pœnas parte remittente. Sed an per hoc possint indulgere, n. 24.*
25 *Barones habentes merum, & mixtû Imperium an possint pœnas remittere, n. 26. contra nu. 27. ratio n. 28. Amplia nu. 29. ratio, num. 30. 31. 34. & 35. Intellige, vt nu. 36.*
32 *Appellationum causa nô veniunt sub côcessione meri, & mixti Imperij, ratio num. 33.*
34 *Barones, et Feudatarij possunt ante sententiam indulgere, limita in Rege, n. 38. limita secundo si haberent causas appellationum, num. 39. limita, num. 40. & 41.*
42 *Iudices ordinarij non possunt remittere pœnas, & gratiam facere, ratio nu. 43. 44. & 45. amplia nu. 47. limita nu. 48. 49. & 50.*
46 *Index ex post facto non potest suam sententiâ mutare, nec corrigere, nisi consulto Principe, & ibidê ampliatur.*
51 *Prælatus an possit remittere culpam, & gratiam facere, amplia, nu. 52.*
53 *Episcopus non potest remittere condênatum ad carceres perpetuos.*
54 *Princeps, & alij Prælati an possint restituere ad famam remissiuè.*

C A P. II.

1 EX noster Catholic⁹, & inuictissimus † ex quo in Regno nõ recognoscit superiorẽ, potest indulgentiam prędictam concedere, ita dixit *Affl.in c.1.nu.15.Quæ sint regal.per tex.in l.1.& 2.C.de senten.pass.* quorũ enim Maiestas immediatè offensa est, immediatè quoquè iniuriã, & offensam remittere possunt *Farin.de Inquis.q.6.nu.2.Sforz.Odd.de rest.in integr.q.92.nu.12.& 14.Ant.Sola super const.Pedem.gl.1.nu.3.rub.de Indulg.Thesau.dec.21.n.1.Cartar.de exequut.capt.banni.c.3.n.58.à Petr.de potest.Princip.c.8.nu.47.Peregr.de priuileg.Fisc.lib.5.tit.2.nu.5.& sequ.& lib.4.tit.8.nu.15.* & in hoc nemo cõtradicit,& sicut potest remittere, ita augere,& diminuere *Alciat.in l.quos nos hostes,ff.de verb.signific.Socy.iunior cons.68.nu.48.vol.3.& cons.92.vol.2.l.acta,§.de ampliãda ff.de re iud.post alios,quos refert Peregr.vbi supra,lib.4.tit.8.nu.27.Doctor Marta in tracta.de iurisd.p.1.c.44.*

2 Sed an Comites,& Barones,& alij Feudatarij, & inferiores à Prĩcipe recognoscẽtes superiorẽ possint aggratiare, & indulgẽtiã cõcedere? Videbatur dicendum quod sic,quia pñt ꝯ ius cõmune statuere,vt dixit *Fely.in c.1.de rescrip.*quẽ sequitur *Boss.tit.de Princip.nu.287.& in tit.de pæn.nu.26.& tit.de regal.nu.19.*Item quia Barones
3 † & Feudatarij de consuetudine solẽt gratias facere eorum Vassallis, vt testatur *Bald.in l.seruos,C.ad l.Iul.de vi publ.Iacob.de Beluis.Pract.crim.tit.de sentent.crim.num.10.in fin.Cartar.de exequut.capt.banni.c.3.nu.59.Boss.in tit.de remed.ex sol.Clemen.prin.nu.51.Clar.§.fin.q.59.vers.& hac quidem,Capiblanc.super pragm.6.Neap.de anth.Baron.nu.56.Luci.Foller.in commen.ad pragm.fin.de compo.nu.57.ver.faciuntq.etiam Barones.*

Contraria tamẽ opinio de iure ve-
4 rior est, quod Barones, † Comites, Feudatarij, & alij inferiores à Principe superiorẽ cognoscentes aggratiandi facultatem non habeant in delictis capitalibus,& quo ad pœnam corporalem, quia illa apud solum Principẽ residet,*l.ab Bestias,ff.de pæn.§.planè Inst.de iur.natur.gen.& ciuil.tex.est ĩ l.relegati,ff.de pæn.vbi Bart.& Bald.Paris.cõs.1.nu.59.lib.4.Bart.in l.acta,§.amplianda,ff.de re indic.& in l.1.§.cum quis,ff.de quæst.et in l.infamẽ,col.fi.ff.de publ.iud.& in l.si quis vltro,nu.2.ff.de quæst.Salyc.in l.cum indulgentia,C.de sentent.pass.Affl.in cap.1.col.2.vers.7.8.& 43.quæ sint regal.Iacob.de Sanct.Georg.in inuesti.feud.in ver.et cum mero,& mixto Imperio,col.2.vers.sed an inuestitus,And.in c.1.de Vassall.decret.ata.num.2.ver.idem si.Mart.Laudens.in tractat.de Principe,vers.219.Fely.in c.quæ in Ecclesiarum,num.23.& sequ.de constit.& in c.cum te,nu.14.& 15.de re iud.Boss.titu.de Principe,num.227.Alba.Mandel.cons.64.nume.14.Aldobrau.in §.masculi,num.18.instit.de Curat.Gabr.Saray.in add.ad Matthes.sing.43.num.9.Rolãd.à Vall.cons.4.num.51.& sequ.volu.3.Bald.in l.Imperium,col.2.ff.de iurisd.omn.iud.Neuizan.cons.83.num.5.ver.& licet nemo inferior,Ioa.de Amic.cõsil.89.colum.1.Rube.consil.50.Sforz.Odd.de restit.in integr.par.2.q.93.Decian.tract.crim.titu.de abolitio.nu.94.Anton.Sola super Constitu.Pedemont.rub.de Indulg.glo.1.num.6.à Petr.de potesta.princip.cap.8.num.34.& 38.Surd.consil.53.num.8.Cartar.de exequut.cap.banni.cap.3.num.59.Sese de inibitio.Iusti.Arago.§.5.cap.1.Borell.de præsta.Reg.cap.38.num.20.& 22.*

Pede-

Pedemont. Osasc. decis. 101. *num.* 1. *& & seq. & num.* 4. vbi dat rationem, q̃a
5 remittere peccata est supra legẽ, vt in *Euã. Matth. c.* 10. *Marci c.* 1. *Lucæ c.* 5. remittereque peccata, est quid contra legem & naturam, *Innocẽt. in c. cum P. Tabellio. nu.* 2. *de fid. instrum.* sed à le-
6 gibus solus supremus Princeps, † vel quod supremi iura obtinet solutus est *l. Princeps, ff. de leg. l. digna vox, C. eo.*
7 ergo solus Princeps † non autem inferior potest pœnas remittere, & gratiã facere, refert, & sequitur *Farina. de Inquis. q.* 6. *num.* 2. vbi asserit, nec in iudicando, nec in consulendo ab hac opinione recedendum esse *Sfor. de restit. in integr. par.* 2. *q.* 92. *num.* 90. *& & seq.* subdens hanc esse communem opinionem, secundum quam fuisse decisum refert *Pedemon. Osasc. d. dec.* 101. *in fin.* vbi addit neque præscribi posse hanc indulgendi facultatem, & ibi latissimè, & ita esse omnes Magnates Hispaniæ, dixit *Azeued. lib.* 8. *titu.* 25. *de los perdones, nu.* 8. nec sufficeret consuetudo, vt resoluit *Auendag. de exequend. mandat. libr.* 1. *capit.* 7. *nume.* 12. subdens, quod ipse consuleret à Rege impetrandas esse huiusmodi remissiones.

Nec obstant superius in cõtrarium allegata, & primo quod Barones, & similes Feudatarij possunt contra ius commune statuere, ex *Fel.* & alijs re-
8 latis, nam eorum opinio † reprobata est, vt dixit *Rol. in d. consil.* 4. *num.* 31. *&* 36. *volum.* 3.

Secundo minus obstat consuetudo
9 † allegata, nam vt dixit *Farinac.* in loco proximè allegato ipse nũquã de tali obseruãtia confideret, ex traditis p *Boss. in tit. de remed. ex sola clem. Princip. nume.* 51. vbi quemdam Feudatarij subditum, cum gratia collo appensa suspẽsum vidisse testatur, post alios *Borell. de præstand. Reg. capitul.* 38. *num.* 9.

Amplia primo prædictam conclusionem etiam quod Barones talem
10 † gratiam facerent cum causa, vt dixit *Osasc. dec. Pedemon.* 101. *num.* 1. *à Petra de potesta. Princip. c.* 8. *nu.* 38.

Amplia secundo etiam si post sen-
11 tentiam † constaret de innocentia cõdemnati, quia non possunt vti inferiores à Principe illum restituere, *l.* 1. *§. si quis vltro, vbi Bartol. ff. de quæst. Angel. in l. qui de crimine, colum.* 2. *ff. de accusat. Pedemont. dict. decisio.* 201. *num.* 8.

Amplia tertio in remissione banni-
12 torum, † nam inferiores à Principe & inuestiti cum mero, & mixto Imperio non possunt indulgere, sed ad Principem id pertinet, ita respondet *Rol. cõs.* 4. *n.* 51. *& seq. vol.* 3.

Amplia quarto, vt non solum isti Barones, & Feudatarij non poterunt indulgere, & gratiam facere, sed etiã
13 commutare pœnas de vna in aliam, *Petrus Ant. à Petr. de potestat. Princip. cap.* 8. *nume.* 43. *Capic. decis.* 27. *num.* 114. *& sequen.* vbi ita declarat hanc conclusionem.

Amplia quinto, quod nec possint
14 † saluum conductum concedere, & criminosos guidare per aliquod tempus, ita *Fulgos. in l. conuentionũ, n.* 3. *ff. de pact. & in Regno Neap. est dispositum per c. Regni* 197. & refert decisum fuisse *Affl. dec.* 4. quod intellige de Bãnitis foriudicatis, & latronibus, secus vero in alijs delinquentibus, vt ita *Frec. de subfeu. lib.* 2. *auth.* 45. *fol. mihi* 231. *à tergo, Capibl. super pragm.* 6. *Neap. de Baro. & eor. offi. n.* 75. *à Petra de potest. Princip. c.* 8. *n.* 52. *& seq. Vital. in tract. clau. in verbo securitate pendente, Vinc. de Franch. dec.* 310. *n.* 4. vbi subdit hoc nõ procedere in officialibus Baronis, qui non habent iurisdictionem in dominium, sed in administrationem, & idem est dispositum in Regno nostro, per *cap. Martini Regis, sub nu.* 71.

Idem procedit in Locumtenente
15 † Principis, cum sit ex Principi reser-
uatis, vt tradunt Angel. in l. vtimur, ff.
de sepulc. viol. Roma. in l. 3. §. si seruus,
nu. 7. ff. de acquir. possess. & apertius
Gregor. Magalot. in tracta. securitatis,
ac saluicōductus, p. 2. col. 11. vers. quar-
to limita, Menoc. cons. 244. nu. 12. volu.
3. Mart. d. c. 44. nu. 2. & in eum Prin-
16 cipi reseruata per generale † mandatū
non censentūr translata, ad not. ī cap.
quod ad translationem de offic. delegat.
Alex. cons. 106. incip. perspectis, vol. 2.
& cons. 68. nu. 14. eo. lib. & de iure Re-
gni super hoc vide Petr. de Gregor. de
concess. Feud. quaest. 2. num. 24. part. 7.
quod tamen non procederet, quando
ex iusta causa hoc faceret Baro, quia
tunc posset etiam Iudex inferior, Me-
noch. de arbit. q. 92. in fin. Affl. decis. 4.
nu. 2. Sforz. Odd. de restitut. in integr.
q. 92. num. 19. Capiblanc. de Baro. &
eorum off. super pragm. 6. num. 60. vbi
loquitur de eo, qui reuelauit delictū,
& subdit vnum notabile, quod licet
reuelans debeat potiri gratia, non ta-
men euadet aggratiatus, vt torqueri
non possit ob faciendum inditium, &
probationem contra alios, si perfectæ
probationes haberi non possint, nam
tunc gratia non datur ad pœnam, sed
ad sciendum delicti veritatem, & gra-
tia ad hoc non extenditur, Vincent. de
Franch. decis. 459.

Limita modo prædictam conclu-
sionem non procedere, quoad bona,
& pęnas applicatas ipsis Comitibus,
17 & Feudatarijs, † in quibus facultatē
aggratiandi habent Bar. in l. acta, §. 1.
de re iudic. Farinac. de Inquis. q. 6. nu.
2. Decia. tracta. crim. tit. de abolitio. nu.
94. à Pet. de potest. Princip. c. 8 num. 45.
vbi alios cumulat, Baiard. ad Clar. q.
59. num. 31.

Limita secundo, si in inuestitura
talis facultas aggratiandi fuisset Co-
miti, vel Baroni concessa † Boss. de re-
18 med. ex sola clem. princ. num. 52. Clar.
§. fin. q. 59. vers. & hac quidem conclu-
sio, Pedemon. d. dec. 101. num. 3. à Pet.
de potesta. Princip. capit. 6. num 57. &
cap. 8. nu. 36. vers. beneuerum est, Rol.
cons. 4. num. 54. vol. 3. quod intellige
verum si a Principe † specialiter in in-
uestitura fuerit cōcessa talis facultas,
vt dixit Bart. in l. ambitiosa, nu. 8. vers.
sciendum est ergo, ibi (nisi hoc sibi ex-
pressè permiserit populus) Soc. sen. cōs.
83. nu. 3. lib. 4. Menoch. de arbit. iud. q.
92. nu. 7. Sforz. Odd. de restit. in integ.
quaest. 92. art. 2. num. 18. Petr. de Gre-
gor. de concessio. feud. quaest. 5. num. 4.
par. 7. & ratio est, quia cū talis facul-
20 tas † sit de reseruatis Principi non ve-
nit in generali concessione regalium,
vt dixit à Petr. de potesta. Princ. cap. 8.
num. 44. Martin. del Rio disput. Magic.
lib. 5. sect. 2. col. 5. in princip. Pedemont.
d. decis. 101. nu. 3. & 14. vbi addit, qd
21 successor † Principis concedentis talē
facultatem non tenetur eam seruare,
quia est de concernentibus priuilegiis
Coronæ Regalis, Rolād. cōsil. 4. nume.
56. volu. 3. Menoch. d. quaest. 92. num.
7. Luc. de Penn. in l. contra publicam,
col. 7. C. de re milit. lib. 12. Afflict. in tit.
quae sint regalia, in rubrica, num. 68. &
dec. 101. & 392. Farina. de Inquis. d. q.
6. nu. 4. Osasc. Pedemon. decis. 101. nu. 2.
& 3. Petr. de Gregor. de concess. feud.
quaestio. 2. nume. 15. ibi, nisi expressè
dicatur in concessione, vbi nos con-
cordantes allegauimus in addit. licet
tamen non expiret morte conceden-
tis, Sard. consil. 109. num. 6. Peregri.
de iur. fisc. libr. 5. titul. 2. num. 80. quòd
22 secùs esset in speciali, † vt dicunt Do-
ctor. omnes in l. 1. ff. de offic. eius, An-
ton. Sola super constitut. Pedemont. titu.
de Indulg. glo. 1. nu. 8.

Limita tertio, hoc non procede-
23 re in hoc Regno Siciliæ, † in quo per
capitu. Alphons. Regis, sub num. 490.
est concessa Baronibus, & Feudata-
rijs

tijs habentibus merum, & mixtum
Imperium parte remittente compo-
nere pęnas a relegatione infra, & mu-
tilationis mēbrorū, refert *Pet. de Gre-
gor. ĩ d. tract. de concessio. Feud. q. 2. nu.
23. p. 7.* & cōsequēter indulgere, † vt
in puncto dixit *Io. Ant. Lanar. cōs. 5. p
totum, vol. 1. Ant. de Ball. lib. 5. pragm.
1. fol.* 244.

25 Limita quarto si Barones, † & Feu-
datarij habeāt merū, & mixtum Im-
perium, nā pro hoc censetur conces-
sa facultas indulgendi, quia tūc hēnt
26 iurisdōnem in dominium, non aūt in
officium iure proprietatis, ita dixerūt
*Io. Fab. in l. & si senior in fi. in verb. &
hoc videtur procedere, C. ex quib. caus.
infa. irrog. Dec. in l. principalibus, num.
12. in verb. non obstat illa ratio ff. si cer.
pet. Frec. de subf. lib. 2. in vlt. differētia
feudi plani, & quaternati, n. 37. Capic.
dec. 17. num. 27. ibi, & in vers. sed dicta
authoritates, Paris. de Put. de sindic. in
verb. dicuntur autem, nu.* 13. vbi alle-
gat *Bal. ĩ l. fi. C. de arbi. Iac. de S. Georg.
in sua inuestit. in verb. & cum mero &
mixto Imperio, nu. 9. Imol. cōs. 4. nu. 8.
vol. 3. glo. Paris. tit. 1. §. 1. glo. 5. nu. 33.
55. & 57. latè Io. Ant. Lanar. d. cons. 5.
per totū Vinc. de Franc. dec. 370. ĩ prin.*

Contrariam opinionem, quod per
concessionem meri, & mixti Imperij
27 indulgendi facultas non dicat † cōces-
sa, tenuerunt *Bald. in l. oēs populi, & ibi
Ias. in 1. lect. in pen. col. & in 2. lect. col.
3. ff. de iust. & iur. Alex. & Dec. in l. 1.
ff. quod quisq; iur. Ruy. cōs. 109. nu. 10.
vol. 4. & cons. 208. nu. 3. vol. 1. Rol. cons.
4. nu. 30. vol. 3.* vbi post alios cōcludit,
28 quod vassallus † habēs męrum, & mix-
tum Imperium nō potest aliquid or-
dinare, vel statuere cōtra ius cōmune,
ergo pœnas remittere, & aggratiare;
& dixit *Farin. in d. tit. de Inquis. q. 6. n.
5.* subdens, quod etiā quod Vassallo
29 † vltra męrum, & mixtum Imperium
sit cōcessa omnimoda, & perpetua ad-
ministratio, nō tamē per hoc censetur
concessa aggratiandi potestas, idque
probat duplici rōne, Prima est, quam
ēt adducit *Osasc. in d. dec.* 101. *num.* 5.
quia Vassallus inuestitus de męro, &
mixto Imperio vna cum omnimoda
iurisdōne, dr̄ in se suscepisse iurisdicē-
30 di, & æquitatis statuendæ † necessitatē
gl. *in l. 1. in verb. potest. vbi Bart. Bal. &
alij, ff. de iurisd. om. iud. l. numerū, §. iu-
dicādi, ff. de muner. & honor.* suntq; iu-
dices ordinarij ipsorum locorū *Innoc.
in c. cæterum, col. 2. ver. item ordinem iu-
diciarium vbi Abb. nu. 13. de iud. Affl.
in c. 1. § præterea Ducatus, n. 19. & 20.
de probib. feud. alien. per Feder. & in c.
1. §. iudices, nu. 2. de pac. iuram. firmā.
Bar. in l. si vni, vers. quinto quæro, ff. de
re iud. & in extrauag. qui sint rebell. in
verb. rebellādo, vers. sed omnes isti, Bal.
in l. 1. ver. septimo quæro, ff. de offi. Cō-
sul. Brun. cons. 103. col. 3. & cons. 31.
nume. 13.* si igitur huiusmodi vassal-
li dicuntur suscepisse iurisdicendi,
& æquitatis statuendæ necessitatem,
31 tamquam iudices † ordinarij cogunt
iusdicere, & pęnas remittere non pūt,
l. pœnam, cum simil. C. de pen. cum alijs
quos refert *Osasc. vbi sup.* Secunda est
ratio, quę sumit̄ ex traditis per *Rol. in
d. cōs. 4. nu. 41. lib. 3.* qui cōcludit secū-
dum *Iac. de S. Georg. in sua inuest. in
ver. & cum mero, & mixto Imperio, col.
3. ver. sed an ille, & Purpur. in l. Impe-
rium, nu. 75. ff. de iurisd. om. iud.* quod
32 sub concessione mæri, & mixti Impe-
rij, & omnimodę iurisdōnis non dicit̄
concessa cognitio causarū appellatio-
num, nisi expresse dicat̄, sequitur eā-
dem opinionem *Pet. de Greg. de cōcess.
feud. in d. q. 2. n. 15. par. 7. Curt. iun. de
feu. p. 7. vers. duodecimo quæro sub tit.
si vassal. inuest. de mero, & mixto Im-
perio, Bal. in l. 1. col. vlt. C. de appell. &
ego in add. ad Greg. allegaui tex. in c. 1.
§. in generali si de feu. defun. mili.* super
quo post hęc scripta vidi Commēta-

ria

ria acutissimi Octauij Bambac. eãdem
opinionẽ affirmantis in q.2.nu.52.fol.
214. Baiar. ad Clar. q.59.n.30. & tex.
in c.1. quæ sint regal. vbi And. Minad. ĩ
Constit. in aliquibus, in verb. Comitũ, &
Baronum, nu.8. D. Carol. Tap. doctissi-
mus doctor in c.2.n.54.p.1. de cõst. Pri-
cip. & nu.47. vbi ait hoc esse lege san-
citum apud Hispanos, l. pen. tit.15.p.
2. & l.9. tit.4. par.5. & ita seruari in
Regia Camera Sũmariæ Regni Nea-
33 polis, quia cõcedere appellationes † est
ius Regium, vt dixit ibi Pet. de Greg.
Guid. Pap. dec.518. Io. Vinc. de Ann. al-
legat.52.nu.51. cum seq. & ideò in ge-
34 nerali † cõcessione non venit, ex præal-
leg. Doct. Itẽ quia appellationũ con-
cessio, cũ speciali nota digna sit, si nõ
exprimatᷓ, cẽseᷓ omissa, ac neglecta,
arg. tex. in l. itẽ apud Labeonẽ, §. hoc edi
ctum, ff. de iniur. ergo ad propositum,
35 nec facultas aggratiãdi, quia si vassal-
li per talẽ concessionẽ haberẽt ius in-
dulgẽdi, per indirectũ tollerenᷓ appel-
lationes, quod est ꝯ regulã, l. si optio ff.
qui. & à quib. manu. lib. non fiãt, & l. si
ex duobus, ff. de neg. gest. & hæc opinio
secũdũ terminos iuris cõis verior est,
Farin. cõs.3. per totum, licet de cõsue-
36 tudine † & de facto ꝯrium seruetur,
vt dixit Boss. ĩ d. tit. de remed. ex sola
clem. priu. & Vinc. de Fran. ĩ d. dec.370
in princ. Io. Ant. Lanar. cons.5. nu.15.

Intellige hanc quartã limitationẽ,
37 vt tales Feudatarij † habentes merũ, &
mixtũ Imperiũ, & ptãtẽ indulgendi,
nõ nisi ante sñiam indulgere, & remit
tere poterũt, quia ea lecta functi sunt
eorum officio, l. iudex posteaquã, ff. de
re iud. l.1. §. si qs vltro, ff. de quæst. Bar.
ĩ l. acta, §. de ampliãda, ff. de re iud. Pet.
Bellug. ĩ Spec. Prĩc. ĩ tit. de effect. Imper.
ĩ c. nunc dicamus, Iac. in inuest. ĩ ver. &
cum mero, & mixto Imperio, col.2. vers.
sed an inuestitus, quem sequiᷓ Capic. ĩ
inuest. in vers. etiã post sñiam, Baiard.
ad Clar. q.59. nu.20. & seq. Osasc. dec.
101. vers. præmissa cõfirmantur And. ĩ
tit. quæ sint regal. ĩ ver. bona committẽ-
tium, 4. col. vers. in sñia ergo fit ista cõ-
mutatio, post sñiam non, ante nu.76. et
ibidẽ Affl. nu.57. Liparul. ad Andr. ibi,
litera C, & E. Io. Ant. Lanar. cõs.5.n.1.
& 2. vbi dicit, quod de hoc nemo du-
bitat. Vinc. de Fran. dec.370.n.11. sub-
38 dẽs hoc non procedere in Rege, qui
hoc facere põt etiã post sñiam per tex.
ĩ l.1. §. fin. ff. de quæst. Iacobin. ĩ inuest.
verb. Princeps, ĩ 17. specialitate, & ĩ l.
Imperium, in 1. lect. nu.21. vers.3. ff. de
iurisd. om. iud. Pereg. de iur. fis. lib.4. tit.
8. Affl. ĩ c.1. ĩ princ. quæ sint regal. Luc.
de Pen. ĩ l.1. col.14. ĩ fi. vers. post sñiam,
C. de deser. lib.12. Bertach. ĩ tract. de Im
per. elig. q.110. cas.296. & similiter in
quolibet alio Feudatario nõ recogno-
scente superiorem.

39 Prædicta nõ procedũt si Baro † ha-
beret primas, & secũdas causas, nã pẽ-
dente appellatione põt post sñiam in-
dulgentiã cõcedere, ita dixit D. Vinc.
de Frãcb. in d. dec.370. vbi latissimè
hoc per multa fundamenta cõproba-
uit, & refert in Sacro Cõsilio Neapo-
litano iunctis duabus Aulis iudicatũ
fuisse, & facit decisio Ant. Gomez. ĩ tit.
de homic. to.3. ver. pulchrũ tamen dubiũ
est, nu.69. Io. Bapt. Palẽb. ĩ tract. de re-
gim. official. n.34. Baiar. ad Clar. q.59.
nu.23. & seq. Plaz. Epith. delict. c.39.
n.27. & 28. Capiblãc. super pragm.6. de
antib. Baro. nu.24. Fab. de Ann. in add.
sing.458. Vel nisi haberent Barones
hãc potestatẽ indulgendi post sñiam,
quã pauci habẽt, Caron. super Rit.272
n.9. vt in Regno Neapolitano habẽt
Princeps Bisiniani, & Dux Martinæ.

Limita quinto si Baro, seu Feudata
rius inuestitus cum mero, & mixto
Imperio, ac omnimoda, & perpetua
iuridictione crearetur etiã Dux, Mar-
40 chio, † vel Comes, quo ĩ casu censetur
ẽt concessa facultas aggratiãdi, Ros.
cons.4.n.4. vol.3. Farin. de Inquis. q.6.
nu.

nu. 7. vbi ait, quod eo ipso, quod quis
creatur Marchio nõ solum regalia, sed
ẽt alia, quæ sunt Principi soli p.p ex-
cellẽtiam reseruata, translata cẽsentur
41 † secundũ *Iacob. ĩ inuestit. feud. ĩ verb.*
Princeps Pedemontium, col. 1. vers. du-
bitatur, Boss. de regal. n. 5. Sfor. Odd. de
rest. in integr. quast. 92. art. 2. nu. 13. &
art. 9. num. 95.
42 Quero secundo, an Iudices ordina-
rij possint gratiam facere, & indulge-
re delicta, seu pœnas? Rñdeas negati-
uè, vt in terminis dixit *tex. in l. relega-*
ti, ff. de pœn. ibi, *& nemo potest com-*
meatum, remeatumue dare, nisi Impe-
rator ex aliqua causa, & ibi *Bar. Albe.*
& cæteri communiter, facit etiã *text.*
in fortioribus terminis, *in l. 1. §. 1. ff.*
de quast. l. fi. ff. de offi. procur. Casa. Sa-
lyc. ĩ l. cum indulgẽtia, col. pen. vers. ego
distinguo, C. de sent. pass. Paris. de Put.
de sind. tit. de potest. Iud. nu. 4. vers. nec
possunt Bar. in l. ĩ cẽtesimis, §. fi. in fi. ff.
de verb. oblig. & in l. ambitiosa, nu. 8. ff.
de decret. ab ord. facie. Ant. Gom. to. 3. de
delict. ĩ tit. de exil. & relega. n. 4. ver. itẽ
adde Cassa. ĩ cõsuet. Burg. n. 4. fol. mihi
242. ver. nec iudex in tex. dum Princeps
Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 8. nu. 14. &
19. & 25. & latè Menoch. de arbi. iud.
q. 92. Farin. qui prædictos cumulat,
ĩ tit. de Inquis. q. 6. nu. 10. & hanc opi-
nionem esse indubitatam dixit *Sforz.*
Odd. de rest. in integ. p. 2. q. 9. art. 3. cu-
ius ratio duplex esse põt, quia princi-
pis Maiestas offensa fuit, ergo ad eum
solũ spectat gratiam huius offensæ fa-
cere, vt latè probaui supra in princip.
huius Cõmenti; Secũda est, & cõmu-
niter approbata; quia iudices ordina-
rij, † prout eis iustũ, & legitimum vi-
43 debitũ secũdum legum virtutẽ decer-
nere, innocẽtes absoluere, & delĩquẽ-
tes punire coguntũ, nõ autẽ pœnas re-
mittere, & indulgẽtias cõcedere, quia
44 ad hoc mãdatum † iurisdõnis non ex-
tenditũ, *l. pœnam cum similibus, C. de pœ.*
cap. irrefragabili, de offi. Praf. Prat. per
quem tex. ita notat *Card. Zabar. in c. 1.*
n. 2. de offi. ordinar. l. Prases, C. de trã-
sa. Auth. vt Iud sin. quoq. suffrag. §. eos
aũt, & § quod aũt ĩ auth. vt Iud. nõ ex-
pect. sacra. suff. & § oĩbus ĩ auth. de Iu-
dicibus, Affl. ĩ tit. qua sint regal. ĩ verb.
pœnarum, nu. 17. post Cy. in d. l. Prases,
nec possunt legi derogare, *l. normã, C.*
de offi. Praf. Prato. Soc. in cõs. 20. col. 1.
inter cõs. Cur. sene. Pedem. Osasc. d. dec.
101. n. 6. & sequ. & postquam Iudex
45 † banniuit, relegauit, seu aliũ sñĩando
inflixit pęnam, functus est officio suo,
l. posteaq̃, & l. cum quarebatur, ff. de re
iud. l. diui fratres, ff. de pœn. Vnde ex
46 post facto nõ poterit suam sñĩam tol-
lere, mutare, nequè in aliquo alterare,
ẽt si sibi cõstaret de innocẽtia cõdẽna-
ti, nisi consulto Principe, vt dixit *tex.*
expressus, in d. l. 1. §. si qs vltro, ff. de
quast. vbi Bar. & Marsil. n. 46. Ang. ĩ l.
q de crimine, col. 2. ff. de accus. & hoc di
cit singulare *Saly. ĩ l. & si seuerior, C.*
ex qb. cau. infa. irrog. col pen. Ruy. cõsil.
25. n. 2. lib. 4. Osasc. d. dec. 101. n. 8. Me-
noch. de arbi. iud. d. q. 92. n. 5. Sfor. Odd.
õ praalleg. lsco n. 21. Gomez. ĩ tit. de exil.
& releg. n. 4. vbi subdit contrariũ ser-
uari in Regno illo per *l. 4. titu. 3. p. 7.*
Basard. ad Clar. q. 59. num. 17. Pereg. de
iur. fisc. lib. 4. tit. 8. sub nu. 20.
Supradicta conclusio procedit etiã
47 quod aliquis sit bannitus † ex cau-
sa ciuili, *Aret. cõs. 89. n. 3. Bar. ĩ d. l. am-*
bitiosa, Menoc. de arbit. in d. q. 92. nu. 6.
Sforz in d. q. 92. art. 3. n. 22. Basard. ad
Clar. d. q. 59. nu. 18.
Amplia secundo, etiã quod condẽ-
natus sit pauper, vt dicam infra in
cap. 18. in ver. multa.
Limitatur tamen primo non pro-
48 cedere in bannitis, † qui capiunt alios
bãnitos, & ducũt ad Ciuitatem, nam
illis potest Iudex indulgere, & pœnã
remittere, vt dixit *Card. Alba. ĩ add. ad*
Bar. in l. si qua nu. 13. ff. de his, qui sunt

sui, Sfor. vbi supra, nu. 25. quod tamẽ non seruaĩ in hoc Regno, nisi facta relatione Excellentissimo Proregi, vel à Iudicibus in executionem bãni emanati super hoc, de eius mandato, & facit *tex. ĩ l. nõ oẽs, §. fi. ff. de re mili. Menoc. de arbi. in d. q.* 92.

Limitatur secundo, quãdo Iudici-
49 bus expresè talis ptãs † à Principe cõcessa esset, *Bart. in d. l. ambitiosa, nu. 7. vers. sciendum est ergo, ff. de decre. ab ord. facie. Soc. sen. cõs.* 83. *n.* 3. *lib.* 4. *Farinac. de Inquis. d. q.* 6. *n.* 13.

50 Limitatur tertio, quãdo Iudex † id faceret ex magna, & legitima causa, *Bar. in d. l. ambitiosa, nu. 8. vers. sciendũ est*, ibi (*ex causa tamen*) per *text. in l. nã oẽs, §. fin. ff. de re milit.* qui *tex.* singularis est, vt not. *Roma. sing.* 537. *latè Tiraq. de pæ. temperan. causa* 49. *Plaz. epist. delicto. lib. 1. c. 33. n. 2. & 3. Sfor. Odd. d. q. 92. nu. 25. Baiard. ad Clar. d. q. 59. sub nu. 18. & Farin. de Inquis. q. 6. nu.* 14. vbi contrarium seruari affirmat in vrbe, & pariter in Regno seruari video, vt mox dixi.

51 Quæro tertio, an Prælatus † possit remittere culpam, & gratiam facere, quidam Author ponit hãc qõnem in remissione felloniæ, & distinguit, aut administratio spectat ad eum solũ, & põt remittere culpam, *Bal. in c. 1. col. 3. vers. quæro nũquid solus, de his, q feud. dar. poss. Aluar. c. 1. §. deniq; nu. 7. qua fuit prim. cauf. benef. ammitt.* aut spectat simul cũ capitulo, & nõ põt sol⁹.

52 Amplia primo, vt Prælatus non possit remittere iniuriã factã Ecclesiæ, & ipsi Prælato, sed tantum si ipsi soli sit facta, ita notãter dixit *gl. in c. cũ desideres in verf. quã offendit, & ibi Ioa. Andr. Innoc. Abb. & Faly. de sent. excõm. Iac. de S. Georg. de feud. in verb. dictique vassalli prom. non commit. fello. col. 14. versic. quidã Episcopus*, Author relatus, *d. loco, n.* 115. *& seq.* vbi multa super hoc cumulat, & vide infra *capit.* 29. *num.* 17.

54 Vltimo quæro, an Princeps, † & alij putà Prælati, & similes possint ad famam restituere, & quia materia meli⁹ cadet infra in *c.* 20. *num.* 58. *verbo bonorum confiscatione*, vbi agam de recuperatione famæ, ibi videas.

Sed an Prorex possit facere gratiã? vide *in tract. de Magistra. lib. 5. c. 6. nu. 147. & seq. Ant. de Bal. lib. 4. tract. crimin. quæst. 10. nu.* 10.

TEXTVS.

Decernimus, statuimus, & mandamus, omnes, & singulos in nostro vlterioris Siciliæ Regno.

SVMMARIVM.

1 *Verbum (oẽs, & singulos) quid operetur.*
2 *Decretum hoc indulgentia an comprehẽdat mortuos, & nu. 6. 7. 8. & limita. num. 9. & 10.*
3 *Memoria an possit condemnari.*
4 *Restitutio, & postliminium an idem operentur.*
5 *Excõmunicatus post mortem absoluitur. Idem in heretico, ibidem.*
11 *Decretum hoc an comprahendat vassallos Baronum, & nu.* 12.
13 *Indultum an porrigatur ad clericos, vt ipsi possint eius beneficio gaudere, cõtra num. 16. distingue nu.* 19.
14 *Clerici sunt ciues Respublica.*
15 *Statutum laici quando comprahendat clericos.*
17 *Papa non potest restituere laicum in territorio Principis in temporalibus, ratio num.* 17.
20 *Indultum an comprahendat seruos, & num.* 21.
22 *Indultum an comprahendat carceratos.*
23 *Indultum an comprehendat condẽnatos.*

CAP. III.



OTA (omnes, & singulos) quod hęc
1 verba † nullam patiunt restrictionē, imò dñr ac si sigillatim, & specialiter quæcunq. personæ nominatæ fuissent, *Oldr. conf.* 300. *nu.* 8. *Grat. conf.* 137. *n.* 14. *vol.* 1. & dictio, oīs, est collectiua vniuersalis, vt not. *gl. in l. si pluribus, ff. de leg.* 2. *Bart. in l. Moschis, ff. de iure fisci, & in extrag. ad reprimēdum ver. omnis, & est adeo vniuersalis, quod neminem excludit, Aret. l. Centurio, ff. de vulg. & pup. & in l. hæres, in princ. ff. de acqu. hared. & in terminis indulti. Gram. dec.* 4. *num.* 1. *&* 2. *Silua. cōs.* 1. *n.* 1. Dictio verò (singulis) est distributiua, & habet vim specialis enumerationis, secūdum *Bar. in l. Stichum, §. stipulatio, ff. de verb. oblig. in prin.* & in terminis statuti dixit *Caron. super prag. S.C. Macedo.* §. 4.

Quæro modo an præsens indulgētia comprehēdat delinquentes, & bā-
2 nitos mortuos? † videbatur dicendū quod sic, quia possunt restitui, ita vt fingātur mortui fuisse testabiles *Loffr. conf.* 8. *num.* 23. item considerato crimine læsæ maiestatis, in quo homo mortuus potest cōdemnari, ideo memoria eius & bona confiscari, tex. *est in §. per contrarium, inst. de hæred. ab intest. l. ex tras iudiciorum, ff. de accusat.* sicut ergo potest cōdemnari memoria,
3 ita potest memoria in integrum restitui per locum à contrarijs, & restituta memoria, etiam bona vidētur restituta, *l.* 1. *C. de sent. pass.* & idem operatur
4 restitutio, & postliminium, *l. si quis filio exhæredato, §. si. ff. de iniust. testa. vbi Iac. de Aren. sic notat. Salic. Bal. & alij in l. fi. C. de sent. pass. Affl. in tit. Hic finitur lex Corrad. in* 6. *notab. Sfor. Odd. de rest. in integr. q.* 94. *art.* 1. *& seq. lib.* 2. sicut ergo per postliminium fingit̄ quis retro non fuisse seruus, nec perdidisse bona, ita in hoc casu, quia memoria postliminio reuersa est ad exēplum legis Corneliæ. Itē propter reliquias cōdemnationis, vtilis est absolutio arg. *l.* 3. *C. si pēd. appel. mors interuen.* Hinc est quod excōmunicatus,
5 seu inquisitus de hæresi post mortem absoluitur *Cap. à nobis de sentē. excom. c. accusatus, de hæret. in* 6. ideo per statutum potest mortuus absolui, & liberari, quia est subiectū absolubile, quæ conclusio tāto fortius procedit, consideratis verbis generalibus Decreti nostri, ibi (omnes, & singulos) quo casu hæc debuit esse statuētium intētio, q̄a magis digni sunt venia, q̄ alieno morbo laborāt, quàm qui proprio, *l. legem Anastasij, C. de natural. libr.* ibi, *misericordia indigni non sunt, qui alieno laborant vitio*, hanc opinionē sequuntur *Bald. ī conf.* 408. *vol.* 1. *& Ang. in conf.* 356. quæ duo consilia sunt formata per eadēmet verba, & argumenta, & hanc esse veritatem refert *apostil. ad schol. Bal. ī præalleg. cōs.* 408. *n.* 4. *ex Gandi. in tract. de malef. sub rub. qui accusa. non poss. & Ang. de malef. in verb. & ad quarelam dicti Titij, ver. itē mortuus, idem Bal. conf.* 243. *eo. vol.*

Contrariam tamen opinionem tenent alij Doct. quod vtiq. Indultum prædictum non porrigatur ad iā mor-
6 tuos, & defunctos, quia mors omnia soluit, §. *deinceps auth. de nupt.* ideo mortuus liberari non potest, *l. qui libertinus, §. posthumus, ff. de oper. liber.* Item quia nulla legis dispositio potest cadere, nisi in suscipientem materiam, vnde sententia est nulla si cōtra mortuum præfertur, *l. si decesserit, ff. qui satisda. cogan. l. quo loco, §. si iam mortuo, ff. de hæred. instit. late Peregr. de iur. fisc. libr.* 4. *titu.* 5. *num.* 12. *&* 34. & ibi per totum in materia.

Item Senatus authoritas facere nõ
poteſt quod de iure impoſſibile eſt, *l.*
2. ff. de vſufr. ear. rer. & hanc ſecũdam
7 opinionẽ† ſequuti ſunt *Boſſ. de remed.*
ex ſol. clem. prin. nu. 14. Decian. tracta.
crim. tit. de abolit. nu. 86. Peregr. de iur.
fiſc. lib. 5. tit. 2. nu. 70.

8 Concludas quod ſi ſtatutum† hoc
expreſsè dixerit, ad eos extendatur vt
conſuluit *Anchàr. in cõſ.* 161. in ſecũ-
do dubio, quia poteſt hoc Princeps fa
cere, & pręſertim ex cauſa publicę vti-
litatis, vt concludit *Sforz. Odd. de re-*
ſtit. in integr. q. 100. *art. 2.* & ſeruatũ
fuiſſe refert *Boſſ. in loco praalleg. & in*
tit. de reſtit. princ. finito bello, num. 2. ſi
vero decretum expreſsè hoc non di-
ſponat, & tunc ad eos non extenditur
ita *Boſſ. & Sfort. in pradictis locis*, &
conſequenter cum Decretum noſtrũ
nil de mortuis dixerit, ad eos nõ por-
rigitur, tãto fortius, quod verba De-
creti noſtri ſunt pręſentis temporis, &
ſic non porriguntur ad pręterita, dum
dicunt (*volumus itaquè, vt exules, &*
qui in cuſtodijs, & vinculis detinentur)
& ibi (*qui de quibuſcumque delictis*
delati, accuſati, vel inditiati ſint) ecce
ergo quomodo verba ſunt clara, vt vi
uos tantum comprehẽdant, nõ mor-
tuos, & ita intelligit Doctor. allega-
tos pro prima opinione *Sforz. Oddo.*
in dict. artic. 2.

Limita tamen prædictam conclu-
9 ſionem non procedere quando reſti-
tutio,† ſeu Indulgentia eſſet facta ob
pacẽ Reipublicæ, putà quia inter eos
rumores, & ſeditiones fuerant, quia
tunc ex cauſa publicæ vtilitatis talis
gratia ad mortuos ſe extẽderet, licet
verba Indulgentiæ hoc non diſpone-
rent, iuxta *tex. & ibi Bart. in l. pater fi-*
lium, §. fundum, ff. de leg. 2. Abb. in cap.
porrò, de priuileg. Batard. ad Clar. q. 59.
nu. 96. Boſſ. de reſt. princ. finit. bell. n. 2.
vbi dat rationem, quia ſi legitimis hę-
dibus, & maximè filijs eſſent ſublata
bona patris, cui dubium, quod ani-
mus eorum remaneret perturbatus, &
ex hac ratione ſeruaſſe ait, vt Fædus
Bononienſe, quod loquebatur de ex-
torribus, & rebellibus, etiam locũ ha-
beret in hæredibus.

10 Limita ſecundo, quando † remiſſi
mortui fuiſſent poſt datam Indulti,
quia tunc ad eos extenditur, idẽ *Boſſ.*
in loco pradicto, nu. 3. fuit enim acqui-
ſitum ius gratiæ ſtatim ab illo die, vt
latè dicam infra *in c. 7. ad ver. accuſati.*

Quæro ſecundo, an comprehendat
11 vaſſallos Baronum? videtur quod nõ,
quia Princeps non poterit in pręiudi-
cium Baronis facere gratiam vaſſallo
feudatario, niſi cauſa ad eum deuolu-
ta *Theſaur. dec. 266. num. 10. Amad. à*
Pont. ĩ ſuis quaſt. Laudem. q. 24. colum.
3. vbi ita refert iudicatum fuiſſe. Tu
12 diſtinguendo dic† quod ſic quoad de-
licta, quia Indultum eſt generale, &
ex prædictis verbis vniuerſale, & om-
nes includit etiam vaſſallos Baronũ,
vt in ſtatuto cum prædictis dictioni-
bus (omnibus, & ſingulis) arguit *Ca-*
ranit. ſuper Comm. ad pragm. de exuli.
nu. 6. ſecus vero quoad bona, & pęnas
ipſi Baroni applicatas, ita dixit *Frecc.*
de ſubf. lib. 2. auth. 29. num. 2. verſ. hoc
ego tenẽdum puto, vbi ait fuiſſe hoc iu-
dicatum in Sacro Conſilio, quod re-
ſtõ Regis ſubfeudatarijs proſit, iux-
ta Doctri. *Andr. in cap. 1. colum. 2. de*
vaſſall. decrep. eta. Anchar. conſil. 161.
in primo dubio, Afflict. in c. 1. verſic. &
bona committentium, num. 127. in titu.
qua ſint regal. Peregr. de iur. fiſc. libr. 5.
tit. 2. num. 39. verſ. idem eſt cum bona
fuiſſent applicata Fiſco inferioris domi-
ni. Boſſ. de remed. ex ſol. clem. princip.
num. 53. Dom. Carol. Tapp. de Conſtitu.
Princip. in rubr. capit. 3. ſub num. 29.
Theſaur. & Amad. in locis praallegatis
Anton. de Ball. lib. 4. quaſt. crim. quaſt.
10. num. 13. Dom. de Pont. de poteſtat.
Proreg. tit. de prouiſ. fie. ſol. §. 4. nu. 45.

&

& ita fuit expressè cautum in Indulto concesso in Regno Neapolis hoc eodem tempore, quo emanauit præsens Decretum, ibi, declaramus etiam vassallos Baronum dicti nostri Regni ab huius nostrę indulgentię beneficio minimè esse exclusos, exceptis tamen casibus, in quibus de pęna pecuniaria tractari contigerit, & vna lex per aliã est intelligenda, vt dicam infra loco suo in *c.21.num.5. & cap.44.nu.5.*

Quæro tertio, an cõprehendat clericos?
13 † videbatur dicẽdum, quod sic, ex illis verbis (*omnes, & singulos*) quę generalia sunt, & non patiuntur aliquam restrictionem, & limitationem quo ad aliquas personas. Item quia
14 clerici † sunt ciues Reipublicæ, & eius membra, & sic non exempti, neque iure diuino, neque iure humano à legibus Principum, quatenus spectant ad pacem, & fauorem ipsius Reipublicæ *Sot. in 4. senten. dist. 25. quæst. 2. art. 2. colum. 4. versic. quarta conclusio, Vincent. de Franch. dec. 9. num. 5.* & cõsequẽter cum agatur de eorum fauore, statutum hoc eos comprehendat;
15 Postremò facit, quod statuta † laicorũ comprehendunt indistinctè clericos, si duo cõcurrant copulatiuè, videlicet quod talia statuta verisimiliter nõ fuerint cõdita in odiũ Ecclesiæ, sed propter causam aliquam rationabilẽ. Itẽ quod id, quod requirtur per tale statutum, possit seruari sine difficultate, ita respondet *Alba. Mandel. in cons. 271. num. 18.* vbi hanc asserit, post multos quos cumulat, esse cõmunem conclusionem legistarum, & canonistarum, cum ergo decretum hoc sit fauorabile pro clericis, clarum videtur quod eos comprehendere debeat.
16 Sed contra facit, quia statutũ † laici regulariter non comprehendit clericos, & sicut non potest clericus à laico condemnari, ita nec absolui. Item
17 sicut Papa † non potest restituere laicum in territorio, & Regno immediato Principis secularis, & quod nõ subest immediatè iurisdictioni ecclesiasticæ in temporalibus, vt decidit *Bal. in c. cum te, num. 4. extra de re iudic.* ita nec Princeps sæcularis restituere clericum sibi prorsus incompetẽtem; scã-
18 dala. n. ex hoc orirentur, vt aliquis restituatur, & gratiam habeat contra mentem Superioris.

Est ergo distinguẽdum, quod aut
19 tales clerici † inquisiti sunt coram laico de aliquo delicto, pro quo est competens iudex, vt est crimen assassinij, *c. pro humani, de homic. in 6.* & ibi Doctor. omnes, & tũc poterit per Regem indultari, & erũt comprehensi in hoc Decreto, si vero pro alio crimine, & tũc prius est discutiẽdũ super eius clericatu, & si nõ veniat remittendus, poterit indultari a iudice laico, sin autem remissioni locus esset, non poterit indultari, & consequenter nõ erunt cõprehensi sub hac indulgentia, quia ex hoc fieret pręiudicium iudici ecclesiastico, ad quem remissio spectaret, & hæc est veritas, vt dixit *Carouit. super prag. 1. de exulib. q. 6. n. 117.* & de hoc fuit in M. R. C. alias dubitatum, sed nescio quid fuerit iudicatum, credo quod si delictũ erat tale, pro quo nõ poterat gaudere foro Ecclesiastico, nec etiam præsenti beneficio, quia casus esset exceptuatus, vt in assassinio dictũ est, & ita nouissime iudicauimus in Magna Curia pro quodam clerico Ciuitatis Platię, pro quo adde *Fran. Marc. dec. 515. n. 2. in fi. Doct. Mart. in tract. de iurisd. p. 4. c. 15. Olib. de iur. fisc. c. 14. n. 148. & seq.* & dicã inf. *c. 29. n. 15*

Et an bannũ concedens impunitatem occidenti bannitum comprehendat clericum bannitum, *Caball. resol. crimi. casu 60.*

Quæro quarto, an Indultum hoc
20 comprehendat seruos † delinquentes, & in hoc est *text. in l. Domitianus, ff.*

ad

ad Senatusconſ. Turpil. vbi eos non cõprehendere ait, ſequitur *Decia. de abo-*
21 *lit. nu.* 22. In contrarium † eſt veritas in terminis Decreti, quod vtique ſerui comprehendantur ſub hac indulgentia ex prędictis verbis generalibus; & deciſiones præallegatæ procedunt in terminis abolitionis, quæ tranſacta lętitia finitur, & ſic, quia ſerui ſi exirēt fortè fugerēt, ideo ne iudicium finiatur non porrigitur ad ſeruos, vt bene notat ibi gloſ.

Quæro quinto, an comprehendat
22 carceratos? † diſtinguē, aut ſumus in abolitione, quæ tranſacta lætitia pôt de nouo fieri iudicium, & ad illos nõ porrigitur, aut vero ſumus in abolitione, quæ penitus extinguit delictũ, prout eſt præſens Decretum, & illos cõprehēdit, ita ſingulariter dixit *Bar. 1 d. l. Domitianus, ff. ad Senatuſcõſ. Turpill.* & eamdem opinionem ſequitur *Bal. in rub. C. de trãſact. Ang. in l. libellorum, §. fi. de accuſa. Bart. in l. Latius, eod. tit. ad Turpill. Decia. tract. crim. de abolit. num.* 24. *Farinac. de Inquiſ. q.* 6. *nu.* 59. *Ang. de maleſic. verb. & ad querelam, num.* 77. *verſ.* 3. *non porrigitur Clar. in §. fi. q.* 59. *nu. & ibi Batard. nu.* 108. & dicam infra *in cõmẽ.* ibi (ſiue Rei in carceribus) vbi Rex noſter hos carceratos expreſsè indultauit in p̄ſenti Decreto, *Io. Grãd. de Bel. exul. num.* 1. *fol. mihi* 35. *Borell. de praſtan. Reg. c.* 38. *nu.* 41.

Quæro ſexto, an extendatur ad cõ-
23 demnandos? † de iure non porrigeretur ad eos *l. acta, §.* 1. *vbi gloſ. & Bart. ff. de re iud.* niſi de plenitudine poteſtatis, vel ex certa ſcientia hoc faceret Princeps, ſecundum *glo.* ſed quia in præſenti Decreto expreſsè condemnati aggratiantur, prædicta non procedunt, vt dicam infra *in cap.* 11. *Ioa. Grand. in loco citato,* idq. eſt de Regalibus *Vinc. Ann. ſing.* 458.

TEXTVS.

Tam nobis ſubiectos, quàm extraneos.

CAP. IV.



SOLEBAT Philippus II. Rex noſter concedere Indultũ naturalibus Regni tantum, vt fecit in anno 1556. & de anno 1587. & de anno 1596. tamẽ Rex Catholicus in præſenti Decreto omnes voluit includere, tã ſubiectos, quàm extraneos, & licèt in capitulo inſerto in præſenti Decreto videatur ſe reſtrĩgere ad ſubditos tantum ibi (*he conçedido alos ſubdites deſſe*) nihilominus Capitulum prædictum dat formam tantum, à quo die conceſſa dicatur gratia, & nil aliud diſponit circa reliqua contẽta in præſenti Decreto, & ita fuit interpretatum, & ſeruatum, nam omnes tam Siculi, quàm exteri gauiſi fuerunt præſenti beneficio, adde *Ioa. Aloyſ. Cathalan. de Indult. nume.* 89. *fol. mihi* 76.

TEXTVS.

Qui de quibuſcunque delictis, ac criminibus.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentia generalis delictorum comprehendit etiam crimina atrociſſima, ratio num.* 4. *contra in abolitione num.* 2.

2 *Abolitionis diffinitio.*

CAP.

CAPVT V.



ECRETVM hoc Indulgentiæ comprçhenderet etiam enormissima crimina, nisi fuissent ex-
1 ceptuata,† vt infra dicam loco suo, &
2 ex. differt ab abolitione, † quæ ad er delicta nō extendit, ratio est,
3 quia nō extinguit crimen, sed tātū instantiam iudicij, eaq. à Principe conceditur ob aliquam publicam lętitiā, & ideo trāsacta lętitia infra triginta dies, pōt de eodē crimine de nouo accusari, *l. si interueniente, ff. ad Turpill.*
4 quod secus est in indulgentia † Principis, quæ fit cum causa, puta ob successionem Regni, vel ducendę vxoris, vt in Decreto nostro, vel ad petitionē Regni in generali Colloquio ob multa seruitia, quæ in dies per Regnum inuictissimo, & benemeritissimo Regi nostro conferuntur, quo casu si generaliter omnibus delinquentibus indulgentiam cōcedat, & de omnibus delictis per eos cōmissis, tunc talis indulgentia compræhendet etiam crimina grauissima, putà læsæ maiestatis, falsi, assassinij, &c. vt notant Aug. *ad Angel. de malefic. in verbo, nec non ad quarelam, num.* 79. *Carrer. in pract. crim. de homicid. versic. vigesimonono excusatur. Plaz. epitho. delicto. cap.* 38. *num.* 3. *versic.* 2. *intelligendum Clar. in* §. *fi. q.* 59. *vers. scias etiam*, vbi refert, ita pluries per Senatum fuisse iudicatum, & hæc sunt notanda, quia plures errarunt, confundendo terminos abolitionis, & indulgentię, quibus adde, *Borel. de prastan. Reg. c.* 38. *n.* 63. *cū seq.*

T E X T V S.

Ab hodierna die rętrofactis, vel commissis.

SVMMARIVM.

1 *Indultum, & decretum liberatorium nō porrigitur ad delicta futura, ratio nu.* 2. *lim. nu.* 4.
3 *Princeps non potest remittere delicta futura.*
4 *Indulgentia intelligitur cōcessa de præteritis delictis.*
6 *Delinquēs sub spe futuræ gratiæ nō gaudet ipsius beneficio, ratio nu.* 7. *amplia in priuilegio Vrbis Panormi, nu.* 13.
8 *Debitor contrahens multa debita sub spe cessionis bonorum, non admittitur ad eius beneficium.*
9 *Sciens futurum Edictum super valore frumenti, & vendens, contractus rescinditur.*
10 *Sciens futuram prohibitionem monetarum, & sub eius spe satisfaciens creditoribus, non liberatur.*
11 *Delinquens propè Ecclesiam sub spe eius immunitatis ad illam confugiens non gaudet.*
12 *Bannitus post bannum occidens alium bannitum non gaudet statuti beneficio de occidente bannitos.*
14 *Dilatio non trahitur ad debita futura.*

C A P. V I.



ECRETA concedentia liberationem, seu indulgētiam delictorū, vel dispo-nentia, quod banniti cancellentur à banno (prout hæc oīa disposita reperiuntur in pręsenti Decreto) non trahuntur ad bāna, & delicta
1 futura, † cōmittenda scilicet post publicationem ipsius, prout cōmuniter tenēt Doctor. omnes, vt refert *Imol. i. c. fi. nu.* 11. *extra de consti. Alber. in vlt. par. statut. q.* 56. *incip. similis quæstio. Aug. cōs.* 62. *incip.* ex themate in secūdo dubio, *Sal. in l.* 2. *per illum tex. C. de gener. abolitione, Iac. Butrig. in l. castitatis,*

tati, C. ad l. Iul. de adult. Bart. in l. cum
lex, ff. de leg. Bonacos. comm. opin. crimi.
verbo Gratia facta, Farinac. de Inquis.
q. 6. n. 57. a Pet. de potest. Princ. c. 13. n.
9. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 59. n. 10. et
ibi Baiard. post alios, n. 95. Nell. de ban-
nit. 3. p. 2. temp. q. 10. num. 38. Borell. de
prastã. Reg. c. 38. n. 11. & ita iudicatum
fuisse affirmat Uldr. in l. cum lex, ff. de
legi. quem refert Alber. vbi supra, mo-
uentũ prædicti Docto. quia si Decre-
2 tum † prædictum extenderet̃ ad futu-
ra, iam pararet viam delictis, quia fa-
cilius homines delinquerẽt scientes se
per gratiam eximi posse virtute ipsius
Decreti, quod esse nõ debet, l. conueni-
re, ff. de pact. dotal. incertus Author in
tract. de crimine læsæ maiest. q 8. nu. 2.
Marta voto 143. Bellug. in Spec. Princ.
rub. 47. de publica. fori. §. sciendum, nu.
15. & an debeant promulgari in alijs
Regni Ciuitatibus, Vinc. de Frãc. dec.
360. Catala. q. 10. Ant. de Ball. q. 6. nu.
16. fol. mihi 180.

3 Amplia prædictam cõclusionẽ, vt
nec Princeps † possit per gratiã remit-
tere delictum futurũ, l. si vnus, §. illud,
vbi Doct. ff. de pact. Ias. in l. 3. in princ.
col. 3. ff. de iureiur. Sal. post Iacob. Butri.
in d. l. castitatis col. 1. C. de adult. Bal. ĩ l.
rescripta, col. 2. vers. vlterius oppono, vbi
etiam Ias. nu. 8. C. de prec. imper. offerẽ.
post Paul. de Castr. ibi Rol. cõsil. 3. n 40.
vol. 2. Baiard. ad Clar. §. fi. q. 59. n. 95.
Decia. tract. crim. tit. de abolit. num. 48.
Cassa. ĩ consuet. Burg. rub. 1. §. 5. n. 130.
fol. 221. incertus Author de crimi. læsæ
maiest. d. q 8. nu. 2. & ratio est, quia li-
cet delicto commisso remitti possit pę
na, tamẽ ante delictum cõmissum nõ
potest, quia remitteretur pæna, & rea-
tus, & dixit Bal. in l. eam quam, C. de fi-
deicom. n. 33. quod Princeps nõ potest
legitimare spurium antequã cõcipiat̃,
quia daretur occasio patri delinquen-
di, & fornicandi, & inuitaret ad delin-
quendum, & quia remissio fit penitẽ-
ti, sed penitere, & velle delinquere sũt
opposita, vt voluit Sal. in d. l. castitati,
4 & ideo Princeps remittẽdo † pœnã in-
telligitur pro præteritis delictis, non
pro futuris, secundum Bar. in d. l. cum
lex, ff. de leg. & ita sępe fuit iudicatũ.

Prædicta tamen ampliatio limitat̃,
5 quãdo remitteretur † tertio pæna deli-
cti in futurum cõmittẽdi, pro quo ip-
se aliàs teneretur, vt dixit Bald. in d. l.
rescripta, C. de prec. imper. offer. Aret. in
l. 3. nu. 4. in fi. & seq. in versic. vnde ego
vidẽs ff. de testa. incert⁹ Author de cri-
mi. læs. maiest. d q. 8. num 8. vbi ponit
exemplum in filio, qui punitur ex de-
licto patris, nam potest illi fieri gratia
de delicto, quod pater eius committe-
ret, & ibi adducit ad hoc multas rõnes
sequitur Decia. in loco præalleg. nu. 49.
ibi secundum eum, quæ tamẽ limita-
tio minimè sibi locum vẽdicat in ter-
minis Decreti nostri.

Amplia secundo prædictã conclu-
sionem procedere in saluocõducto, vt
si cõcedatur gñaliter pro omnibus de-
lictis, non compręhẽdat delicta futu-
ra, Angel. de malef. verb. quod fama pu-
blica, nu. 60. in fi. vers. quinto quæro, Si-
gnorol. cõs. 103. nu. 3. Menoc. de arbitr.
iud. lib. 2. cas. 337. nu. 13. & cõs. 244.
nu. 31. vol. 3. Hercul. de caut. de non of-
fend. c. 37. tit. de saluocõduct. n. 20. ver.
quod facit ad saluãdos & nu. 25. versic.
et quod non trahatur ad futura, Moron.
de treg. & pac. q. 106. nu. 7. Petrin. Bel.
de re milit. tit. de saluocõduc. nu. 37. &
nu. 60. & ĩõ per eos adducta est, quia
licet dolus præteritus remitti possit,
nõ tamẽ põt dol⁹ de futuro, l. Aureli⁹,
§. Cato ff. de liber. leg. Dec. cõs. 178. n. 3.
& in l. contractus, nu. 42. ff. de reg. iur.
& hodie expressè declarari consueuit
in ipso Decreto.

Amplia tertio prędictam cõclusio-
nem tãto fortius procedere si aliquis
6 cõmiserit aliquod delictum † ante pu-
blicationẽ ipsi⁹ Decreti sub spe tñ ip-
sius

fius gratiæ, quia iste nõ poterit gaudere præsenti beneficio, ita dixit *Cassan.* in supradicto loco proximè allegato ibi (nec ẽt spe gratiæ futuræ delictum cõmitti debet, & si cõmittatur, vt qa quis dicat, ego occidã talẽ, quia habebo gratiã pro decem aureis, vel in tali aduentu, vel successione Regis, vt hic, tunc talis gratia nihil operaẽ, nisi hoc exprimaẽ in ipsa gratia) & ante eũ voluit *Gugliel. de Bened. in rep. cap. Raynutius, in verb. mortuo itaque testatore, nu. 115. de testam. fol. mihi* 88. vbi dat
7 rationẽ † quia natura æquũ est, cum nõ esse impunitũ, qui hac spe audacior factus est *l. 1. §. 1. ff. si quis testa. liber iussus fuerit*, per quẽ *tex. not. ibi Bart.* contra Præfectum Vrbis Romæ, qui coronat Imperatorem, & Imperator de cõsuetudine satisfacit oĩbus suis creditoribus, vnde cũ Prefectus sentit aduentũ Principis audacior factus, multa debita contrahit spe liberationis fiendæ à Prĩcipe, ideo dicit ipse à talibus debitis liberari non debet, nec ille à pæna delicti, vel carcere, qui sciens Principẽ venturũ, cuius aduentu Rei liberãtur, deliquit, vel iã deliquerat, & vt liberareẽ, posuit se in carcere, & idem dicit cõtra eos, qui sub spe pacis fiendæ delinquunt, vt nõ consequanẽ immunitatẽ, facit ẽt *cap. relatum de sentent. excomm.* vbi seruus atrociter percutiens clericũ, ea intentione vt vadat Romã pro absolutione, & sic ea occasione liberetur à seruitute, & dominica potestate, non reportabit illã cõmoditatẽ, vt Romã ire teneatur, sed sub potestate dñi remanens, poterit ab Episcopo absolui in partibus. Item contrahens
8 † plura debita sub spe, quod liberabiẽ cedẽdo bonis, nõ gaudebit priuilegio cessionis bonorũ, si de hoc appareat, ita dixit *Ang. in l. is qui bonis ff. de cessio. bon. Fel. in cap. fi. de testi. Din. in reg. peccatum in fin. de reg. iur. in 6. Brun. de cession. bono. q. 30. quarta q. princ.* Item
9 si aliquis † sciebat super frumẽto futurum edictũ super pretio frumeti, & illud in cõtinenti carius vẽdit, si postea facta est ordinatio, per quã vilius pretium frumẽto est statutum, tunc emptor poterit agere cõtra venditorẽ, & rescindere venditionem tamquã factã in fraudẽ legis futuræ *Bart. in l. contra legem nu. 2. post alios ff. de leg. Nicol. Loscus de iure vniuersi. p. 1. cap. 3. nu. 65. Affl. decis. 399. Rom. singul. 286. incip. numquid si sum magnus mercator Fely. in cap. 2. nu. 8. vers. et pro hac limitatione, extra de constit. cum alijs cumulatis in add. ad Roma. in d. sing. 286. Strach. in tract. de mercatur. sub rub. de sponsio. in 4. part. vers. Item quaero Vincentius sub num. 2.*

Idem ẽt dicitur de eo, qui prohibi-
10 tionem monetarũ † futuram sciebat, si illas statim expendidit, vel de illis creditori satisfecit, nã illas recipere teneẽ, & bonas, ac expendibiles loco earũ restituere *Ias. in §. fin. col. penul. in princ. vers. vndecimo fallit, inst. de actio. Boer. in add. ad Din. in d. reg. peccatum in fin. Grat. cons. 110. incip. thema tale est col. 2. in princ. nu. 16. vers. item videtur decidi volu. 1.* Postremo, & magis in ter-
11 minis facit id, qđ diciẽ de eo † qui delinquit propè Ecclesiã sub spe immunitatis Ecclesiæ, quo casu cessat immunitas, & eius priuilegiũ *Alciat. de præsumptio. reg. 3. præsumpt. 33. nu. 22. & sequen.* qui dicit hanc conclusionẽ esse approbatam consuetudine plurimorũ locorum, & totius Italiæ *Iod. in pract. crim. cap. 107. de violator. templ. nu. 8. Gigans de crimin. lesæ maiest. lib. 1. rub. qual. & à quib. crimen lesæ maiest. committ. quæst. 10. nu. 7. & 9. Couar. varia. resol. lib. 2. cap. 20. nu. 15. vers. attenta ratione Vulpell. cons. crim. 130. nu. 7. & seq. lib. 1. Farinat. de carcer. & carcera. quæst. 28. nu. 56.* & ratio est secundum pdictos Doct. ne domus Dei fiat spelũca latronum, & ne immunitas, quæ

ad bonũ finẽ introducta fuit ob reuerentiam Ecclesiarũ, tribuat malum, & delinquendi incentiuum cõtra *tex. in cap. est iniusta* 24.q.4. non est enim dignus venia, absolutione, seu indulgẽtia ille, qui sub spe veniæ, indulgẽtiæ, vel absolutionis peccet *cap. quando il primo de consecrat. dist. n.4. cap. illud. de cler. excõmu. ministr. & text. in d.l.1.* §. *hæc autem actio ff. si quis testam. lib. esse ius. fue. & faciunt verba Lactantij Firmiani in loc. citato per Couar.* vbi supra, sic de eleemosina dicẽtis; Nec tamen quia peccata largitione tollũtur, dari tibi licentiã peccandi putes; abolẽtur enim si Deo largiare, quia peccaueras; nam si fiducia largiendi pecces, non abolentur.

Amplia tertio in eo, qui fuit Bãni-
12 tus† post publicationẽ bãni, qui si occidat aliũ bannitũ, non gaudet Indulto cõcesso occidentibus alios bãnitos ita *Prosp. Caraust. super cõmẽt. ad prag. primam de Exuli. nu.* 100. vbi ita seruatum fuisse in illa Audientia per rationes prææallegatas, *Vincẽt. de Frãc. dec.* 360. *nu.* 1. *& melius dec.* 468. qui sic iudicatum fuisse asserit in Sacro Consilio Neapolitano, & idẽ audiui bis iudicatum fuisse in supremo Aragonẽsi Cõsilio cõtra D. Sanciũ de Cardona, eo qđ nõ obstãte nominatione facta alterius delinquẽtis, ex quo deliquit, post publicationẽ bãni fuit Valentiæ decapitatus, vt mihi retulit D. Præsidens Amescua, quicquid in contrariũ dixerint potius limitãdo *Alba. in addi. ad Bart. in præallgata, l. cũ lex, & Bolognet. in l. omnes populi, n.* 142. *ff. de iust. & iur.* & ita iudicauimus in Mag. Curia, & si hodie in ipso banno expresſè excludantur delinquentes post ipsius publicationem.

Amplia quarto, idem procedere in hac vrbe Panormi, in qua adest priui-
13 legium † quod Fiscus non possit principaliter agere, quia delinquẽs sub spe huius priuilegij non auditur, vt determinat *Bongion.* magnus Doctor in Regno in allega. pro Dominico Victorio contra eius nepotem per multa iura, quæ ibi allegat.

Amplia quinto, tàm in causis criminalibus, vt dictum est, quàm in ciuili-
14 bus, ex quo tale rescriptum † nõ trahitur ad debita futura *Ang. in l. penul.* §. *illud, ff. quod quisq. iur. Magolott. de falsocõd. in 3. p. in princ. Burs. cõs.* 345. *nu.* 35. *lib.* 4. *Bertaz. cõs. crim.* 359. *n.* 16. *lib.* 2. *Farin. ĩ tit. de carcer. q.* 29. *nu.* 58. vbi alios concord. allegat.

TEXTVS.

Accusati, vel inditiati sint.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus habens remissionem partis est aggratiatus ĩ hoc Decreto, remissiuè.*
2 *Accusatio potest fieri post concessum Indultum, & n.* 11. *contra n.* 3. *ratio nu.* 4. *&* 10. *amplia nu.* 9. *&* 13.
5 *Indulgentia habet vim sententia.*
Et parit exceptionem rei iudicata, nu. 6.
7 *Accusatio post sententiã non admittitur.*
8 *Processus, super quo est concessum Indultum, aggrauat alia delicta de nouo.*
12 *Indulgẽtia Principis debitũ extinguit.*
14 *Comparens cum Fisco licet non accuset, an impediat Indulti beneficium.*
15 *Inditiati ad torturam gaudent Indulto generali.*

CAP. VII.



EX præsenti Decreto aggratiãtur oẽs
1 † accusati, qui tamẽ habuerĩt à parte offensa, & accusatrice remissionẽ, vt dicã infra. Sed
2 quid si accusatio † adhuc nõ fuerit institu-

stituta, an possit post publicationem gratiæ de nouo institui; videbatur dicendum, quod sic, quia abolitio generalis non includit accusationes nōdū institutas ita tex. *in l. 1. & 2. C. de gener. abolit. Ang. de malef. in verb. & ad quaerelam, sub n. 77. Plaz. Epith. delicto. c. 38. lib. 1. sub n. 3. ver. secundo pro huiusmodi capitis Decia. tract. crim. tit. de abolit. sub n. 4. Carau. super pragm. 1. de*
3 *exul. n.* 123. Tu dic cōtra † in terminis Decreti nostri, quod à die datæ extinguitur penitus delictum, & est acquisitum ius patri, & res non est integra ob gratiam habitam *Rot. dec.* 882. in antiquis, & notant *Archid. Io. Andr. et alij in prohemio sexti decret. Abb. in c. in nostra nu. 2. de rescrip. Sain. de infir. resign. q. 18. Gabr. cōs. 192. n. 6. vol. 1.* &
4 & per huiusmodi indulgētiam, † seu verius abolitionē ponitur gladius ad radicē, & superuenit exceptio peremptoria, quia sublatum, & absortum est malū, & funditus extincta obligatio, siue noxa, vnde impossibile est, quod sequi possit aliqua cōdemnatio, *l. sed si vnius, ff. de iniur. l. sed si ante iudicē factu, C. sentēt. resci. non poss.* Hinc dixit *Bal. in cons.* 305. *nu.* 4. *vol.* 1. quod statim atq. Rex concessit gratiam, tunc dr̄ perfecta, ideoq. sequi non potest accusatio in eius præiuditium, si non fuerit ante datam gratię in scriptis redacta *gl. ī c. de his extra de accus.* cōem testat̄ *Dec. cōs.* 137. *n. 1. ver. similiter ista conclusio Couar. var. resol. cap. 10. n. 2.*
5 Secundo facit, quia gratia hēt vim sententiæ liberatoriæ, vt est *tex. in l. 1. & toto titulo, C. de sent. pass. & l. fi. C. de genera. abolit. Farin. de Inquis. q. 1. nu. 52. Bal. in terminis in prædicto cōs.* 305. *in fi. vers. præterea istud rescriptum vol.* 1. vbi subdit, quod parit exceptionem
6 † Rei iudicatę, sicut sentētia iudicis, & tāto fortius in terminis Decreti nostri per illa verba (absoluimus, & liberamus, & ipso iure absolutos, & liberatos esse volumus) quæ infra declarabūtur loco suo, & sic in proposito, sicut post sentētiam accusatio † nō ad-
7 mittitur, vt determinat *Alfon. Villaut in sua prac. canon. crim. titu. de Inquis. cōcl. 18. col. 1. ver. sed si post sn̄iam superuenit accusatio fol. mihi 252. Io. Fab. in §. 2. n. 5. ver. item videtur inst. de publ. iud. & in l. si quis homicidij, C. eo.* sic nec post indulgentiam cōcessam, & ita cōcludunt *Carrer. in pract. crim. §. homicidiū, nu.* 374. *alias in verb. vigesimo nono excusatur nu. 9. & seq.* vbi ponit hanc differentiam inter abolitionem, quæ non extenditur ad accusationes nondum institutas, secus in indulto *Merend. cons. 90. inter cons. crim. vol. 2. nu. 1. 2. & nu.* 32. subdens quod talia
8 acta † possunt deseruire ad aggrauandum aliud crimen forte cōmissū, non autē potest super eodē fieri noua accusatio, & crimen remissum amplius crimen appellari non debet *c. quod autē tibi durum, & cap. seq. 32. q. 1. Decian. tract. crim. tit. de abolit. nu.* 67. vbi am-
9 pliat prædicta, quādo indulgētia esset cōcessa ob publicā vtilitatē post alios,
10 *quos allegat ibi n.* 69. & iō huius cōclusionis est, qa per indulgētiā sublata est substātia accusationis, quæ est crimen cōmissum, sine quo accusatio substineri non potest *l. libellorum ff. de accusati. Dec. cons. 137. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 10. nu. 2. Gram. dec. 105. nu. 19. Clar. ī §. fi. q. 57. ver. sed quid si sequuta & optimè Decian. in tract. crim. lib. 3. cap. 30. nu. 1. 2. & 9.* & ita semper determinauimus in Magna R. C.

Nec obstant in contrariū allegata,
11 quia procedunt in abolitione † iuris, qua transacta potest accusator de nouo accusare, vt bene notat *Carrer. in loco proximè allegato, Gail. de Pac. publ. cap. 9. nu. 20. Bonacos. commu. opi. crim. verb. Abolitio, et cæteri Doct.* per me supra relati in pricipio; secus vero in in-
12 dulgētia Principis, in decreto nostro,

ex quo omnia crimina quæcumq. ſint
præter excepta extinguuntur.

Amplia prædictam cõcluſionem,
13 etiam ſi gratia, ſeu indulgentia adhuc
in Regno non fuerit executoriata, ſeu
facta publicatio, ſiquidem à die datæ
acquiſitum eſt ius parti, vt cõprobat
Vinc. de Franc. dec.62. & per exequutionem gratiæ non dicitur aliquid de
nouo fieri, ſed tantum exequutio ipſius gratiæ ad finẽ perducitur, & Prorex exequendo, ipſe Rex feciſſe dr̃, vt
latè dixit *Tiraq. in l. ſi vnquam in ver. reuertatur, nu.126.& 128. C. de reuoc. donat.* & conſequenter accuſatio poſt
datam propoſita non impedit gratiæ beneficium.

Nota ex prædictis, quod licet ali-
14 quis non fuerit accuſatus † ab offenſo,
ſed comparuerit, & inſtiterit impedire Indultum ex hac comparitione, &
inſtigatione, prout fuit deciſum in M.
R. C. contra Io. Dominicũ lo Picciulo de Terra Fluminis Dioniſij, ſuper
hoc cogita, quia hæc dicit̃ proſequutio fiſci, & non partis *Clar. in §. fin. q. 3. verſicu. 1.* pro quo videnda ſunt
quæ dicam *infra capitu. 24. in 3. part. tex. quæſt. 11.*

Nota ſecundo, ibi in *tex.* (inditia-
15 ti ſint) † quod hoc procedit etiam ſi
per inditia poſſet procedi ad torturam, quia comprehenduntur ſub hoc
Indulto; quod tamen ſub abolitione non comprehenderetur, cum delictum eſſet liquidum, vt dicam *infr. in c. ſeq. ad verb. confeſſi.*

T E X T V S.

Etiam ſi confeſsi, ac conuicti
fuerint.

S V M M A R I V M.

1 *Indulgentia generalis comprehendit cõfeſſos, & conuictos.*

2 *Abolitio generalis non extenditur ad delicta notoria, & liquida.*

C A P V T VIII.



HOC expreſsè exprimi non debebat in
præſenti Decreto,
1 qđ cõfeſſos, & cõuictos cõprehẽderet, ſecùs tñ i abolitione † generali
iuxta *tex. in l. fi. C. de abolit. Angel. de maleſic. verb. & ad quarelam, num.77. Plaz. epith. delict. c.38. ver. ſecundo intelligẽdum ſub nu. 3. Decia. tract. crim. tit. de abolit. num.23. Farin. de Inquiſ. q.6. nu.58. & cæteri per eos cumulati.*

T E X T V S.

Siue proceſſus ipſi adhuc cepti
non ſint.

S V M M A R I V M.

1 *Indulgentia generalis comprehendit delicta adhuc non delata, limita in abolitione num.3.*

2 *Indultatus de ſuis delictis, ſi compertum ſit aliud delictum, non poteſt moleſtari.*

C A P. IX.



TEXTVS iſte breuis eſt, & ampliat
1 indulgentiam † ad
eos, contra quos
tẽpore gratię conceſſæ adhuc non
ſint captę informationes, & ſic eorũ delicta non ſint ad-
huc

huc delata, nec de eis fuerint inquisiti, & clarius dixit *infra in c.45.* ibi, *volẽtes etiam, & expressè mandãtes quibuscunque officialibus, & ius dicentibus, vt supra, vt pro quibuscunque delictis, vel criminibus adhuc non delatis, etiam si occulta essent nullo modo, &c.* quod est conforme dispositioni Doctor. vt respõdet *Hiero.Grat.in cõs.137.in 1.vol. & in cõs.144.vol.2.* vbi in terminis ita concludit; sequitur *Prosper Caranit. super pragm. Reg. Neapol. de exuli. num.*
2 *121. q.8.* dum ait bannitũ Indultatũ de delictis suis, si demum compertum fuerit aliud delictum eumdem commisisse, non posse de eo molestari, & dat intellectum ad tex. *in l.2. de general. abolit.* † qui tenet contrarium, de
3 quo nos non semel adhuc diximus *in comme. supra tactis*, adde *Io. Grand. de Bell. exulum, nu. 25. fol. mihi 46.*

T E X T V S.

Siue adhuc pendeant.

C A P. X.



ROCESSVS pendere dicitur, quãdo adhuc super eo non fuerit processum ad aliquam prouisionem.

T E X T V S.

Siue iam condemnatio sequuta fuerit.

S V M M A R I V M.

1 *Princeps potest remittere pœnas, & condemnationes inflictas per sententiã. Amplia etiam, quod sententia transiuerit in rem iudicatam, nu. 2.*

3 *Indulgentia remittens cõdemnatos porrigitur ad bona confiscata.*

4 *Indultum non extenditur ad condemnatos, nisi expressè de his actum fuerit.*

C A P. XI.

1 

OTEST Prĩceps † omnes pœnas remittere, etiam per sententiam, & cõdemnationem inflictas, & quod talis sententia transiuerit in rem iudicatam, † vt habetur
2 *in l.acta, §.de amplianda, ff. de re iudi. Afflict. in capit. 1. in verb. & bona committentium, num. 158. qua sint regal. in l.1. & l.fin. C. de sentent. pass. vbi Doct.* omnes hoc ibi firmant *Paris. cons. 1. num. 59. lib. 4.* & ita communiter *
* teneri dixit *Emanuel Suarez in commu. opin. in verb. Princeps, num. 157. Vincent. de Franch. decis. 370. Farinac. de Inquis. quæst. 6. num. 1. circa medium Flami. Cartar. de exequu capt. banni. c. 3. num. 57. & sequẽt. Clar. in practic. crimin. §. fin. quæst. 59. num. 13. Peregrin. de iure fisc. lib. 4. tit. 8. num. 27. versic. ideoque Princeps*, & ideo cõsueuit M.R.C. dici quod gaudeant Indulto generali, non obstãte quod cõtra delinquentem fuerit processum ad sententiam condemnatoriam, idẽ seruatur in Curia Capitaniali huius Vrbis, vbi stante eius priuilegio, quod Fiscus non possit principaliter agere contra ciues, etiam quod contra tales sit processum ad aliquam cõdemnationem, solet per Sindacum Vrbis instari, quod Fiscus non audiatur, & ita sepissimè fuit iudicatum, & ego iudicaui in quodam ciue, contra quem, me referente Excellentissimo Proregi, fuerat facta prouisio, quod fieret dispensatio, & torturæ subijceret, & sic fuit liberatus à carceribus.

Nota ex prædicto *text.* quod talia verba multum operantur, nam facta condemnatione si superuenit indulgentia

3 gentia † porrigitur etiam ad bona cõfiscata (nisi excepta fuerint expressè, vt hic, & dicam loco suo) *Gomez. de delict. c.13. n.38. vers. itē adde.*

Nota secundo, qđ ex his verbis sub
4 hoc decreto † cõpræhenduntur condẽnati, qui alias nisi expressè dispositũ fuerit, non cõprehenderentur, vt dixit *tex. in indiuiduo in l. acta §. de amplianda, vbi glo. & Bar. ff. de re iud. Foller. in commen. ad Pragm. primā de Exul. nu. 48. in fin.* tanto magis, quia est addita clausula (de plenitudine potestatis) ibi (*authoritate nostra regia, & de plenitudine potestatis.*

TEXTVS.

Et siue Rei in carceribus, siue sub fideiussione extra carceres commorentur.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentia generalis extẽditur ad carceratos, limita in Abolitione nu. 2.*

3 *Gratia facta ei, qui est in carceribus nulla de hoc facta expressione, dicitur subreptitia.*

4 *Carceratus sub arresto, & praecepto in domo, siue palatio, carceratus dicitũ, & pœna effractoris carceris tenetur n. 5. Amplia in his, qui sub fideiussione manent, nu. 6. ampl. etiam num. 7.*

CAP. XII.



1 DIXI *supra in cap. 3. nu. 22.* quod indulgentia † generalis extenditur ad carceratos, & ex hoc differt ab abolitione, q̃ illos non cõ-
2 præhendit † vt dixit *tex. in l. Domitianus, & ibi Bar. ff. ad Turpill. Bal. in cõs. 305. nu. 3. vol. 1. Ang. de malefic. ver. & ad querelā nu. 77. vers. 3. nõ porrigitur Bart. in l. Lucius ff. ad Turpill. Decian. in tract. crim. tit. de Abolit. n. 24. Batar. ad Clar. q. 59. nu. 108. Franc. Marc. dec. 664. Borell. de praest. Reg. c. 38. nu. 41.*
3 Et ideo si carceratus † impetrasset gratiā nulla facta mentione, quod erat in carceribus, tũc gratia est subreptitia, vt dixit *Clar. in prac. §. fin. q. 59. nu. 9.* vbi ait, q̃ ex hoc quidam fuit suspensus, sequitur *Nunt. Tartagl. in cõmen. ad Prag. Regni Neap. tit. de cõposit. nu. 3. in fin. Capiblan. de Baron. & cor. offic. pragm. 6. num. 58.*

Amplia prædictam conclusionem procedere non solum si talis aggratia-
4 tus sit carceratus † in carceribus publicis, sed etiam si esset carceratus in aliqua domo, vel palatio, quia paria sũt, quem stare in carcere, vel in loco pro carcere per Iudicẽ assignato, & publici carceres nõ solum dicuntur illi, qui clauibus clauduntur, & aperiuntur, & habẽt perpetuos, & ordinarios custodes, verum etiã, & carcer publicus dicitur oĩs camera, putà in Palatio potestatis, seu alibi existens, q̃ imo, & totũ Palatium, vel alius locus, quãdo Prætor, vel Iudex illũ ꝓ carcere cõstituit, & sic dicĩt publicus decreto, & ordinatione Iudicis vt dixit *Ang. de malef. in verbo quod fama publica sub nu. 87. & in verb. q Index dictis inquisitis nu. 14. & 16. Cyril. in summa crim. part. 1. nu. 12. de Custod. reor. §. 1. n. 1. vers. itaque cũ assignatur pretoriũ, Boss. ĩ tit. de carcera. fideius. committ. nu. 3. Menoch. de arbitr. Iud. cas. 301. nu. 7. Boer. decis. 215. nu. 15. post mediũ vers. pro quo allegotex.* vbi adducit *tex. in l. milites agrũ §. eius fugā, ff. de re milit.* ibi (*eius fugã, qui sub custodia, vel in carcere esset discesserit*) & carceratus dr̃ oĩs, qui nõ põt de loco tutè, & liberè, vt sibi libuerit discedere *Ang. l. 1. C. de priua. carc. l.*

qui

qui in carcerem, ff. quod met. cauſ. Bal. in l. vnica, n. 13. in fi. C. de confeſſ. Inno. in c. nuper, in princ. de ſent. excommun. Maſcard. concl. 820. nu. 4. & concl. 265. nu. 8. 9. & 10. & ex his refert Farina. de carcer. & carcer. q. 30. n. 46. quod pęna l. in eos, ff. de cuſtod. reor. vt effractor carceris, & ab illis fugiens habeat pro confeſſo, vendicet ſibi locum nō ſolū in fugiente ex carceribus publicis, ſed
5 etiam in fugiente † de aliqua domo, ſiue palatio ſibi pro carcere conſtituto Girlan. de relax. carcerat. in verb. de fuga carcerati, num. 13. verſ. hoc dictum amplia, & num. 16. Marſil. de bannit. in verb. carcerati, n. 17. ver. & idem dicit, & in pract. §. diligenter, num. 46. Gram. cōſ. crim. 57. nu. 4. Duen. reg. 392. Fugaque fit ex carceribus, in 4. amplia. in prin. Boer. dec. 215. n. 15. refert, & ſequitũ Viui. commu. opi. verb. fuga incip. quarit Bart. in amplia. 9. limitat. Olarad. in cōſil. 65. Menoch. vbi ſupra, Bertaz. cōſ. crim. 35. num. 3. vol. 1. quī allegat DD. in l. ſuccurritur, ff. ex quib. cauſ. maio. Cur. ſen. in l. Admonendi, nu. 105. ff. de iureiur. Gramm. dec. 57. nu. 4. Becc. conſ. 44. num. 36. Maſcard. de probat. d. concl. 820. nu. 2. & 4. vbi ait hanc eſſe veriorem opinionem, & eam eſſe magis communem refert Farinac. vbi ſupra, limitando tamen ſecūdum eum ſi interueniat fractura murorum, ſeu oſtij dictæ domus, ſeu palatij, quod non facit ad caſum propoſitum, & ideo militat in caſu noſtro ratio tex. d. l. Domitianus, quia ipſi nō poſſunt fugere, & ſic ad eos gratia non extenditur.

Amplia ſecundo, etiam ſi tales aggratiati eſſent carcerati per Vrbē, vel Regnū pro carcere ſub aliqua fideiuſ-
6 ſione, † quia & ipſi in carceribus eſſe dicuntur, & carcerati nuncupantur, vt dixit tex. in l. in eadem ver. in vinculis, ff. ex quib. cauſ. maior. ibi (in vinculis autem, etiam eos accipimus, qui ita allegati ſunt, vt ſine dedecore in publico apparere non poſſunt) & gloſ. fin. ibi, ver. (non poſſint) ponit exemplum in hijs, qui licet facultatem abeundi habeāt, iuramēto tamen, vel fideiuſſione ſunt aſtricti; facit etiam tex. in l. necnō, ibi, (item ſi quis nec in cuſtodia, nec in vinculis ſit, ſed ſub fideiuſſorum ſatiſdatione, & dum propter hoc recedere non poteſt captus ſit, reſtituitur) eod. titu. ex quib. cau. maio. per quę iura ita dixit in terminis, Guid. Pap. dec. 253. nu. 1. vbi ſubdit, quod ſicut contractus factus ī carcere eſt nullus, ita & nullus dicitur ſi factus ſit ab eo, qui ſub arreſto, & cautione manet, & ſequitur poſt alios Farin. vbi ſup. nu. 57. & 59. & Maſcar. concl. 265. nu. 30. licet ſuper hoc Capic. in dec. 154. n. 4. tenuerit ꝯrium, & ante eū dixerit Luc. de Pen. ī l. ſi quis decurio, n. 6. lib. 10. Gram. cōſ. 51. n. 9. ꝑ tex. in l. 1. ff. de cuſtod. reor. vbi diuerſa eſſe in vinculis cuſtodiri, & fideiuſſoribus committi clarè probatũ, & facit etiam tex. in l. ſuccurritur, in fi. ibi (cuſtodiam autem ſolam publicā accipi labeo putat) & ibi gl. ī verb. putat, ff. eo. quib. cauſ. maio. attamē Rex noſter in p̄ſenti Decreto, nè forſan ſuper hoc fieret difficultas, aggratiauit expreſsè in fideiuſſione manentes, hic, & ſupra ibi (volumus itaque vt exules, nec non qui in cuſtodijs, & vinculis detinentur.)

7 Amplia tertio, in indulto conceſſo motu proprio Principis, vt poſt alios tradit Vincen. de Anna ſingul. 240.

T E X T V S.

Siue in iudicio adhuc non comparuerint.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentia generalis an porrigatur ad delicta nondum detecta.*

2 *Indultari poteſt qui adhuc non peruenit in manibus Curia.*

CAP.

C A P. XIII.



E hoc diximus *supra in Capitu.viij.* vbi fuit cõclusũ ex dispositione clarissima *text.* nostri,
1 Indulgẽtiam † cõprẹhendere delicta illa, quæ adhùc delata nõ fuerint, siue occulta essẽt, & sic Rex noster hic mãdat vlteriùs indultari debere eos, qui adhùc in iudicio non cõparuerint, vt
2 quia nõ peruenerint† in manibus Curiæ, & eorum nomen non fuerit receptũ inter reos, de quo dicemus alibi, in rantũ quod facta denuntiatione de delictis, pro quibus denũtiatus poterat gaudere huiusmodi decreti beneficio, M.C. sẽper eos admisit, nec fuerunt vlterius molestati.

T E X T V S.

Et siuè in contumacia Banniti.

S V M M A R I V M.

1 *Banniti ex contumacia qui sint, & qui forindicati.*
2 *Bannitus captus per curiam habens gratiam impedit executionem sententiæ.*
3 *Acta facta per bannitum, si sunt ratificata, an valeant, & 4.*
5 *Ratificatio nil operatur si acta sunt nulla, amplia ẽt in sententia num.6.*
Amplia secundo si repetantur per vtrãque partem, num.7.
8 *Sententia lata cum inhabili ex consensu partiũ, dicitur cõuentio, nõ sententia.*
9 *Testamentum factum tempore banni, nõ reconualidatur gratia sequuta.*
Limita in codicillis num.11.
Limita secundo in testamento fatto ante bannum ibidem.
12 *Testamentum factum ante bannum, an ex gratia sequuta reconualidetur ipso iure.*
Amplia si restituatur post mortẽ nu.13.
Intellige ampliationem in gratia facta expressè quo ad testamentum mortui num. 14.
14 *Legitimatio spurij reconualescit per restitutionem, si fiat viuo testatore.*
15 *Heres capax tempore cõditi testamenti, & postea bannitus si restituatur, institutio an reconualescat.*
16 *Bannitus si tempore banni iurauit, & post bannum deposuit, an eius dictum reconualescat.*
17 *Testamẽtum factum à filio de bonis aduentitijs durante banno patris, eo restituto non irritatur.*

C A P. XIV.



N Regno Bãniti† ex cõtumacia sunt illi, q ex aliquo delicto inquisiti, & non cõparentes citãtur per cõtumaciam, & si nõ constat de effusione sanguinis expectatur triduũ, si verò de ipsius effusione constaret, nõ expectato triduo adnotatis eorũ bonis ponuntur in banno, vt disponit *Rit. in cap.* 159. de quibus habetur *in l. absentem ff. de accusat, & in l.1. ff. de requir. reis, & ibi per Doct. & in l.1. C. eod. tit.* & de istis loquit̃ *text. hic.* Si vero elapso quadrimestre iuxta pragmaticã Regni, quæ abbreuiauit terminum anni statutũ per consti. Regni, talis bannitus nõ cõparuerit, tũc seruatis seruandis iuxta formã pragmaticarũ Regni proceditur ad sentẽtiam foriudicationis, & isti sũt illi Bãniti, qui habentur pro confessis, & cõdẽnanĩ, de quibus dicã *inf. in cap.* 43.
2 Quæro modo, quid si bannitus† in cõtumacia fuerit captus per curiã, & ha-

habeat gratiã, an impediat executionem sententiæ? vide *infra cap.* 45.

Quæro secũdo an ex hac Indulgẽtia, & gratia facta bannito vigore prę-
3 sentis decreti, acta † per ipsum facta tẽpore bãni (quæ nulla erãt, ex dictis late per *Nell. ĩ tract. de bãnit.* 3. *p.* 2. *tẽpo. nu.* 9. *& seq.*) si post gratiã fuerunt ratificata, sint valida, tãquàm nunc tẽpore ratificationis gesta? Videbatur dicendũ, qđ sic per tex. *in l. si quis filio exhæredato* §. *irritũ, vbi Bal. ff. de iniu. testa. l.* 3. *& l.* 1. *ĩ princ. &* §. *deportatos, & l.* 3. *eo. tit. & tex. in l.* 1. *C. de his q nõ poss. ad liber. perven. & l. fratres ff. de pæn.* quæ iura ad hoc allegat *Alber. in vlt. parte statuto. quæst.* 46. *Marsil. in tractat. de Bannit. in verb. Exules nu.* 10. *fol. mihi* 153.

4 Contraria opinio verior est, & ab oĩbus recepta, quòd dicta acta nõ valeãt ex regula generali, quod ab initio non valet ex tractu tẽporis reconualescere non potest quia iudiciũ non fuit agitatum cũ persona legitima *l.* 2. *C. qui legit. perso. & l. vniuersis, Qui dar. tuto. poss.* & ita cõcludunt *Alber. in loco præallegato* sequitur *Nell. de Bannit.* 1. *parte* 3. *tẽporis, quæst.* 20. *nu.* 16. *Sfor. Odd. de restit. in integ. quæst.* 95. *nu.* 32.
5 remissiuè, & ratio est, q͞a vbi acta † nõ valẽt, ratificatio nil operatur per prædicta iura, & facit *l.* 1. *C. qui pro sua iur.* & ad prædicta iura respõdent, qđ priora loquuntur in testamẽto, quod solum dependet à voluntate testatoris, & aliæ leges loquuntur in libertate, cuius fauore multa sunt contra ius introducta *l. generaliter* §. *si quis seruo ff. de fideicom. liberta. & l. pænales* §. *vlt. ff. ad l. falcid.*
6 Amplia † prædictam conclusionem procedere etiam in sentẽtia, quia militant eædem rationes.
7 Amplia secũdo ẽt si oĩa acta † repetanẽ in eadẽ instãtia per vtrãquè partẽ secũdũ *not. in l. oĩum, & in l. in causa ff. de procur. Nell. in loco præallegato.*

Amplia tertio ẽt si partes essent in
8 concordia, & daretur sententia, † quia non valeret vt sententia, sed vt cõuentio *l.* 2. *C. comm. vtriusque iudic. l. si cõuenerit ff. de re iudic. l.* 1. *C. de iurisd. omn. iud. Alber. in d. quæst.* 46.

Quæro tertio Bãnitus tẽpore bãni
9 fecit testamentũ † & deinde fuit ex pręsenti decreto restitutus, an eius testamentũ sit validũ, & reconualescat? cõclude breuiter, quod testamentum est nullum, quia factum à bãnito, qui intestabilis est *l.* 1. §. 1. *in fin. ff. de leg.* 3. *Duen. reg.* 219. & consequenter reconualescere non potest vt dixit *glo. in d. l.* 1. §. *si quis planè* & sequitur *Bart. in d.* §. 1. vbi dat rationem, quia testamentũ quando deficit ex persona testãtis, quia erat intestabilis putà bãnitus, vt dixi, reconualescere non potest iuxta tex. *in d.* §. 1.

Limita primo prædictam conclu-
10 sionem non procedere in codicillis † vt dixit tex. *in d. l.* 1. §. *si quis plane eo. tit. de leg.* 3. *Sfor. Odd. de restit. in integr. quæst.* 95. *art.* 2. *num.* 17.

Limita secundo in testamẽto facto
11 † ante bãnum, nam si postea fuerit effectus intestabilis, & indulgentia fuerit restitutus, eius testamentũ recõualescit, ita decidit tex. *in l. si quis filio* §. *quatenus* ibi (*ergo & si quis damnatus capite in integrum indulgentia principis sit restitutus, testamẽtum eius reconualescet*) ad quod *glo.* ibi allegat *l.* 4. §. *si deportatus ff. de bon. libert. & l. fin. C. de sentent. pass.*

12 Sed an hoc testamentum † recõualescat ipso iure, vel opus sit confirmatione? *Bart. in d.* §. *quatenus nu.* 2. *post Alber. & Paul. de Castr.* tenet quod ipso iure reconualescat, nec sit opus aliqua confirmatione, sequitur eum *Bal.* ibi, & infert ad testamenta Perusinorum facta ab eis tempore, quo fuerãt ab Vrbano IIII. declarati intestabi-

les,nam sequta restitutione,dicit ipse, reconualescunt ipso facto testaméta, *& in cons.* 113.*incip.quidã nobilis*, *vol.* 3.*Loffred.cons.*8.*num.*23.*Sfor. Odd.de restit. in integr.quaest.*95.*art.*2.*nu.* 15. licet *Marsil. in tract. de bãnit. verb.restitutorum nu.*8. malè referat *Bar.* pro contraria opinione. Sed *Caualcan. in tract.de vsufr. mulier. relict.num.*155. *vers.Hinc est post Bald.in cons.*243. *& Marsil. in pract. crim.§.secundo nu.*49. *& alios*, quos ipse refert tenet contrarium, quod vtique non reconualescat, nisi ab ipso sit ante eius mortem confirmatum.

Pro concordia distinguendum putaui, quod aut quis mutat statum volens, vt quia dat se ad arrogandum secundum *Bart.in d.§.quatenus*, & tunc si recuperat primũ statum, testamẽtũ non reconualescit sine noua voluntate; Aut vero quis mutat statũ inuitus, putá si fuerit bannitus secũdum *Doct.* praeallegatos, & praecipuè *Bart.* & tũc si illum recuperat, reconualescit testamentũ absque noua voluntate, & haec distinctio est *Bart.* & communiter * à *Doct.*recepta. & ex his videtur quęstio proposita resoluta, vt ipso iure testamentũ banniti reconualescat, nec cõtrarijs potest adaptari respõsio tradita per *Sforz. sub d.nu.*15. quod ibi voluntariè fuerit mutatus status, quinimò totum oppositum, nam *Marsil.* loquitur in excommunicato, *Castr.* in damnato ad metallum, & sic in casu, quo fuit status mutatus ab inuito, sed potest responderi, quod loquuntur, quando testamentum à principio sit ipso iure nullum, quod per restitutionem Principis recõualescit, sed quod recõualescat ipso iure, vel indigeat cõfirmatione hoc non dicunt, & ita mihi videtur saluari posse conclusio ex aduersò firmata.

Ampliatur secundum *Loffred. in dict.cons.*8.*num.*23. etiam si quis restituatur

13 † post mortem suam, nam testamentum ipsius reconualescet, allegat text. *in l. iubemus la* 1. *in princip. vers. sed etiam circa mortuos C. de praepos. sac. cubic. lib.*12. *& in fin.illius legis vers.mortuos*, vbi si seruus ingressus fuerit cubiculũ Principis, per illã legẽ efficitur ingenuus, & extẽdit hoc Imperator ẽt ad eos, qui tũc erãt mortui, vt ingenui intelligantur, & valeãt eorũ testamenta, vt expressè ibi dicit, & declarat *Gl.& Ang.ibi Sforz.Odd.in dict.quaest.*95.*num.*17. qui remissiuè se refert ad dicta per *Loffred.* sed est aduertendum, quod praedicta ampliatio

14 † non potest ita de plano procedere in terminis decreti nostri, quod ad mortuos non se extendit vt diximus *supra c.*3.*nu.*2.*cũ multis seq.* sed ita demùm si alicui spetialiẽ facta fuerit restitutio, & ei in spetie Prĩceps cõfirmauerit testamentũ factũ tempore, quo erat bãnitus, vel cõdemnatus, nã Princeps ex certa scientia cõfirmare potuit *l.*1. *& l. fi. C. de sentent. pass.* & potest Princeps conualidare, & confirmare vltimam voluntatem etiam mortui, vt dictum est per *dict.l.iubemus*, & is qui confirmat actum nullum dare, & principaliter concedere videtur, vt *in l.more, & ibi Doct.ff.de iurisd. omn. iudic. in terminis Anchar. in cons.*161. *incip. visa diligenter col.*2. *ibi venio ad secundum*, & dat rationem, quia per mortem testatoris desit extremum ad quod, seu à quo, cum enim requiratur noua voluntas testatoris *l. qui ex liberis §. testamento ff. de bonor. possess. secund. tab.* Principis restitutio ad id testamẽtum extendi non debet, voluntas enim in facto consistit, & per Principem suppleri non potest *Bart. in l. si is qui pro emptore ff. de vsucap.* ad idem facit qđ dixit *Bald. in l.data C. de appellatio. & in l.* 1. *C. qui ad liber. vent. non poss. Alexand. in l. gallus §. & quid si tãtum & §. instituens ff. de liber. & posthum.*

vbi

15 vbi quod legitimatio† spurij reconualescit per restitutionem in integrum, si fiat viuo testatore, secùs verò si fiat eo mortuo, & ita intelligit *Loffred. in d. cōs. 8. nu. 28. vers. nā respondetur, sequitur Decian. tract. cri. tit. de abolit. n. 86.*

16 Quæro quarto an hæres† institutus tempore testamēti, quo erat capax, & postea semper fuerit incapax, quia bānitus, si mortuo testatore fuerit restitutus, institutio de eo facta reconualidetur? concludas affirmatiuè secundūm *Ang. in l. si alienū §. in extraneis ff. de hered. instit. Loffred. d. cons. 8. nu. 23.* & est verior, ac equior opinio secūdū *Sfor. in prædicta quæst. 95. n. 24.* vbi dat rationē, quia hæc restitutio trahitur ad ea, quæ quis acquirere non potuit propter incapacitatē à banno eius causatam, quidquid dixerit in contrarium *Cuman. in d. §. in extraneis nu. 1.*

17 Quæro quinto Bannitus† tempore banni iurauit, & deinde restitutus deposuit, an eius dictum recōualidetur? Responde quod sic per *text. in l. 3. §. dua causa vbi Bar. ff. ad trebell. Gādi. de Bann. quæst. 70. Nell. in simili tract. p. 1. 3. tempo. quæst. 16.* sequitur *Sfor. de restit. in integ. quæst. 95. art. 4. nu. 27.*

18 Quæro sexto, an testamentū† factū à filio de bonis aduentitijs, quæ ei superuenerūnt præcedente bāno patris, valeat patre restituto ad gratiā? dicas quod sic secundū *Bar. in l. vlt. nu. 6. & 8. C. de sente. pass.* quia patri bānito nil dicitur quęsitum, sed ipsi soli filio, nec eo restituto restituuntur hæc aduentitia, vt dixit *Menoch. post Bar. vbi supra in cons. 186. num. 8. vol. 2.*

TEXTVS.

Aut condemnati.

De hac re scripsimus *suprà in Cap. vndecimo*, vbi vide.

TEXTVS.

Aut arbitrio nostro, vel Proregū nostrorum, aut aliter certo tēpore, aut perpetuò relegati, aut in exilium missi fuerint.

CAP. XV.



REX noster ampliat Indultum hoc etiam ad cōdemnatos in exiliū, vel relegatos, quorum pæna non solū capitalis est, sed etiam corporalis, vt dixit *Boss. in tit. de carcer. fideiuss. cōmitten. nu. 7. Emanuel Suarez. in comm. opin. verb. Capitalis nu. 8. Farin.* q. multa de huiusmodi pæna disseruit *in tit. de pæn. quæst. 19. nu. 17.*

TEXTVS.

Siue etiam deportationis sētentiam passi fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Deportati ad gratiam restituti, an recuperent patriam potestatem remissiuè.*
2 *Deportationis pæna an sit ī vsu, & vbi, & quæ sit pæna deportati aufugientis.*
3 *Deportati non possunt testari.*
4 *Deportati nō possīt capere ex testamēto.*
5 *Hæreditas deportati cui applicatur.*
6 *Testamentum factum à deportato an reconualescat per gratiam obtentam à Principe.*
7 *Filius deportati non est in potestate.*
8 *Testamentum filij deportati, an patre in gratiam restituto, reconualescat.*
9 *Deportatus quæ bona recuperat, si fuerit aggratiatus à Principe.*

CAP. XVI.

1 DEPORTATI † (stante præsenti Indulgẽtia) si sint filij, an recuperẽt patriam potestatẽ, & è conuerso, si pater fuerit deportatus? dicam *infra in Cap. XIX.* vbi melius cadet.

In Regno hmõi deportationis pœna
2 aliqñ seruari cõsueuit, hẽt enĩ multas Insulas, in quibus Iudices cõsueuerũt cõdemnare reos ad tempus, & in perpetuũ, licèt non per modum deportationis, sed potius exilij, quod quidem deportationem comp: æhendit, vt dixit *Vinc. de Franch. decis.* 116. & idem sæpissimè seruatur in Regno Neapolitano, vt refert *Grãm. in multis dec. & votis, Capic. decis.* 153. *nu.* 2. *Carrer. in prac. Crimin. nu.* 125. *fol.* 156. *Clar. in* §. *fin. q.* 67. *nu.* 8. *Vinc. de Franch. d. dec.* 116. *nu.* 15. *& dec.* 140. *in princ.* vbi ponit, quod eorũ pœna, si aufugerint ab Insula eis assignata, est mortis naturalis, & vidi seruari tẽpore, quo eram Neapoli contra Paulũ Sauiũ, qui fuit decapitatus ante Palatiũ Mag. Cur. Vicariæ, & si hoc anno in Regno nostro in quadã deportationis sententia expressè imposita fuerit pœna mortis naturalis ad tollendas iuris difficultates, licèt in alijs oĩbus ferè locis hodie nõ sit in vsu vt refert *Gãdin. de malefi. tit. de falsar. post nu.* 3. *Gram. dec.* 23. *in fi. Menoch. de arbitr. iud. cas.* 330. *Natt. cons.* 666. *& alij relati per Clar.* & isti
3 deportati † non possunt testari, vt est tex. *in l. eius qui* §. 1. *ff. de testam.* & est comm.* opin. de qua per *Imol. in cap. quia ingredientibus post nu.* 30. *de testa.*
* illã etiã dicit cõmunem* *Marãt. in repet. l. nemo potest nu.* 122. *ff. de acquir. hare. Clar. in* §. *testamentũ q.* 22. *Cras. in* §. *testamentũ quæs.* 27. *nu.* 1. amittit enim deportatus libertatem, & bona, & oĩa, quę sunt iuris Ciuilis; quinimo
4 nec possunt capere ex testamento; † sũt quidẽ oĩs successionis incapaces, vt dixit *Alex. in l.* 1. *nu.* 2. *C. de hared. instit.* vbi asserit hanc esse commun. * opin.
5 Hæreditas † autẽ ipsa nõ applicatur fisco, neque fiscus illã aufert à deportato, tamquàm ab indigno, sed perindè succeditur defuncto per alios institutos, vel per veniẽtes ab intestato, ac si deportatus institutus non fuisset, &
* hãc dicit esse magis comm.* opin. & veram sententiã *Alex. cõs.* 26. *nu.* 1. *lib.* 1. *Clar. in d.* §. *Testamentum q.* 22. His pręmissis infertur ad quæstionẽ in terminis decreti nostri, & Primo quæro
6 an testamentũ † factũ à deportato per Indulgentiã concessam à Principe reconualescat? sed quia militant in hoc per me dicta in *Cap. XIV.* ibi videas.
7 Quæro secondo, an filius † (qui per deportationẽ patris non erat amplius sub patria potestate §. 1. *&* §. *cum autẽ instit. quib. mod. ius patri. potest. solui.* quia ciuiliter mortuus est *l.* 1. §. *fin. ff. de bonor. possess. cõtra tab.* & quia desinit esse ciuis *Ascan. Clement. in tract. de patri. potest. cap. vlt. nu.* 9. si fecerit
8 testamentũ † durãte deportatione patris; an patre per Indulgẽtiam aggratiato, & restituto, irritetẽ? hãc quæstionẽ mouet *text. in l. fi. C. de senten. pass.* licèt nõ decidat, sed *glo.* in verbo rata sint, dicit valere testamentũ factũ à filio deportati, qa verè sui iuris est; *Bar. autẽ in d. l. fin. nu.* 8. distinguit, qđ aut sumus in bonis castrensibus, vel quasi, & valet testamentũ, quia etiã si viueret in potestate, testari posset, aut sumus in aduẽtitijs, & subdistinguit, aut ipsi filio pędicta bona obuenerũt post patris deportationẽ, & idẽ cõcludit, quia per deportationem pater illa nõ perdidit, sed non acquisiuit, & adueisus nõ acquisita restitutio nõ porrigitur, aut fuerant qſita ante deportationẽ, & subdistinguit, vel per testamentũ sunt translata in aliũ iure hæredi-

reditario, & pater, q̃ habuit indulgẽtiã ẽa recuperabit, quia illa nõ videnẽ alienata, sed videntur remanere in eadẽ causa, in qua primò erant, cũ hęres ille succedat in locum primi, si verò erant alienata alio titulo, tunc putat, qđ iste restitutus ea non recuperabit, quia restitutio nõ porrigitur ad bona alienata, de quo dicam infra.

Sed *Oddo Sforz.* qui in hac materia doctissimè loquutus est, *in tract. de restit. in integ. q. 95. art. 3. p. 2.* repetit eãdem distinctionem *Bar.* & addit aliud membrum positum per *gl. in d. l. fi. ĩ d. verbo rata sint*, dicens, quod in alijs bonis, exceptis castrensibus, & quasi, aut filius mortuus est postquã pater fuit restitutus, & nõ tenet testamẽtũ, quia decessit non sui iuris, & ideò de profectitijs, vel aduentitijs non testaẽ, & vltra *gl. allegat ibi Albe. & alios*; aut filius mortuus est antequã pater restitueretẽ, & sic decessit sui iuris, & tunc subdistinguit, aut sumus in bonis ꝓfectitijs, & rũpitẽ testamẽtum, & mortuo filio ante restõnem, secũdum *Bar. in d. l. fi. nu.* 8. licet in hoc al ter videaẽ sentire *Alber. in l. verba cõtraxerũt, nu.* 4. *& 5. ff. de verb. oblig.* qui nõ distinguit, nisi in casibus prædictis, Aut sumus in bonis aduentitijs, & tunc subdistinguit, qđ aut erãt acquisita filio ante deportationẽ patris, & retractaẽ testamentũ, *Bar. in d. l. fi. nu.* 8. & sequtur *Sal. ibidẽ col. 3. vers. ex ista gl.* æquparantes hoc casu bona aduẽtitia ꝓfectitijs ꝑ ꝑ præiudiciũ patris, hãc eãdem opinionẽ tenet *Rogerius de Perusia inter cons. Bal. 64. vol. 5.* licet loquãtur quò ad vsumfructũ spectãtem ad patrẽ, de ꝓprietate verò nil dĩt, quasi debeat esse hæredũ illorũ, quos filius instituit, & qui eo mortuo durãte deportatione eã receperũt vnã cũ vsufructũ, & cõtrariũ tenet *Bal. in d. l. fi. n.* 16. sed non asserit hoc oẽs tenere, *gl. in d. verbo rata sint Cy. Aug. & Fulg. ibidem*; *n.* 19. itrũ primam opinionẽ amplexus est *Sforz.* ꝑ ꝑ præiudiciũ patris, quod quidẽ cum sentiat pater ex cã banni, quia si illud nõ fuisset, filij testamẽtũ non valuisset, dẽt per restõnem in integrũ restaurari, secundũ *Doct. in d. l. fi.* Aut erãt acquisita filio post deportationem patris, & tũc non retractaẽ testamentũ, *Bar d. l. fi. n.* 8. *Bal. ĩ auth. excipitur, nu.* 1. *C. de bo. quæ libe. Alber. ĩ d. l. fi. num.* 8. *Fulg. n.* 4. & 10 est, q̃a pater nõ perdit hæc bona per bannũ, ex quò nõ plus restituit, q̃ lęsio abstulerit, & hæc sunt, quæ in hac qõne dñt *gl. & Doct. & præcipuè Bar. ĩ d. l. fi. Do. Io. Franc. de Pont. in cõs* 69. *n.* 12. *Sfor. in loco præallegato*, & vide quæ dicam *infra in Cap. xxij. n.* 102. vbi ponã illã qõnem, an bãnitus restitutus recuperet bona interim durãte bãno sibi delata, & per bannum amissa, & ab alijs acquisita, quia facient pro decisione huius conclusionis.

9 Deportatus, † quæ bona recuperet si fuerit per Indulgẽtiã restitutus, dicã *infra in cap. xviij.* vbi melius cadet.

TEXTVS.

A quacumque pœna non modo corporali.

SVMMARIVM.

1 *Princeps potest pœnam corporalem delictorum delinquẽtibus remittere.*
2 *Indulgentia simplex comprehendit etiã corporalem pœnam.*
3 *Indulgentia est pœna remissio.*
4 *Indulgentia non est, si pœna corporalis remissa non est.*

CAP. XVII.



1 PRINCEPS † potest pœnã corporalẽ delictorum delinquẽtib. remittere, & indulgere, vt dixit *gl. ĩ l.* 2. *verbo concedi, C. de ĩ ius vocan.* quæ est cõiter * recepta, secundum

dũ *Parif. cõf.1. nu.1. lib.4. Bal. & Iaf. in l. nec dãnofa, C. de prec. Imper. offer. nu.1. Bart. & alij in l. Gallus, §. & qd fi tãtũ, ff. de libe. & posthu. facit tex. in l. rescripta iũcta gl. C. de prec. Impe. offer.* vbi etiã notãt *Omnes*, quæ canonizata eſt, vt dñt *in c. rescripta 25. q. 2.* idẽ ꝓbatur *in l. mãcipia, in fi.* arguẽdo à ſpeciali, *C. de seru. fugit. Decia. ĩ tract. crimi. ĩ tit. de abolitio. nu. 45. Clar. ĩ pract. §. fi. q. 59. in princ. & Farin. de Inquif. q. 6. nu. 1. Cartar. de exequut. capt. bãn. c. 3. n. 57. Surd. cõf. 53. nu. 8. Petr. Ant. de Petra de poteſt. Princip. c. 8. nu. 33.* vbi hoc limitat in vaſſallis inferioribus, & ſubdit hoc non ſine cauſa per Principes fieri debere *Rol. conſ. 18. nu. 81. & ſeq. volum. 3. Rube. conſ. 50. in princ. Gramm. vot. vlt.*

Quæ concluſio procedit etiã ſi indulgentia eſſet ſimplex, & mentionẽ
2 nõ faceret de aliqua pœna, † quia hoc non obſtãte quæcumq; pęna corporalis remiſſa vr̃, vt dixit *tex. in l. 2. C. de sent. paſſ. & tex. ĩ l. fi. C. de gener. abolit.*
3 Indulgẽtia † enim aliud nõ eſt niſi pęnæ remiſſio *cap. fi. 2. q. 3. gl. ĩ d. l. fin. C. de gener. abol. Ant. Sola ad cõſti. Pedem. tit. de Indulg. gl. 1. n. 2. Sfor. Odd. de reſti. ĩ integ. q. 94. nu. 4.* & tũc dicit̃ vera Indulgẽtia † *Rip. ĩ l. Gallus, §. & quid ſi tantũ, nu. 62. ff. de liber. & poſth. & eſt gloſ. ĩ l. 1. §. pœna verb. eximi. ff. de poſtulãd. gl. in §. pari ratione inſtitu. quib. mod. ius patri. poteſt. ſolu. Ruyn. conſil. 31. num. 6. volum. 5. Pariſ. dict. conſil. 1. num. 33. volum. 4. Dec. in cap. quia diligenti num. 8. de electio. Bero. conſil. 76. num. 104. & 107. volum. 1. Rolãd. conſ. 45. num. 2. vol. 4. Foller. qui teſtatur de communi*
* *in conſt. Regni præſenti de inſt. & iur. num. 9.*

T E X T V S.

Sed etiam mulcta.

S V M M A R I V M.

C A P. XVIII.

1 MVLCTA † eſt, q̃ iudex ex arbitrio imponit, & differt à pœna, q̃ imponit ius cõe, vel mu-
2 nicipale, † vt eſt *tex. ĩ l. 1. C. de mod. mulctar. l. & in mulctis, C. de appellatio. & l. 1. ff. ſi quis iuſ. dicen. nõ obtempe. et l. aliud eſt, §. 1. & l. ſi qua pœna, ff. de verb. ſignif. c. 1. de dol. & contumac. & ibi Alex. Spec. de ſentẽt. §. 2. verb. & eſt quarta, Alex. l. ex cõſenſu, §. fi. de appel. Bal. ĩ l. certa, ff. quãd. prænoc. nõ eſt neceſ. Capic. in inueſt. ĩ verb. Cum mulctatum pœnarumq; cõpendijs fol. 126. Fendiſta in c. 1. Quæ ſint regal. in verb. pœnarum, Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 8. n. 2.* Et eſt in pecunia, vt dixit *Card. Cle-*
3 *men. 2. §. 1. de hæret.* & ratione † cõtumaciæ infertur, ne iuſdicentium Tribunalia cõtẽnãtur, & eorũ authoritas deludatur, datũ eſt illis pęnali iudicio

dicio propriã iurisdõnem tueri, vt di-
xit tex. & ibi Doct. oẽs in l. vnica, ff. si
quis iusdicen. non obtempe. l. 2. ff. si quis
in voca. non ier. Bar. & Alex. in l. 1. §. is
videtur, ff. si quis iusdicen. non obtempe.
Rol. consi. 47. n. 1. vol. 1. qui dicit quod
de hoc non est dubium, & est vnũ re-
medium, vt cõtumax pareat d. l. vnica
Boss. tit. de Mulct. nu. 17. Menoc. de arbi.
iud. cas. 289. n. 1. lib. 1. vbi enim Iudex
cõtemnitur per cõtumacem, tũc quod
possit cõtumax criminaliter puniri di-
xit gl. in d. l. vnica in glo. magna, §. fi. in
fi. Foller. in pract. crim. cano. ver. non cõ-
parentes contumaces reputentur c. 10. n.
24. Farin. de deli. & pen. q. 18. n. 27. vbi
4 habetur quod cõtumacia † est delictũ,
l. oẽ delictũ §. cõtumacia, ff. de re milit. gl.
in l. 1. fi. vbi Alex. n. 17. & Ias. n. 59. ff. si
quis iudicen. nõ obtẽpe. idẽ Alex. ĩ l. si mo
ra, n. 13. ff. sol. matr. & ĩ l. non hoc, n. 5.
C. vnde legi. Paul. de Cast. ĩ l. pleriq. n. 9.
ff. de in ius vocã. Dec. in l. in actionibus,
n. 3. ff. de ĩ lit. iuran. Corn. cõs. 95. n. 3. et
cõs. 198. n. 9. vol. 4. Matthes. sing. 17. n.
7. Marsil. in pract. crim. §. postq̃, n. 63. et
64. Menoc. de arbi. iud. cas. 153. lib. 2. &
subdit, quod cõtumacia dr̃ graue deli
ctũ, Rol. d. cons. 47. n. 2. & seq. lib. 2. vbi
dicit, quod inobediẽtia est delictũ ad-
eo grauissimum, quod hæresi quodã-
modo comparet. per cap. sciendum vbi
Doct. 8. q. 1. beneuerum est, quod dicit
delictũ in omnittẽdo, secundũ Foller.
vbi supra, n. 8. & 23. Gail. de pac. public.
5 lib. 2. c. 5. n. 8. & p delictis † alijs specia-
libus, pro quibus imponit mulcta vi-
de Bar. & Alcia. ĩ d. l. si qua pœna, ff. de
verb. signif. & ideo q2 mulctare iuris-
dictionis est, Ias. in l. 1. n. 16. ff. de iu-
risd. om. iud. Bonacos. cõm. opi. ver. Mul-
ctare iurisdõnis est, & inducitur iudi-
cis officio nobili, Bar. ĩ l. Iudex posteaq̃
in 1. oppos. ff. de re iud. vbi Alex. sub nu.
6 3. mulctare non poterit, qui iurisdõnẽ
non hẽt l. 2. §. fin. ff. de iud. & est cõis
opinio secũdũ Ias. ĩ l. 1. ĩ princ. ff. de in

ius. vocan. q2 imò nõ oĩs iudex iurisdi-
ctionem habẽs mulctare poterit Ias. ĩ
l. 1. ff. si quis iusdicẽ. nõ obtempe. col. pen.
vbi ponit regulã cum fallẽtijs Boss. de
mulct. n. 25. Sed tantum ille, qui est in
magistratu, & mæro Imperio, l. aliud
est fraus, §. inter mulctam, ff. de verbo.
signi. Bar. in l. Imperiũ, n. 12. ff. de iuris.
om. iud. vbi DD. Meno. de arb. q. 74. n. 9.
7 & seq. & hãc mulctã iudices † eorũ arbi
trio p facti, & qualitate psonarũ ĩdu-
cere, & inferre pñt, vt dixit Ias. ĩ l. 1. ĩ
princ. ĩ 2. notab. & ibidẽ Cagnol. n. 19. ff.
si quis iusdic. nõ obtempe. Marãt. ĩ Spec.
4. p. 5. par. princ. nu. 69. Oldr. cõs. 15. Af-
flict. in c. 1. n. 21. in fi. ex quib. caus. feu.
admitt. Boss. tit. de mulct. n. 8. ĩ fi. & seq.
Rol. d. cõs. 47. n. 13. & 14. vol. 2. Menoc.
de arbit. iud. cas. 280. n. 2. quidquid sit
dispositũ per tex. in l. eos, C. de mod. mul
cta. vbi datur certus modus in taxãda
mulcta, nam eius dispositio, secũdum
Rol. in præallegato loco post alios, quos
refert procedit, qñ in præcepto nõ est
taxata certa pena, secus si certa, & de-
terminata sit pena. Farin. de deli. et pæ.
q. 18. n. 31. vbi multa alia ponit ĩ hac
materia, et remissiuè nu. 59. & hę mul-
ctæ ad Fiscum pertinẽt l. 2. §. 1. ff. si qs
in ius vocat. non ier. & gl. in l. 1. ff. si qs
iusdic. nõ obtempe. & tex. in l. mulctarũ,
C. de mod. mulctar. vbi expressè hoc di-
xit, ibi (mulctarũ seuera cõpẽdia ærario
nostro protinus esse quærẽda nullus igno-
ret) & hoc nisi Iudex ĩ alijs causis ne-
8 cessarijs, vel publicis operibus deputa-
uerit, vt sunt expressa verba illius text.
& põt per Iudicem parti applicari ĩ h-
cõminatione Bertach. in verbo mulcta
oẽs ante n. 20. Item, & pñt mulctæ de-
9 putari pro fabrica palatij, vt dixit Bal.
ĩ l. mulctarũ, C. de mod. mulct. & dũ es-
40 culpa commissa per vassallũ † erat talis, per quã fuisset ipso iure priuatus, vel priuãdus feudo, & illud debuisset ad dominũ reuerti, secùs si ad agnatos, quia tunc cessat facultas domini illud alteri concedendi in præiudiciũ agnatorũ, quia cessante potentia concedendi, cessat qualitas cõcessionis ita declarat *And. in d. cap. 1. de vassal. decrep. ata. n. 1. ver. sed hac quastio, Vinc. de Anna ibidem nu.* 141. *& seq. Petr. de Gregor. de concess. feud. par. 5. num.* 23.

Quod procedit absque difficultate in feudo antiquo vt dicit idem *And.* afferens, quod hæc opinio æquior est, nã si feudum nouum esset, tũc ad dominum reuertitur, quia non habet agnatos, nec ex linea ascendenti, nec collaterali de iure communi feudorũ, sed tantum ex linea descendenti, vt dixit *Petr. de Gregor. par. 5. q. 4. nu.* 10. *&* 11. vbi subdit quod hodie de speciali iure Siculorum feudum nouum habet agnatos succedentes ex linea trãsuersali ab intestato vsque ad trinepotem, & sic vsque ad sextum gradum inclusiuè per tex. *in Capit. Regni, si aliquem*, quod inde ampliatũ fuit vt procedat etiã in feudo nouo per tex. *in cap. constitutionem*, & ita expressè tenere *Pern.* (refert) *in cons.* 11. *incip. in inquisitione Terra Heraclia in fin. & sequen. vers. quinimo, & cons.* 2. *incip. vidi processum in fin. vers. & sic cessat.*

Et hanc præcedentem declarationẽ
41 duppliciter limito, † primo nõ procedere in vita delinquentis, quo tempore Fiscus habet feudum, & fructus sũt domini *l. Statius florus* §. *Cornelio felici ff. de iure fisc.* nam tũc facta remissione per Regẽ, non essent agnati, sed vassalli remissi vt dixit *Andr. in cap.* 1. §. *si vero haredes de pac. tenen. Affl. in cap. 1. de vassall. decrep. eta. nu.* 18. & ideo vtilis esset remissio etiã in feudo antiquo, de hac tamen limitatione vide *Thesaur. decis.* 167.

Secundo limitatur ante sentẽtiam,
42 † nam tunc remissa culpa feudum non vadit ad agnatum, sed remanet apud inquisitum, quia nõ potest dici talis, qui non est condemnatus de tali, & Rex potest agnatis in quærendis præiudicare *Vincen. de Anna in loco praallegato num.* 144.

Ex prædictis infero ad notabilem quæstionẽ, an remissus, & indultatus
43 † de feudo confiscato teneatur de nouo capere inuestituram? Aliqui dicũt, quod

quod aut delictum est tale propter qđ vassallus veniebat ipso iure priuādus; & tunc sicut feudum, non obstante remissione, de antiquo fit nouum secūdum *And. & alios* præallégatos, & necesse est petere nouam inuestiturā; aut requirebatur sentētia, & ante sententiam remittitur culpa, tūc videtur iure sublata, nec censetur perditū, nec de nouo datum, quia ad hoc vt perderet, opus erat sententia declaratoria *Boer. decis.* 78. *post nu.* 2. & per consequens non erit necessaria noua inuestitura, vt distinguit *Balzeran. in cap.* 1. §. *sed & res nu.* 16. *per quos fiat inuesti.*

Sed cōmunis distinctio est, quod si vassallus possidet adhùc feudum, qđ ipso iure erat confiscatū, & tūc remissio culpæ vna cū feudo hēt vim inuestituræ, & ideo alia inuestitura necessaria non est; Si verò vassallus, non possidet, sed dominus remittēs, & tūc dic contra, vt determinat *And. & ibi Liparul. in cap.* 1. §. *sed etiam res nu.* 6. *vers. sed si dominus. per quos fiat inuest. & ibi Affl. n.* 35. *& in cap.* 1. *nu.* 5. *vers. hac rectè dicuntur, de feud. sine culp. nō amitten. Praposi. ibidem col.* 2. *vers. quare nunc*, vbi dicit hoc esse notabile, *& Affl. nu.* 35. *Odoffred. in sūma tit. quid sit inuesti. nu.* 4. *Liparul. ad Andr. post alios in cap.* 1. *nu.* 1. *vers. si antè perdatur, litera T. de vassall. decrep. ata. Io. de Raimal. in cap. Imperialem* §. *insuper nu.* 2. *vers. erit vlterius, de prohib. feud. alien. per Feder. Peregr. de iur. Fisc. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 64. *vers. idcirco ad feuda sua*, & ratio est quia inuestitura nil aliud est, nisi possessio, ideoq. si vassallus habet possessionem, ad quid requiritur inuestitura, idem *Andr. in cap.* 1. *col.* 2. & *per totam vers. cum inuestitura quib. mod. feud. constitu. poss.* quæ conclusio verissima est secundū *Andr.* & non hēt contradictorem. Nec est verū id, quod dicit *Affl.* in præallegato loco, quod ideo nō requiritur inuestitura, quādo vassallus possidet, quia feudū erat antiquum, cuius contrarium supra fuit resolutū, nam hoc *Andr.* in præalleg. loco nō intellexit, vt aduertit *Liparul. ibidem litera D. verb. semper.* Sed ego credo, quod siue nouum, siue sit antiquum feudū, renouari, & præstari debeat iuramētum fidelitatis, cum vassallus sit suspectus propter fellonium, quam commisit, & quia iuramentum prius violauerat *Ioan. de Raimal. & Lipar. in locis relatis.*

Amplia primo prædictā conclusio-
44 nē, † vt non solū, qui non habebat possessionem feudi restituti ex remissione culpę, vt quia erat in posse domini, teneatur petere inuestiturā, vt supra probatū est, sed etiam si eam non peteret infra annū, & diem, amitteret de nouo feudum, & secūdum ius Regni teneretur ad fructus annorum duorū, vt decidit *Andr. in cap.* 1. §. *sed & res, per quos fiat inuesti. nu.* 10. *vers. sed hoc casu aliud videtur dicendum*, & facit regula, quia si tenetur, nō faciendo, pœnam non euadit.

45 Amplia secundo † vt si quis habuerit assensum emēdi feudum, si postea fuerit rebellis, & inde restitutus, tenetur petere de nouo assensū, aliàs emere non poterit *Decian. ī tract. crim. tit. de Abolit. num.* 74. *post Luc. de Pēn. & alios* quos allegat.

46 Amplia tertio † in hærede restituto ad feudum amissum, quia ipse tenetur petere inuestituram, & soluere releuiū *Affl. in cap.* 1. §. *sed & res num.* 35. *vers. & si hæres, per quos fiat inuest.*

Limitatur eadem cōclusio primo, vt talis restitutus, & si teneatur petere inuestituram, verum nō cogeretur ad
47 solutionem releuij, † quia ab hærede, & successore soluitur, non autem à donatario *And. de Iser. in d. cap.* 1. *vers. ad primum respondetur num.* 7. *vbi latè Balzera. ibidem num.* 96. *vsque ad finem vers. rursus.*

Limi-

Limita secundo, non procedere in
48 gratia † facta p Regem vassallo pecunia mediante, nam ex quo interuenit pretium, videtur, quod Princeps, ipsa feuda, quæ numquã Rex possedit, vẽdere voluerit, & per consequens cẽsetur habere dominium ex nouo cõtractu, & sic non teneatur, nec petere inuestiturã, nec soluere releuium *And. in cap. 1. de Vassal. decrep. eta. Afflict. vbi supra nu. 36.* qui dicit hoc nouũ esse, & fuisse obseruatum in causa cuiusdam Ioannis Denticis filij Aloysij Dẽticis rebellis, qui Ioannes semper possedit, & p restitutione soluit ducatos quinque millia, & non soluit releuium.

Limita tertio, vt restitutus ad bona
49 non teneatur soluere laudimium † pro emphyteusi cõfiscata, cum restitutio sit in pristinum statum repositio, & sic dicitur idem dominium ex titulo prçcedente, nec dici potest esse mutatum vt dixit *Prob. in addit ad Ioann. Monac. in cap. 1. num. 7. de in integ. restit. lib. 6.* quem sequuntur *Boer. decis. 279. in fi. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. num. 64. Maur. Burg.* peritissimus Iurecõsultus *in tract. de Laudim. par. 2. inspectio. 19.* vbi ampliat ẽt, quod esset noua cõcessio secũdũ *Cãnet. et alios* quos allegat.

Secũdo principaliter infertur, quod facta remissione culpæ seu pœnæ, vna cum restitutione bonorũ prout in prçsenti decreto, talis indultatus recupe-
50 rabit patriam potestatem, † quam fortè per condẽnationẽ, vel bãnum amiserat, est enim sublatũ illud ciuile vinculum bãni, seu deportationis, vel alterius pœnæ alio ciuili remedio Principis Indulgentiæ, & restitutus reponitur in eo statu, in quo reperiebatur ante sententiã, ita qđ per oĩa sua iura reassumit *l. qđ si minor §. restitutio ff. de minor. §. cũ autem inst. quib. mod. ius patri. potest. solu. & l. 1. C. de sent. pass.* & restitutio idẽ operatur, quod fictio postliminij *l. si quis filio §. penult. ff. de iniust. rup. irrito. test.* vnde ius postliminij facit, quod oĩa sint in primo statu *l. postliminij in princ. ff. de capt. & postlimi. reuer.* & renasci facit, qđ fuit pçnitus extinctũ *Boss. de remed. ex sola clemen. prĩcip. n. 21.* eo qa huiusmodi prĩcipis restitutio tantũ restituit, quantũ ablatũ fuit, vt tradit *Bart. in l. fi. C. de sentent. pass.* & sic debet restitutio operari patriæ potestatis recuperationem ammissam per condẽnationẽ text. *est in l. fi. in princip. & §. fi. C. de sentẽ. pass.* & cõcludit in terminis *Ascan. Clemẽt. in tract. de patr. potest. cap. vlt. nu. 36. fol. mihi 203. à tergo Sforz. Odd. de restitu. in integ. q. 94. art. 3. nu. 11. & q. 95. art. 1. nu. 11. & q. 96. art. 3. nu. 16. & q. 99. art. 10. Bald. in l. fi. nu. 3. C. de sent. pass. & ibi Bart. Angel. & Fulgos. Port. in §. 1. insti. quib. mod. ius. patr. potes. solui. num. 15. Alex. in l. Gallus §. & quid si tãtũ nu. 19. & ibi Fortun. Garsi. nu. 252. ff. de libe. & posthum. Iacob. de Beluis. in l. fallaciter, C. de abolit. Carol. Tap. de Const. princip. ĩ rub. cap. 3. n. 12.*
51 eiusq; rõ est † qa appellatione bonorũ venit ius patriæ potestatis, & ideo facta restitutione, & remissione bonorũ, prçdicta conclusio procedit absq; difficultate secundum relatos *Doct.*

Limitatur primo, vt non procedat in Indulgẽtia † simplici ad tex. in indiuiduo *in l. si pater C. de sent pass. & ibi Doct. oẽs Bar. in d. l. fi. nu. 1. Sfor. Odd. de restitu. in integ. q. 94. art. 3. nu. 9.* quia simplex indulgentia nil aliud operatur, nisi in eo, qđ Princeps expressit, & id tantũ recuperatur, neq. plus, neq. minus *Doct. ĩ d. l. fi. Bar. in l. 1. eo. tit. Petr. Girland. de relaxat. carcerat. tit. de Indulge. & benefi. Princip. q. 1. nu. 3. Affl. in cap. 1. nu. 1. vers. nunc venio. Hic finit. lex Corrad.* & idem dicendũ est in filio deportati, vel aliter cõdẽnati, qui per simplicẽ Principis Indulgentiã in patris potestatẽ non reuertit *Bar. d. l. fin. nu. 1. Fulgos. n. 56. C. de sente. pass. et est tex.*

tex. in l.in Insulam eo.tit.vbi Doct.oēs.
Limitatur secūdo, in eo, qui habuit
53 saluumconductum, † nam durāte securitate patriam potestatem non hēt, quia non censetur Principem ad hoc eum restituisse, sed potius securitatem quamdam in aliquo loco morandi, eundi, & redeundi concessisse, vt dixit *Abb.in c. quia diuersitatem, nu.6. de cōcessio prabeu.* & sonat ēt nomen ipsum saluuſconductus, imo rectius cōsiderādo videtur potius Princeps animū habere, vt ille, cui cōcedit saluumcōductum ad tempus bānitus existat faciendo illi temporalem saluūconductum, & non restituendo illum perpetuo, vt poterat si voluisset, ita determinat *Afsca.clem.in d.tract.de patr.potest.n.46.* vbi dat rationem, quia licet beneficium Principis sit latè interpretādum, & sic quod medio illo tempore, quo bannitus habet saluumcōductum censeatur restitutus etiā quo ad oīa alia iura, tamē in his tantū debet latè interpretari, quæ beneficiū ipsum exprimit, & non in alijs *Gramm. cons. crim.6. n.20.* vnde cū saluuſcōductus tantum securitatem præbeat, in his tantum latè interpretatur.

Ampliatur modo prædicta cōclu-
54 sio, vt procedat etiā ī filio deportato, qui per restitutionē bonorū à Principe factā in patris potestatem reuertit, *l.fi.in prin.C.de sent.pass.gl. & Bal. in ī l.in Insulam, C.eo. Bart.in d.l.fi. nu.1. Sforz.d.q.96.num.15.* & recuperat statum in quo reperiebatur, & sic suitatē non obstāte, quod nepos deportato, vel aliter condēnato iā filio ipsius gradum subintrasset, *§. sui suttit. de hare. quali. & differ.* reassumit enim filius gradum suitatis excluso nepote, qui erat factus suus, *l.1.in fi. ff.de bon.pos. contra tab.glo. Bar. & alij in l. Gallus, §.& quid si tantum, ff.de liber.& posth.* & hoc est verum viuēte auo, secus autem eo mortuo, quo casu non potest, ex quo ius est ipsi nepoti quæsitū, qui iam factus est hæres, vnde per restitutionem non potest desinere esse hęres, ita declarat *gl. in uerb. emancipatus, in fi.l.Gallus, §.& quid si tantum,* vbi etiā *omnes, ff. de lib. & posth. D. Io. Franc. de Pont.in cōs.69.nu.11.vol.1.*

Tertio infertur, quod stantibus pię
55 dictis verbis, Notarius † si fuerit de falso condemnatus, & à Principe postea restitutus potest instrumēta cōficere, sicut prius poterat, cum in pristinum sit statum per eam restitutionem repositus, secūdū *Bald.in consil.350. incip. proponitur quod quidam clericus libr. 1. & cons.172. incip. ex quo dominus libr. 4.* quinimo reconualescunt instrumēta ante restitutionem recepta *Anchar. cons.287. incip. iste B. de guarnerio, ad fi. Crauett.cōs.168. num.1. Afsca. clem. de patr.potest.cap.ult. nu.39. Sforz. de resti.q.96.n.4.& 5.* verum in terminis Decreti nostri notari⁹ nō gaudet eius beneficio, vt dicam infra ī casibus exceptuatis, & vide *Affl.ī tit.qua sint regal.in uerb.potestas, nu.71.*

Quarto infertur, quod licet domi-
56 nus, cui pęna indulta est, ptāiē ī seruos suos nō recuperet iuxta *tex.ī l.frustra C.de sent. pas.* siquidē stāte remissione bonorū cōcessa ex p̄sēti decreto, venit ēt ptās in seruos, q̄ ammissa erat *Sfor. de restitu.in integ.q.94.art.3.n.13.* qđ tū intellige, nisi eorū dn̄ium Fisco fuerit acquisitū per possessionē, vt infra dicam, quia tunc dominus non recuperat dominicam potestatem secundum dispositionem *d.l.frustra.*

Quinto inferī, qđ sicut ꝑ hāc restōnē, & Indulgētiā gn̄alē recuperanī bona ammissa ex expressa ipsorū restitutione concessa ex præsenti beneficio Decreti nostri, ita & consequenter re-
57 cuperatur fama † ammissa ob delictū, vel condēnationē est *tex.ī l.fi.C.de gener.abol.et l.generalis, C.de sēt.pas.glo. in l.cum indulgentia, & l.in Insulam in fi.C.*

fi.C.eo.& gl.in l.1.§.pen.in ver. eximi. ff.de postulā. Affl.in tit.hic fini. lex n.1. vers. nūc venio.Gomez.var.resol. tit.de tortur.reor.n.38. ver.si vero fiat, Bero. cons.76.nu.107.vol.1.Rol. cons.45.nu. 3.vol.4.Sal.in l. cum Indulgentia in 1. oppos.& in l.fi.vbi Bar.col.fi. C.de sent. pass.idem Sal.in l.fi. C.de abolit. gener. Paris.cōs.1.nu.26.& seq. vol.4. Sfort. de restitut.in integr.q.94.art.4.nu.15. & q.96.art.1.Farin.de Inquis.q.6. nu. 46. de quo multa tradit *Molt. de insti. cōmut.tract.4.disp.10.p totā.Cabal.lib. 1.resol.crim.casu 174.nu.1.cū sequent.*

58 Limita primo† pdictā illationē non pcedere è cōuerso ī restitutoad famā, qa nō ex hoc cēseī restitutus ēt ad bona *Sforz.de restitut.ī integr.q.95.n.6.*

59 Limita secundo † non procedere in restōne simplici etiam generali, qa ex ea non recuperatur fama *Sforz. q. 96.art.1.Osasc.dec.Pedem.79.nu.50.*

60 Limita tertio † non procedere, si specialiter esset facta abolitio infamię *Rol. Anal.d.cons.45.nu.3. vol.4. Bart. & alij in l.1.& l.fi. C.de sent. pass.*

61 Limita quarto† pdicta procedere in infamia iuris, non aūt facti, quæ à nemine remitti pōt, vt latè disserit *Sfor.* per plures qōnes *in d.tract.de rest.ī integ.q.92.art.4.*& in Barone *Capibl.sup prag.6.de baroni.nu.81.Osasc.dec.101.*

Limita quīto, qñ restitutio facta fuisset pecunia mediāte, vt notāter cōcludit *Caball.resol.crim.ca.174.n.3.cū seq.*

Ex prędicta illatione infero, qđ ta-

62 lis indultatus, & aggratiatus pōt recipi in testē, & nō repellīē, vt infamis, vt in pdicto dixit *Caran.in cōmēt.ad prag. 1.de exuli.quæst.20.nu.178.cum seq.*

Sexto infertur, quod ex hac restōne bonorū talis aggratiatus, & indul-

63 tatus teneī suis creditoribus, † & ab illis conueniri potest *l. si deportationis, & l.si debitor.& ibi Bal. Ang. & Alex. C.de sentē.pass. & l.3 ff.eod.tit. in fin. Bal.& Alex.in l.si marito in princip.ff. sol.matri.Bar.ī l.1.C.de sent.pas.Marsil.de bāni.in ver.restitutorum,n.3.fol. mihi 231.Peregr.de iur.fisc. lib.5. tit.2. n.63.Nell.de bāni.p.1.3. tēpo.n.21. Io. de Ami cōs.68.n.3.Sfor. de rest.in integ.q.97.art.2.n.10.& 11.Farin.de delic.& pæ.q.25.n.180.Decia.tract.crim. tit.de abolit.n.78.Mādel.de Alba. cōsil. 196.n.1.& seq.vol.1.Cabal.resol.crim. cas.233. & 234.* & an teneaī pro rata tantū bonorū recuperatorū, posuit eleganter *Io.Bapt.Cost.de port.rat. q.120.*

Amplia prædictam declarationē si

64 bona nō recuperauerit, † qa noluit, puta si fuerit ad ea restitutus, & ea capere, & recuperare neglexerit, *l.2.* & melius, *l.pen. ff.de sent.pas. Nell. de bānit. p.1.3.tempo.nu.21.glo.in l.4.C.de sent. pass. Ang.in l.si debitor.in fi.C.eo. idem Mandel. d.cons.196. nu.1.*

65 Amplia secūdo, † vt bonis restitutus teneaī creditorib⁹, ēt qđ proclamatibus factis per Fiscū, creditores nō cōtradixissent, vt est *tex.*expressus in *d.l. si debitor, & l. si deportationis*, vbi hoc cōmuniter* notant Doct. & pręcipuè *Ang.de sent.pas.* & est ratio, quia actio integra est, & viua aduersus Fiscum, & ipsi iuuat, q̃uis obstet præscriptionis exceptio, quæ non omnino tollit actionem, sed parit exceptionē *Bart. & Bal.ī l.fi.C.ex quib.mod.caus. maio. Fel.latè in c.ad aures,col.1. de præscri. Bost.de proclam.n.15.Peregr. de iur. fisc. libr.5.titu.1.num.208.& tit.2.nu.63. Mandel.d.cons.196.n.4.& seq.vol.1.et cons.756.per totum, vol.4.*

66 Contrariam opinionem† tenet *Petr. Anguiscio.cons.10.n.17.& seq.lib.3.* quem ad hoc allegat *Sforz. de rest. in integ.q.97. art.3.post nu.16. Farinac. de delic.& pen. q.25.nu.181. Cabal.resol.crim.cent.3.resol.233.* & ratio est, secundum eos, quia per præscriptionem prædictam ius istorum creditorū est extinctum, & quod extinctum est amplius reuiuiscere non potest.

Prima

Prima opinio verior est, quia restitutio hoc modo restitueret ad cõmoda, & nõ ad incõmoda ꝯ eius naturã per iura allegata per *Mandell. d. conf. 756. nume. 6. & 12.* qui respondet rationi contrariæ.

67 Amplia tertio,† vt sicut taliter restitut⁹ recuperat iura passiua, & sic vt cõueniri possit, vt dictum est, ita & consequẽter recuperet iura actiua, vt alios cõuenire possit, quia & illa bona quoque sunt, *l. 2. & 3. ff. de sent. pass. Bal. et Sal. in l. si ademptis, C. de sent. pass. Bellamer. dec. 743. n. 2.* vbi dat rõnem, q̃a sententia Principis non tollit regulariter obligationes naturales *l. Iulianus verum debitorem, ff. de cond. indeb.*

68 Amplia quarto†q̃ restitut⁹ ad bona nõ solũ teneť creditorib⁹, vt dictũ est, sed ẽt nõ admittiť ad cessionis bonorũ beneficiũ ꝯ eos, vt est *text. in l. 2. ff. de sent. pass.* qui in sui principio dixit, qđ bannitus ad gratiam restitutus, & nõ ad bona, nõ tenetur creditoribus, postea subiũgit. Sed si cũ ei facultas oblata esset à Principe, bona quoq. sua recuperãdi, maluerit ea relinquere, actionibus exuere se, quib. ante snĩam subiectus fuerat, nõ poterit, per quem *tex. Rom. in sing. 212. incip. deportatus si restituitur,* hoc, quod dictũ est, notat dicens casum illius legis esse vnicum, & singularẽ in mũdo, & literis aureis scribendũ, idem *Rom. in l. alia, §. elegãter, ff. sol. matri. Vital. ĩ tract. clausul. in rub. an possit renunciari beneficio cessionis, in magnis, col. 4. in princ. ver. secundus si post publicationem, fol. 97.* alios allegat *Brunor. a Sole ĩ suis quæst. legal. q. 19. nu. 69.* vbi ad hoc facere *text.* ait *in l. si deportationis C. de sent. pass.* & esse verã, & cõem⁹ cõclusionem ait *in fi. n. 77. Arnon. sing. 82. Ias. ĩ §. si min⁹, vers. fi. n. 22. instit. de actio. Soc. in reg. 65. incip. Cedens bonis fallen. 15.*

69 Contrariã opinionẽ tenet *Brun. de cessio. bono. p. 4. q. 15. ver. ĩ hoc aũt puto, Eman. Costa. in l. Gallus, §. & qd si tantum in 2. p. nu. 43. vers. mihi autem, ff. de lib. & posth. Gab. Saray. in addit. ad Rom. d. sing. 212. Farin. de deli. & pen. q. 25. nu. 182.* vbi dicit non esse recedẽdum ab hac opinione, quæ est verior, & equior, *Sforz. de restitu. in integr. q. 97. art. 4. nu. 19.* subdens esse putam veritatem, & tenendam, aliàs erraret in terminis restitutionis, & hanc ego sequor, nã si hoc poterat facere restitutus ante bannum, tanto fortius poterit post restitutionem, quia alias retorqueretur in odiũ gratia Principis, vt bene aduertit *Sfor. num. 21.* & idem intelligas, quando bannitus fuit restitutus ad bona, sed ea nõ recuperauit, quia casu, & fortuna deperdita sunt, vel quia casmate perierũt, vel eius debitores effecti sunt non soluendo, hoc enim casu, quoniam id euenit absque eius culpa, & ob id nõ valeat creditoribus gratificare, admittitur ad cessionem bonorum, cum hoc beneficium sibi à iure indultum sit, *l. 1. C. qui bon. ced poss. Brun. vbi supra, nu. 3. ĩ fi. ver. secundo casu. Brun. à Sole d. q. 19. n. 70.* vbi subdit, idem dicendum esse si restitutus non recuperat bona, quia medio tempore per Fiscum fuerunt alienata, & sic in tertium translata, vt dixit *Alex. in l. etiam filios, §. licet ĩ dotalibus, ff. sol. matrim. col. 2. in princ. vers. in gl. in ver. qualibet,* nam in beneficio cessionis bonorum ammittẽdo requiritur dolus, & nõ sufficit culpa, *l. verũ §. tempus, ff. pro Soci.* & infert ab hac opinione *Alex.* nõ esse in iudicãdo recedendũ & veriorẽ esse, licet *Bal. in c. qua ĩ Ecclesiarũ de cõst. col. 4. ver. quaro nũquid si propter maleficiũ* teneat ꝯriũ, & dicat hanc partem esse veriorem.

70 Limita prædictam cõclusionem†nõ procedere, si ad bona per Indulgentiã nõ fuisset restitutus, quia tunc creditoribus non teneť, nec ab illis cõueniri põt, sicut nec ante poterat, *l. tutelas,*

§.*fi.ff.de capi.diminu.& d.l.3.ī prin.ff. de sent.pass.Nell.de bannit.p.1.3.tempo. q.21. Guliel.de Bened.in c. Raynutius verb.& vxorem nomine Adelasiam,nu. 288.fol.mihi* 117.*Farin.de deli.& pen. q.*25.*n.*177.*Sfor.de rest.in integ.q.*97. *art.2.nu.*11.*&* 13. vbi hoc procedere ait etiam si ad rem particularem tantum fuerit restitutus, & ad meliorem fortunam ; ceuenerit per tex. quem dicit mirabilem ad hoc *in l.4.C.de sent. pass.Fulgos.in l.Insulam, C.eo. Aug. in l.si debitor,nu.*14. *C.eo.Bosi.de proclam. num.*15.*in princ.et de reme.ex fol.clem. Prine. nu.*22. & ratio est, secundum Sforz. quia actiones passiuę debitoris semel transierūt in Fiscum, qui semel cepit esse debitor, in eumque, & cōtra cum eiusdem debitoris obligationes transfusæ fuerunt, & cum per restitutionem, & gratiam debitori factam de delicto, non fuerint ad ipsum debitorem reuersæ, creditores, qui ante dictam gratiam, & restitutionem Fiscū tantum, & non debitorem condemnatum conuenire poterant, nec etiam poterunt id facere post gratiam, quia non superueniēte obligatione, nec ad debitorem reuertente, sequiť quod ꝫ non obligatum personalis actio non datur §. 1. *& ibi omnes instit. de actio. Mandel.d.cons.*196.*n.*1.

Septimo infertur, quod ex restitutione bonorum facta delinquentibus
71 † censeantur concessa omnia iura, quę personæ cohærent, *l.3.§.si deportatus, ff.de bon.liber.l.fine, ff.de iur.patro. D. Carol.Tap.in rub. de constitutio. Prine. c.3.nu.* 11. *Vinc. de Anna in c.1. de vassal.decrep.atat.nu.*158.*&* 164. qui inferunt ex hoc, quod filij rebellium restitutorum gaudent honoribus nobilitatis alicuius sedilis, vt in Regno Neapolis, & possunt succedere in feudis, ī quibus erant incapaces ob rebellionem patris, vt dicam *infra in uerb, dummodo* 8. *illat. Capit.* 22.

Octauo infertur, quod in hac resti-
72 tutione bonorum † non venient subfeuda, quia illa Baroni sunt applicata *D.Carol.Tapp.in loco proximè allegato, num.*36. vbi vide, quia tenet contra *Andr. & Affl.* sicut dicit in legitimatione facta a Rege, quæ non comprehendit subfeuda Baronum *Io. Ant. Lanar.cons.*51.*in fi. vol.*1. qui allegat ad hoc *Frec.de subfeu.q.*30.

Nono infertur, quod restitutis bonis non veniūt fructus ex eis percepti, vt latè tradit *Sforz. de restitut.in integr.q* 99.*art.*14.*per totū*, de quo dicam latè *in verbo dummodo non sit exacta,illatio.*6.*cap.*22.

Decimo infertur, quod restitutus
73 ad bona non recuperat ea bona, quæ ex causa alterius delicti amiserat, ita *Bal.in tit.de pac.Constan.in uerb. recuperauerit Boer.q.*38.*in fi.Peregr.de iur. fisc.lib.*5.*tit.*2.*nu.*79. *Calcan. cons.*52. *nu.*13.*Menoch.cons.*113. *num.*9.*&* 10. mouentur prædicti Docto. quia restitutio operatur solū quò ad bona, quæ tempore condemnationis erant apud bannitum restitutum.

Vndecimo infertur, quod restitu-
74 to, † & indultato aliquo ad bona, intelliguntur restituti omnes, qui in eorum consequentiā condemnati fuerunt, vt est *tex.in l.fi. ff.sentēt.pass.*& exemplum ponitur in terminis *l.quisquis, §.filij uero, C.ad l.Iul.Maies.Sali. in l.castitati, C.de adul. Gigans de crim. les.maies.tit. de pen.committen. q.*22.*n.* 8. vnde restituto patre ad feudū ammissum ob rebellionem, videntur restituti, & habilitati filij, qui ex delicto patris effecti fuerant incapaces, ita *Afflict.in c.1.gl.3. num.*91.*& seq.tit.qua fui.prim.caus.benef.ammitten. Peregr. de iur. fisc.lib.*5.*tit.*2.*nu.*73.

Duodecimo infertur, quod restitu-
75 tus † ab bona dicitur quoq. restitutus ad onera illis annexa, & ad illa teneť *Albe.in l. Princeps, ff. de uerbor.signif. Bar-*

*Bursat.cõs.*54.*nu.*16.*lib.*1. *Mandos. ad Rema.cons.*247.*num.*4.vbi de communi * testatur,post alios *Sforz. de restit. in integ.q.*97.*art.*2.*nu.*14.

Decimotertio infertur, quod resti-
76 tutus † ad bona, ea recuperat etiam quod sint in alieno territorio, dũmodo Princeps in eis potuerit facere gratiam,putà quia ad eum spectabant in casu confiscationis *Decial tract. crim. tit.de aboli.n.*96.post alios quos refert.

Decimoquarto infertur,quod Baro
77 † restitutus ad feudũ recuperabit causas appellationum,& potestatẽ indulgẽdi,quas habebat, ẽt si de eis expressa mentio facta nõ sit, & si specialiter expressè exprimi debuissẽt,vt dixi *supra in* 2. *cap. in verb. Regia authoritate nu.*32. & decidit *And. in c.*1. *de vassal. decrep. ata. Leffred.in parafr. feudal.c.*1.§.*filij, si de feud. defun. milit.*vbi per sex colũnas multis rationibus motus defendit in generali restitutione venire oĩa per prius cõcessa, ẽt qđ debuissent specialiter exprimi,quæ cõclusio, vt alias dixi *ad Pet.de Greg.*de quo meminit *Octau. Bamba.ĩ tit.si de feud. defun. c.ĩ generali q.*2. *n.*53. eo maximè si in tali restõne adesset clausula (put tui prędecessores tenuerũt,& possederũt)quę cõsueuit in talibus apponi,nã tunc absq. difficultate ea oĩa, quæ per prius erant concessa, intelligunt restituta, patia enim sunt aliquid esse certum ex se, vel per relationem ad aliud *l.hac vẽditio* §.*huiusmodi ff.de cõtrah. emptio. Vincent. de Anna alleg.* 52. vbi latissimè eãdẽ opinionẽ tenuit *Oldra. cons.*121.*incip.ad primã quæstionẽ qua quæritur q.*2.& ideo oĩa priuilegia reuiuiscunt *Andr. in c.*1.*quib. mod.feud. amitti.pess.vers. in hoc Regno Siciliæ*, & ita fuit alias decisum in Sacro Consilio Neapolitano contra Fiscum.

Decimoquinto infertur,quod resti
78 tutus† ad bona recuperat hęreditatem matris,quam propter cõdemnationẽ adire nõ poterat *l.*1.§.*filio qui matris ff.ad senat.consul.Tertullia.* qđ tamen nõ pcederet, si hæreditas ab alio fuisset adita *Aret. in l. si quis mihi bona* §. *seruus col.*4.*vers.& hanc opinionẽ ff. de acqui.hæred. Salic.in l.vlt.col.pen.vers. aut ius quærendi C. de sent. pass. Menoch. post alios in cons.*186.*nu.*17.*vol.*2.

TEXTVS.

Quæ ad nostrum Regium Fiscũ præfati nostri vlterioris Siciliæ Regni spectaret.

SVMMARIVM.

1 *Pœna pecuniaria quando parti,& quando Fisco applicatur.*

2 *Indultum nõ extenditur ad pœnam parti applicandam.*

3 *Priuilegium Principis intelligitur sine præiudicio tertij.*

4 *Rex in præsenti Decreto pœnam Fisco tãtum applicandam remisit.*

*Ampliatur ĩ pœna applicãda Baroni nu.*5.*Itẽ ampliatur nu.*16.*Limita in pœna debita de iure ciuili,vel municipali num.*18.

*Item in pœna parti debita non propter iniuriam, sed alia causa nu.*2.

*Idem in pœna priuato iurisdictionẽ habenti debita num.*17.

5 *Indultum concessum Neapolitanis excepit pœnas Baroni applicandas.*

7 *Indultum non extenditur ad pœnam applicandam hæredibus occisi, & nu.*8. *idem in Gallia seruatur num.* 9.

*Idem in bonis sitis extra territorium indultantis num.*10.

Idem quoad damna, & interesse hæredibus occisi applicanda num. 11.

*Limitatur si Princeps expressè dixerit, num.*12.

Limitatur secundo, si gratia facta sit pro bono pacis num. 13. *intellige nu.* 14. *contra num.*15.

18 *Restitutus,& indultatus motu proprio, & pro*

& pro bono pacis tenetur ad damna, & interesse parti competentia,

20 *Princeps potest imponere silentium pœna parti debitæ.*

CAP. XXI.



1 PÆNA pecuniaria, † & bonorũ publicatio põt cõpetere & fisco,& parti, vt latè diximus *supra in verb. Mulcta*, & ideo si Indulgẽtia veniet applicanda parti offense, vtiq; non valeret, vt est tex. *& ibi nota. glos. Bart. Bald. Alex. Purpur. Dec. & cæteri Doct. in l. venia §. fi. C. de in ius vocan. Bald. in l. rescripta in vltimis verbis C. de prec. imper. offer. Nell. de Bannit. p. 1. tertij temp. q. 9. Decia. de Aboli. lib. 3. tract. crim. c. 35. nu. 53. Gomez. de delit. c. 13. nu. 39. vers. tertio, & in spetie sub tit. de tortur. reor. Boer. dec. 65. Fel. in c. super eo col. 2. de offi. deleg. nu. 18. Rola. cons. 45. nu. 4. volu. 4. vbi allegat Doct. cõmuniter in l. Gallus §. & quid si tantũ ff. de lib. & posthu. Paris. cons. 1. nu. 21. vol. 4. & cons. 69. nu. 196. vol. 3. Brunor. à Sole q. 19. nu. 49. Bertaz. cons. 163. n. 7. vol. 1. Farina. de Inquis. q. 6. ante nu. 38. Sforz. Odd. de restit. in integr. q. 99. art. 11. Gram. in cons. 34. & in vot. 35. nu. 9. Menoch. de arbi. q. 96. & cas. 447. nu. 17. in 5. centu. Peregr. de iur. fisc. lib. 4. tit. 8. nu. 27. vers. sed vtrum Princeps & in lib. 5. tit. 2. n. 39. & nu. 54. Alfar. Lusit. in tract. de iur. fisci glo. 20. §. 10. nu. 446. Azeued. lib. 8. tit. 25. de los perdones nu. 64.* eiusq. tõ est secundũ prędictos, quia indultũ † non trahitur ad partem offenso applicandã, nisi id expressum sit *cap. 1 nostra extr. de iur. iur.* & ratio rationis est, nam priuilegium

3 † Principis in dubio recipitur sine pręiudicio iuris tertij, cui Princeps non præsumitur velle preiudicare *l. 2. §. merito, & §. si quid à Principe ff. Ne quid in loc. publi. cap. super eo de offic. deleg. And. in c. 1. col. 2. verb. & bona cõmittẽtiũ. Quæ sint regal. & ibi Affl. nu. 155. Gram. vot. 36.* eoq. oriĩ qđ Rex † no-

4 ster in præsẽti indulto remisit pænam Fisco tantum cõpetentẽ, vt post relatos tradũt *D. Borell. de præst. Reg. c. 38. nu. 13. Menoch. cons. 1108. n. 14. vol. 12.*

5 Amplia primo prædictã conclusionem, si pæna, † vel bona venirẽt applicãda Baroni, & eius Fisco, ita cõsuluit *Anchar. cõs. 161. in primo dubio Affl. in cap. 1. in verb. & bona committentiũ nu. 127. ĩ tit. qua sint regal. Boss. de remed. ex sol. clem. princip. nu. 13. & 51. Anto. Sola ad cõst. Pedem. tit. de Indulgen. glo. 2. nu. 8. & 9. Surd. cons. 152. nu. 15. & cons. 203. n. 11. vol. 2. Frecc. de subfeud. lib. 2. Antho. 29. num. 2. in vers. Hoc ego tenendum, à Petr. de potesta. Princ. cap. 8. sub nu. 41. Do. Carol. Tap. de constit. Princ. in rubr. cap. 3. sub nu. 29. Decian. tract. crim. lib. 3. tit. de abolitio. n. 59. & in tit. de restit. in crim. læs. maiesta. nu. 10. fol. mihi 190. lib. 7. Bertaz. cõs. 155. n. 2. vol. 1. Doctis. Scipio Rouit. ad prag. 1. de senten. foriudicat. n. 17. vbi allegat Chopp. de Deman. Franc. lib. 1. titul. 8. nu. 13. Baiard. ad Clar. q. 59. nu. 62.* vbi multos refert idem *Petr. Anto. de Petr. de Potest. Princip. cap. 12. nu. 1. Thesau. decis. 266. num. 10. Franc. Marc. decis. 243. par. 2. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. n. 39. vers. idem est, Ioan. Ant. Lanar. in cons. 52. per totum, & Minad. in cõsti. in aliquibus, in verb. Comitum, & Baronum nu. 57.* vbi isti duo vltimi hoc ampliant in gratia delictorũ, cuius cõtrarium supra firmauimus; licet eorũ opinio forte procederet in Regno Neapolitano, in quo per Indultũ nouissimũ cõtrarium expresse cautũ est vt ibi diximus, Sed in Regno Siciliæ nũquam fuit de hoc dubitatũ, qnimò Barones exequuntur declaratione factam per M. R. C. quod aliquis vassallus gaudeat Indulto, & ita ego vidi seruatũ.

Hinc

6 Hinc est qđ in prædicto Indulto† cõcesso hoc eodẽ tẽpore in Regno Neapolitano fuit expressè dispositũ non extendi ad pænas Baronibus applicatas, & vna lex per aliam interpretationẽ accipit vt alias dixi *supra in c. 3. Camill. de Curt. de feud. par. 1. in verb. potest quoque nu. 19. fol. mihi 29. Anto. de Ball. lib. 5. pragm. 1. nu. 4. & 5. tit. 68. & nu. 13. fol. 179.*

Amplia secundo, si venirent applicanda† hæredibus occisi *Bald. in l. 3. C.*
7 *de senten. pass. & in l. Gallus §. & quid si tantũ ff. de lib. & posthum. Marsil. de Bãnit. ĩ verb. restituturũ nu. 1. in medio, Vivi. commun. opin. 78. Gomez. de tortur. reor. cap. 13. sub nu. 39. Ancharan. in cap. 1. de successio. ab intesta.* & est commu.* opin. vt refert *Bertaz. in cons. 163. nu. 18. Bruno. à Sole q. 19. nu. 5. in suis quæst. legal.* ratio est, quia istud non est pro pœna, sed pro satisfactione debita parti ciuili, cui non pōt præiudicari, adeò
8 quòd exemptio, & cancellatio† banni non præiudicat hæredibus in dicta dimidia, seu parte eis competẽte *Alber. in 4. p. statuto. q. 46. Bal. & Imol. in d. l. Gallus §. & quid si tantũ ff. de lib. & posthu. Canalcan. decis. 14. nu. 19. part. 1.* quidam author vbi infert quod Rex
9 † Galliæ numquam delicti remissionem, nec cõdemnationis restitutionẽ concedit, nisi excepta & reseruata satisfactione partis ciuilis, & subdit qđ etiam si nõ esset expressum subintelligeretur secundum *Bart. Bald. & alios Doct. supra allegatos in princip. huius capit. Pedam. dec. 138. nu. 11.* sed quia hęc ampliatio, licet si cõmunis, tamen ab ea discessit *Sfor. Od. de restit. ĩ integ. q. 99. art. 11. n. 100.* & dicit esse magis comm.* ideo secundum terminos iuris, vide cõciliationem positam *infra in cap. sequente in 8. Illatio.*

10 Amplia tertio in bonis† sitis extra territorium Principis indultantis, qa ad illa gratia nõ porrigitur *Anchar. d. cons. 161. Boss. de remed. ex fol. clemen. Princip. nu. 53. Baiard. ad Clar. quæst. 59. sub num. 15.*

Amplia quarto quod talis Indulgẽ-
11 tia, &† restitutio nõ porrigitur quoad damna & interesse, quæ ob mortẽ defuncti, vel aliter hæredibus occisi deberentur, vel cõpetere possent ad not. *in l. liber homo & ĩ l. qua actione & vbique glo. & Doct. ff. ad l. aquil. Boss. de remed. ex fol. clemen. Princip. nu. 23.* cum alijs per eum relatis *Paris. de Put. de sindica. verb. cõpositio cap. 7. nu. 10. Nell. de Bãnit. par. 1. 3. tempor. q. 11. Decian. tract. crim. tit. de abolitio. n. 75. Carrer. in pract. crim. in verb. vigesimonono excusatur nu. 18. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. nu. 60. Paris. cons. 1. nu. 65. vol. 4. Gram. cons. 34. nu. 2.* & cõmunẽ* dixit *Gomez. de tortur. reor. nu. 39. vers. tertio, & in spetie. Farinac. de Inquis. q. 6. nu. 18. vers. & licet aliqui,* vbi dicit hãc esse communẽ* *Doct.* opinionẽ, & nisi
12 hoc expressè dixerit Princeps,† quod etiã remitteret dãna, & interesse partis offensæ, ipsis nõ præiudicat *Clar. quæst. 59. vers. Adde ĩ pract. crim. Osas. Cache. Pedemon. decis. 138. nu. 11. Gab. de iur. quæst. non tollen. conclu. 2. nu. 6. Gram. voto 35. Vincen. de Frãch. decis. 213. n. 36. & 47. And. Gail. obserua. 114. lib. 1. Aegid. magistr. tractat. de appellat. c. 8. in decis. diuers.* qui ponit de gratia facta per Papã. *Canalc. d. dec. 14. n. 20. p. 1.*

Prædictam ampliationẽ limita, qñ
13 gratia† esset facta pro bono pacis, nam tunc posset Princeps ne dũ iniurias, & delicta, & eorũ pœnas, sed ẽt singularium personarũ dãna, & interesse absque eorũ consensu remittere secundũ comm.* *Doct.* opinionem, quã refert *Dec. in cõs. 520. num. 5. Petr. Bell. de re milit. num. 20. Vasqui. cõtrouer. Illust. Pers. cap. 4. nu. 11.* quos refert, & sequitur *Clar. in pract. quæst. 59. vers. adde, quod in princip. Gabr. cons. 172. nu. 46. lib. 1. Bonacos. cõmun. opin. crimi. verb. gratia seu*

seu remissio propè fi. Farinac. de inquis. q.6.num.24. Caravit. super Rit. Neapol. 272.nu.2. Nell. Bănn.p.1.3.temp.q.11. Gabr. de iur. quasi. cõclus.2.nu.1. Quod
14 tamen intellige † si causa vtilitatis fit expressa in ipsa Indulgentia *Farinac. in d. nu.24.* post alios per eum ad hoc cumulatos.

Quidquid tñ dicant prædicti *Doct.* in præcedenti limitatione, ego teneo,
15 †quod neque ex causa publicę vtilitatis possit Princeps remittere dãna, & interesse parti offensæ competẽtia, vt dixit *Dinus Thomas in 2.2.q.67. artic. 4. vers. sed Princeps*, cuius verba sunt infrascripta; *Sed Princeps qui habet plenariam potestatem in Republica, si ille, q passus est iniuriã velit eã remittere, poterit reum licitè absoluere, si hoc publicæ vtilitati videretur esse nocumentum*, & sic requiritur vt vtilitas publica, & voluntas offensi interueniant, hanc eandẽ opinionẽ latè prosequitur *Plot. in cons.73.n.55.cũ seq. Farinac. in pdicto loco nu.25.* & dicemus alibi de hac re.
16 Amplia quinto† etiã quòd per talẽ Indulgentiam tolleretur aliqua exceptio peremptoria, quæ non Fisco, sed parti cõpeteret, tunc enim nõ valeret, putà si quis dãnatus esset qđ violẽter inuasisset possessionem alicuius beneficij, quo casu priuatur ipso iure omni iure suo vt habet *in cap. cum q de praben. in 6.* si talis violentiæ veniam, vel abolitionem impetrasset, non valeret talis Indulgentia quòad interesse partis, & ideo posset ea non obstante opponere exceptionem peremptoriã, qđ priuatus est omni iure suo vt notant *omnes in cap. ex parte il 2. de offi. deleg. Alex. cons.136.col.2.vol.2. Gomez. regul. Cancella. in reg. de non tollend. iur. quasi. quæst.18. in fi. Decian. de abolitio. tract. crim. lib.3.nu.53. Nell. de Bannit. par.1.3. tempo. quæst.11.* vbi latè.
17 Amplia sexto, quanodo pars † pænæ venit applcanda alteri priuato iurisdictionem habenti *Abb. cõs.6. col.3. vers. ex prædictis infero vol.2. sequitur Boer. decis.65.num.3. Berzazol. latè in cons.163.nu.8.vol.1.* & in eo qui condemnationes, & pænas cõduxit idem *Bertaz. cons.267.vol.2.*

Amplia prędictas oẽs ampliationes
18 etiã si talis restitutus† fuerit, & indultatus pro bono publico, & motu proprio aduersus bannũ, & oĩa in eo contenta, quãdoquidẽ non intelligitur restitutus ad damna, & interesse, & pœnas partibus applicandas per *tex.* nostrum hic dum dicit (quæ ad Fiscum nostrum spectaret) & hoc ad tollẽdas omnes prædictas difficultates.

Limita primo prædictam conclu-
19 sionem, vt procedat in pęna, † quæ debetur de iure naturali, vel gentium, secus si pæna debetur de iure ciuili; seu municipali, vel ex priuilegio Principis *Menoch. de arbitr. Iud. cas.447. in 5. centur. nouiter impressa num.17. Additio ad Bertazol. consil.163. volum.1. Surd. cons.152. & cons.203. nu.24. & 50. volum. 2.*

Limita secundo, quod licet Prin-
20 ceps† non possit remittere pænam parti applicandam, potest tamen parti imponere silentium, & illi prohibere audientiam vt tenent *Docto. omnes in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & posth. latè Cur. iun. cons.310. num.72. cum sequen. volum.3. addit. ad Bertaz. d. cons.163. volum.1. Borell. de præst. Reg. cap.38. nu.17.*
21 Limita tertio, quando pæna † veniret applicãda parti, non propter iniuriam sibi illatam, sed per per aliam causam, nam tunc Indulgentia generalis ad ea bona, & pænas extenditur vt dicam latius *infra in cap. sequen. in 8. illatio.*

Amplia prædicta etiam in pænis improprijs, vt tradit *Dom. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. de Abund. §. 3. num.9. & seq.*

TEX-

TEXTVS.

Dummodo pæna, vel mulcta, vel condemnatio realiter exacta, incorporata, asfignata, acceptata, vel compofita nõ fit, aut aliter pro ea Fifco noftro cautum fuerit, vel bona ipfa iam per fententiam à Iudice latam exprefsè cõfifcata nõ fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ remiffæ ex Indulto non cõprahendunt pœnas exactas, n.3. Amplia fi effet interloquutũ, quod exigatur, n.4.*

2 *Bona confifcata poft fententiam non reftituuntur.*

5 *Gratia facta de pœna non expreffo, quod erat foluta eft fubreptitia.*

6 *Verbum (incorporata) quid operetur.*

7 *(Affigno) verbum denotat dominij trãslationem.*

8 *Verbum (acceptata) quid fignificet.*

9 *Pœna compofitio qualiter fiat.*

10 *Verba (fifco cautum fuerit) qualiter intelligantur, & de ftilo M.R.C.*

11 *Bona ex præfenti decreto poft fentẽtiam non reftituuntur, quid fi confifcatio veniebat ipfo iure num.13.*

12 *Limitata caufa, limitatũ pducit effectũ.*

14 *Pœna quando impofita eft ipfo iure, an requiratur fententia declaratoria.*

15 *Dominiũ bonorũ ante fentẽtiã nõ amittitur, qñ pœna eft impofita ipfo iure. Limita quoad adminiftrationẽ rerũ n.16*

17 *Fructus veniunt à die cõmiffi delicti, qñ bona veniunt confifcanda ipfo iure.*

18 *Sententia lata per bannum, an operetur amiffionem bonorum ftante præfenti decreto, & num.26. & 27.*

19 *Inuentariũ bonorũ fit lata sẽtentia bãni aliquando ante contumaciam nu. 20.*

21 *Baro feu feudatarius ftatim, ꝙ eft contumax amittit poffeffionem feudi, & fit fequeftrum iurifdictionis nu.25. Et ammittit interim iudicaturã nu.22.*

23 *Baro contumax non poteft iudicare in caufis vaffallorum.*

24 *Vaffallus contumax dicitur contendere contra dominum.*

28 *Indultatus ante fententiã recuperat bona etiam alienata.*

29 *Gratia, & reftitutio facta à Prĩcipe non cõprehẽdit bona alienata, & ibi dãtur rõnes, ẽt fi effet facta motu ꝓprio n.34*

30 *Princeps aggratiando non præfumitur præiudicare velle iuri tertio quæfito.*

31 *Remiffio bonorum decreto noftro non extenditur ad bona alienata, amplia in nominibus debitorum nu.37.*

32 *Gratia non comprehendit bona alienata, etiam fi in fupplicatione effent petita.*

33 *Indulgentia bonorum non comprehendit bona peruenta in manus tertij ex titulo lucratiuo.*

35 *Bona alienata non veniũt in remiffione, fi bãnum, feu cõdemnatio effet nulla. Limita nifi tertius fuerit citatus, in declaratione nullitatis nu.36.*

38 *Bona alienata veniunt in remiffione, fi fuerit dictum per Principem non obftante quacumque condemnatione.*

39 *Reftitutio non extenditur ad bona data in commendam.*

40 *Comendatarius an fit verus dominus.*

41 *Feudum alienatum non venit in remiffione generali Amplia nu.42.*

43 *Hæreticus reftitutus an recuperet bona incorporata.*

44 *Gratia extenditur ad bona alienata, fi effet dictum (nõ obftante banno quod pro non facto habeatur.)*
Item fi gratia effet plenifsima num.45. vbi dantur exempla.
Item fi bona ante reftitutionem reuerfa fuerunt ad Fifcum num.46.
Item fi cõftat ex mente Principis n.47.
Item fi id faciat ex caufa publica vtilitatis nu.48. amplia nu.49.
Item ad eorum pretium nu.52.
Item fi ex iufta caufa nu.53.
Item fi ex caufa nulla fuiffent transla-

ta num.54.
Item si excepta sint aliqua bona alienata num.55.
Limita si alienatio esset facta in Ecclesiam num.56.
Idem ante possessionem bonorum alienatorum captam sub num.56.

50 Sententia lata contra bannitũ restitutũ durante bãno, an rescindantur, & q̃n.

51 Possessores bonorũ alienatorũ recuperãt pretiũ à Fisco, vel Principe vendẽte.

57 Restitutus ad bona recuperat ea mãdato Iudicis, non propria authoritate.
Et an remediis reintegranda, & restituenda num. 58.

59 Indulgẽtia an extẽdat ad bona cõsũpta.

60 Indultatus ad bona non recuperat fructus, & nu.65. cõtra n.62. lim.n.67. lim.2. in fructibus pendẽtibus n.68.
Item in restituto per viã iustitiæ nu.69. Itẽ in plenarie restituto nu.71. Itẽ in possessore malæfidei nu.72. Itẽ in fructibus perceptis pendẽte supplicatione nu.73. Itẽ si ex verbis Indulti aliud appareret nu.74. Itẽ quando dominio bonorum non fuit priuatus nu.75.

61 Officialis suspensus, & restitutus, an recuperet salarium, & num.70.

64 Debitor soluens Fisco est liberatus.

65 Restitut⁹ p bono pacis recuperat fruct⁹.
Amplia in restitutione per viam compositionis nu.66.

76 Restitutus si ad bona incorporata non restituitur, ita nec hypotecam super eis experiri potest.

77 Gratia præsentis decreti ad bona Fisco competentia tantum restituit.

78 Restitutus ad bona alienata, an recuperet bona parentibus acquisita, & distingue num.79.

89 Bãnitus restitutus ad bona alienata, recuperat feudum domino quæsitũ. Amplia nu.83. & 84. limita nu.85.

81 Primogenitus felloniã cõmittens non recuperat feudũ secundogenito acq̃sitũ, si fuerit aggratiatus. Intellige n.82.

86 Bannitus seu deportatus restitutus recuperat bona agnatis acquisita, quid in Regno Neapol. num.87.

88 Vxor bãnita si restituitur, recuperat bona marito acquisita.

89 Restitutus ad bona, recuperat iuspatronatus consanguineo acquisitum.
Item & ius contra tabulandi nu.90.

91 Mater amittens successionem filii ob non petitum tutorem, si fuerit restituta, eam recuperat.

92 Bãnitus, seu cõdẽnatus restitutus recuperat bona substitutis acq̃sita. Idẽ ĩ filio substituto ĩ casu ĩcapacitatis n.93.
Idẽ q̃n bona erãt cõseruãda ĩ familia n.94. Intellige sub eod. nu. q̃n substituti eorũ possessionẽ non apprehendissent.

95 Bãnitus restitutus recuperat partẽ consanguineis acquisitã vigore statuti.

96 Vxor restituta recuperat dotẽ ob adulteriũ marito acquisitam, contra nu.97.

98 Restitutus recuperat partem delatori ex statuto acquisitam.

99 Bãnitus restitutus recuperat ius defensionis bannito contra offensum non competens. Intellige num.100.

101 Deportatus, seu bannitus restitutus recuperat bona in alterius manus peruenta durante banno, non ea quæ antea non erant acquisita.

102 Pater restitutus recuperat hæreditatem aui durante banno nepoti acquisitam.
Amp. si ab ĩtestato successisset nepos n.103
Itẽ si nepos hæreditatẽ nõ adiuit nu.104.
Item si fuerit pater restitutus ob mortẽ aui num.105.
Item in quocumq. restituto ob eius incapacitatem bona amittente nu.106.

107 Doctor restitutus, an recuperet locũ ĩ collegio amissũ, & nu.111.113. & 114. qd in restitutione amplissima n.112.

108 Restitutio gratiosa extenditur ad omnes dignitates, etiam de futuro nu.109.

110 Dignitatem impetrãs, nõ tenetur facere mentionem de gratia aliàs obtenta.

115 Restitutus ordini recuperat locum alteri concessum.

116 Restitutus ad canonicatũ recuperat stallum

CAP. XXII.



EXTVS iste diuiditur in duas partes, ĩ prima loquitur de pænis, & cõdemnationibus pecuniarijs, in secũda de bonorũ cõfiscatione, secunda ibi (vel bona ipsa.)

1 Nota primo, quod pęnæ † pecuniariæ etiam post sententiam cõdemnatoriam remissæ ex præsenti decreto, non extenduntur ad pænas iam exactas, & Fisco realiter acquisitas ꝑ apprehensionem, & incorporationem.

2 Nota secundo, quod bona † confiscata post sententiam non veniunt restituenda stante Indulgentia, & remissione præsentis decreti, sed tantũ bona, quæ ante sententiam Fisco applicanda veniebant. *D. de Pont. de potest. Prorreg. tit. de electio. official.* §. 1. *nu.* 9. subdens quod post sententiam solus Princeps indulget.

Primo igiĩ requiriĩ ad hoc, vt indultatus censeaĩ quoad pænã, & condẽnationẽ pecuniariam, quod illa nõ fit per Fiscum realiter exacta, † & sic etiã
3
qđ lata esset sentẽtia (quod exigatur)
4 † si tamen per Fiscum nõ fuerit realiter exacta ex præsenti decreto remissa est, & non potest pro ea amplius molestari D. *Carol. Tapp. in rubr. de constitut. Princip. num.* 29. *vers. nec etiam, Anna in cap.* 1. *de vassal. decrep. atat. num.* 226. vbi ait ita fuisse aliàs seruatum, & tum passim fuit pluries in hoc Regno iudicatum, & præsertim in M. R. C. pro Vincentio Agliata, & in tãtum hoc verum est, vt si pæna esset soluta, & peteretur eius remissio, & nil dictum fuerit, quod pæna erat soluta,
5 tunc gratia † obtenta esset subreptitia *Baiard. ad Clar. in pract. q.* 59. *nu.* 88.

Secundo requiritur, quod non sit
6 incorporata, † quod intelligo, vt sit translata in posse Fisci, & nõ sufficiat sententia, quod incorporentur ex prędictis verbis (realiter.) Adde *Farinac. dec.* 90. vbi supradicta verba declarat *Regn. Sext. de reg. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 33. *et* 35.

Tertio requiritur, quod non sit assignata, hoc est non solum dominium
7 trãslatum per illud verbum † (assigno) ad tex. *in l. item si verberatum* §. 1. *ff. de rei vendicat. Bart. in l. si constante ff. solut. matrim. num.* 93. *& ibi addentes*, sed etiam possessio *Alfar. de iur. fisc. glos.* 34. §. *fi. num.* 332.

Quarto requiritur, quod non sit ac-
8 ceptata, † hoc est recepta. *D. Catal. de abolit. cap.* 18. *num.* 103.

Quinto requiritur, quod talis pęna
9 nõ sit cõposita, † puta, quia pęna fuerit vntiarũ centũ, & fuisset accordata cũ Fisco ꝑ dimidia parte, sed quæ requiraĩ ad hoc vt fiat talis cõpositio vide *Paris. de Put. de sind. in verbo cõpositio.*

Sexto requiriĩ, ꝙ pro tali pæna, vel
10 cõdemnatione Fisco aliter cautũ † nõ

sit,quod quidē intelligi pōt,si pro tali
pæna fuisset præstita fideiussio de stā-
sto iuri,& iudicatum soluendo,vel de
nō barattandis iuxta formā pragma-
ticarum Regni,*Anil.in cap.20.sindica.*
nu.3.fol.mihi 278.vel processū ad car-
cerationem,verum quia verba tex.re-
pugnare videntur,dum remissio pęnæ
cōceditur ēt si processum fuerit ad cō-
demnationē, & clarùm est quod præ-
dicta oīa præcedunt condemnationē
ipsam,ideo in M.R.C. indistinctè iu-
dicatur,quod gaudeāt indulto, etiam
facto inuētario,& prædictis oībus in-
teruenientibus,si pęna adhùc per Fiscū
non fuerit exacta, & ita seruatur.

Septimo,& vltimo requiritur qua-
tenùs pertinet ad bonorū confiscatio-
nē, qđ pro ipsis non fuerit processum
ad sententiæ prolationē, per quā fue-
11 rit declaratū bona † ipsa esse confiscata
per dispositionē tex. nostri,& tex.*in l.*
rescripta in fin.C.de prec. impera. offer.
D.Carol.Tap.in rub.de Consti.Princip.
cap.3.nu.10. & 11. & alia, quæ suprà
cumulaui *in c.20. in verb. bonorū cōfi-*
scatione limit.7. Sed aduerte, q huius-
modi sententia dēt esse diffinitiua, &
quòd fecerit transitum in rē iudicatā,
adeo quod ab ea nō possit amplius re-
clamari,vt aliàs fuit declaratū in Reg.
Camera Summarię,die 20. Octobris
1572. referente D. Anibale Moles in
Collaterali consilio,& hoc pro decla-
ratione Indulti Regno Neapolitano
concessi die 26. Ianuarij 1572. qđ est
sub eadem forma præsentis decreti vt
77 q̃d gratia † & Indulgentia, quæ fit ex pręsenti Decreto comprehendit bona in Fiscum translata, vel competentia, & non ad alios ita dicit *tex. hic*, ibi (*vel aliter Fisco cautum fuerit*) & melius *supra* ibi (*quæ ad Regium Fiscum spectarent*) & dixit *Bal. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de libe. & posth.* dum ait, quod stante Decreto, quod occisores banniantur, & pars suorum bonorum applicetur Cameræ dominij, alia verò pars hæredibus occisi, si occisores beneficio Principis sint restituti, non recuperabunt bona pro parte applicata hæredibus, sed tãtum pro parte applicata Fisco iuxta Decretum nostrum, vt ibi *in c. præsenti, nu. 1. & nu. 7.* sed secũdum iuris dispositionem posset du-
78 bitari an restitutus ad bona alienata, recuperet bona parentibus acquisita? super quo hinc inde fuerunt opiniones, nã pro parte negatiua possent allegari prædicta, nec non & notata per *Doct. in l. venia, C. de ĩ ius vocan. & ea*, quæ latè deduxi *supra in praced. cap.* Pro parte verò affirmatiua facit, quia cum immediatè absque alio facto intermedio ex sententia banni acquirať ius tertio, tunc ex vi restitutionis omnia bannito reintegrantur, quia sentẽtia perimitur, ideo causa reducitur ad nõ causam, & infecta radix inficit, q̃d ab ea immediatè deriuatur *Bal. in l. fi. n. 5. & 6. C. de sent. pass.* & est communis * opinio secundum *Alex. in l. Gallus, §. & quid si tantum nu. 19. ff. de lib. & posth. & ibi Aret. & Ias. nu. 62. Fortu. Garz. nu. 153. Boss. in tit. de resti. quæ fiunt à Princ. nu. 8. Natt. cons. 471.* vbi ait ab hac opinione non esse recedendũ, nec in consulendo, neq. in iudicãdo, *Ang. in l. si pater filium, ff. de adop. Bero. cõs. 60. num. 19. vol. 3.* post alios, quos refert, & sequitur *Rol. in d. consil. 45. nu. 25. lib. 4. Bursat. cõs. 54. nu. 26. & seq. & seq. lib. 1. Alba. cons. 1. nu. 20. Io. Pet. Surd. cons. 203. nu. 3. & 39. ver. Nec me monet, vol. 2. Sforz. de restit. in integ. q. 99. art. 10. n. 74. & art. 11.* vbi post alios per eũ relatos subdit, quod non minus recuperari debent bona si ad alios nõ priuilegiatos ipso iure de-

uoluta sunt, quam recuperari possent, si ad manus Fisci, qui priuilegiat' est, peruenissent; dũ ergo si ad manus Fisci peruenerint, ab eo recuperentur, vt dictum est, ergo & multo magis recuperabũtur ab alijs, hinc est, quod quãdo ius competit alicui ex solo impedimento, & inhabilitate alterius, si restituatur ille à Principe, potest etiam cũ præiudicio illius iuris tertio quæsiti, quod suum est recuperare secundum *Alba. in l. sed si mors, nu. 7. de donat. inter vir. & vxor.*

Veritas est secundum *Pereg. de iur. fisc. lib. 5, tit. 2. sub n. 54. ver. in hac DD.*

79 quod aut clarè constat de mẽte Principis volẽtis restitutum habere etiam bona hæredibus offensi acquisita, & tunc restituẽda sunt, quia Prĩcipis voluntas pualet, aut non constat, & subdistingue, quod aut ius fuit quæsitum tertio immediate non in vltionem suę iniuriæ, & hoc casu restitutio prodest, aut fuit quæsitum in vltionem suæ iniuriæ, & per Indulgẽtiam ius illud nõ videtur ademptum, quia iniuria non fuit sublata, & hãc distinctionẽ ponit *Gallian. in d. §. & quid si tantũ, nu. 70.* quæ vera est, & indistinctè procedit, siue statutum deferat offenso, aut eius hæredibus partem bonorũ sub nomine quotæ bonorum, vel sub titulo pœnæ pecuniariæ.

Ex prædicta conclusione noto pri-

80 mo, quod bannitus restitutus recuperat feudum, quod immediate per cõdemnationẽ ammiserat quæsitũ dño, vel ecclesiæ, *And. ĩ c. 1. de vassal. decrep. atat. ĩ add.* quem ibi sequitur *Præpos. & Affl. num. 25. Bellame. dec. 743. idem Affl. ĩ c. 1. in 6. notab. Hic fuit. lex. Brunor. a Sole in suis quæstio. legal. q. 19. nu. 28. 33. & 47. Fel. in c. inter quatuor nu. 5. de maior. & obed. Fortun. Garsia in l. Gallus, §. & quid si tãtum, n. 274. & ibi Galian. n. 72. ff. de liber. & posth. Surd. cõs. 203. n. 2.* quæ cõclusio procedit ẽt in bonis emphiteuticis, quę equipatãtur bonis feudalibus *Bellame. d. decis. 743. Sforz. de restit. in integr. q. 99. art. 10. nu. 82. Decia. tractat. crim. lib. 3. de abolit. num. 59.*

Et licet idem *And. ĩ c. 1. §. præterea, n. 14. Quæ sit prim. caus. benef. ammitt. & ibi Affl. post plures ĩ gl. 3. n. 90. Luc. de Pen. ĩ l. cum allegatis, col. vlt. C. de re milit. lib. 12. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. sub nu. 33. Gigans de crim. laes. maiest. tit. de pen. committẽ. crim. laes. maiest. q. 20. Menoc. cõs. 275. n. 41. Affl. ĩ c. domino guerram in 6. notab. nu. 43. Hic fuit. lex. Natt. d. cons. 471.* dicãt quod si fili'

81 † primogenitus viuẽte patre felloniã commisit contra dñum, & Princeps mortuo patre, & iure quæsito secũdogenito restituit eum, nõ recupetat feudum quæsitum secũdogenito, tamen

82 hoc verum est, sed nõ procedit in terminis nostris, cum secũdogenitus, ex eo tantum admittat, quod deficiat primogenitus, nec capiat ex concessione, vt rectè aduertit *D. Carol. Tap. ĩ rub. de cõstit. Princ. c. 3. nu. 24.*

Amplia prædictam conclusionẽ ẽt si feudum, † vel emphiteusis fuerit ac-

83 quisita fratribus, seu filijs ad quos p̃dicta bona regulariter transeunt iuxta formã inuestituræ *Clar. in §. emphiteusis, q. 29.*

Amplia secundo, vt non solum pri-

84 mogenitus, † sed etiã eius filius dicuntur habilitati ad feudum restituto patre iuxta terminos, *l. quisquis, §. filij verò C. ad l. Iul. Maiest. Affl. ĩ c. 1. gl. 3. n. 91. & seq. in tit. qua fuit prim. caus. benef. ammittẽ. Incert. Auth. de crim. laesæ maiest. q. 4. n. 6. et 7. Sal. ĩ l. cõstituti, col. 1. C. ad l. Iul. de adulter. Pet. Surd. cons. 189. nu. 10. vol. 2. Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. n. 73.* nam hæc remissio gratiosa tollit penitus omnem maculã fellonięæ, & rebellionis, vt dixit *Pert. Imol. in cons. 167. nu. 69. 70. & 71.* vbi loqtur de restitutione Ducis Ferrariæ.

Limi-

Limita eamdem conclusionem pri-
85 mo, nisi feudum † de sui natura perderetur per damnationem, & reconsolidaretur dominio directo, tunc enim non recuperaretur *Bellamer. ĩ dec. 743. vers. 4. ex eadem.*

Limita secundo, nisi feudum fuerit in alterum translatum *Affl. in c. 1. de vassal. decrep. aeta. vers. & bona, n. 127. Rol. d. cons. 45. n. 11. lib. 4.*

Secundo principaliter nota, quod si aliquis est deportatus, seu foriudicatus, & eius bona peruenerint ad agnatos, filios, seu fratres, iuxta *tex. ĩ l. fin. C. de sent. pas. & ibi Bal. n. 6. Fortu. Garsi. in d. §. & quid si tātum, n. 238. & ibidem Aquilin. nu. 94. Ias. in l. sed si hac, §. liberos, nu. 4. de in ius voca. Bellam. in*
86 *dec. 743.* si fuerit restitutus † recuperabit huiusmodi bona per *tex. in d. l. fin.* vbi communiter * *Doct. Bal. Alex. Ias. Aret. Ruy. & caeteri in d. §. & quid si tātum Affl. in const. Comitibus, in 5. q. post And. in c. 1. de vassal. decrep. aeta. Gail de pace publica, lib. 2. in 3. limit. ver. sed vt ad propositū*, & in speciè concludit *Vinc. de Frac. dec. 213. nu. 41. D. Carol. Tapp. in rub. de const. Princip. c. 3. nu. 24.* qui dicit hoc verificari posse in Ciuitate Neapolis, vbi ex capitulo concesso
87 Neapolitanis † eorum bona non publicant, nisi ex capite haeresis, & laesae maiestatis in primo capite, & eorum bona spectant ad agnatos, vt fuisse decisum refert in Regia Camera, & Magna Curia teste *Aquilino in d. §. & qd si tantum, num. 74.* & in Sacro Cōsilio testatur *Vinc. de Fran. d. dec. 213. n. 10.*

Tertio noto, quod si ex dispositione legis maritus consequat bona, & dotem vxoris bannitae, si illa postea resti-
88 tuat, & fuerit remissa à Principe, recuperabit bona marito acquisita *Fel. in c. inter quatuor, nu. 5. de maiori. & obedie. Gallian. in l. Gallus, §. & quid si tātum, n. 72. ff. de libe. & posth.*

89 Quarto nota, quod restitutus † ad bona alienata recuperabit ius patronatū, quod propter bānū amiserat, & proximiori consanguineo fuerat acquisitum, vt est *tex. expressus in l. siue libertas, ff. de iur. patron. l. sed si hac §. si per poenam, ff. de in ius vocan. & in l. 1. ff. de sent. pass. Ang. Alex. & Aret. in l. Gallus, & quid si tantum, ff. de lib. & posthu. Ruy. cōs. 153. nu. 5. lib. 5. Menoch. cons. 186. nu. 16. in fi. lib. 2.* hinc est, qđ si patronus sit deportatus, & restituat,
90 recuperat ius † contratabulandi, vt est text. *in l. 3. §. si deportatus, ff. de bon. liberto.*

91 Quinto nota, quod si mater † ob nō petitum tutorem filio, illius successionem amiserit, deinde fuerit à Principe restitura aduersus hoc delictum, erit quoq. restituta ad successionem filij, vt singulariter decidit *Ruy. cons. 86. n. 5. & seq. lib. 5.* vbi latè hanc comprobat conclusionem.

Sexto nota, quod si ex fideicommisso bona veniunt applicanda substitutis, vt regulariter fit per multos testatores, & donatores inter filios in casu delicti, & confiscationis bonorū, hoc
92 casu restituto, & remisso † ipso haerede, recuperabit bona de manu substitutorum, *Rol. cons. 45. num. 32. vers. pariter non obstat lib. 4. Sforz. de restitu. in integ. q. 99. art. 10. nu. 94.* vbi idem dicit procedere in substituto dato fi-
93 lio † in casu incapacitatis, & hoc etiā procedit si ex dispositione testatoris hoc fuerit dispositum, vt ego pluries vidi in vltimis voluntatibus, & donationibus, quae fiunt per pa ies, vel alias coniunctas personas; Idem etiā
94 dicendum est, quando bona † essent prohibita alienari, vt conseruarentur in familia, & propter publicationē peruenerit ad illos de familia, vt dixit *Alba. ĩ cons. 1. n. 8. & 20.* subdēs hoc locū habere, et si Princeps dicat in gratia restituimus ad bona sine alterius p̄iudicio *Baiar. ad Clar. in §. fi. q. 59. n. 57.*

Præcedentem conclusionem intel-
lige procedere, quando illi substituti
possessionem illorum bonorum adhuc
non apprehendissent *ex cons. Nat.* 470
nu. 20. quem latè sequutus fuit *Surd.*
in consil. 203. *num.* 12. *per totum, vol.* 2.

Septimo nota, quod si ex forma sta
tuti bona fratrum in casu delicti, & cō
fiscationis applicātur sororibus, sicut
in Regno, in quo per eius constitutio-
nes in casu confiscationis reseruatur
certa pars consanguineis, si talis frater
95 vel alius restituatur † recuperabit bona
hæc de manibus sororum, seu consan
guineorum, qui hoc pretextu illas sibi
occupauerunt, ita *Bombin. in cōs.* 18. *n.*
41. *& sequen.*

96 Octauo nota, quod si vxor ob adul
terium amiserit dotem, vel donationē
propter nuptias iuxta *tex. in c. plerū-
que extra de donat. int. vir. & vxor. l. cō
sensu, C. de repud.* Item & dotarium, vt
dixit eruditissimus *Marius Muta. super
consuet. Panor. c.* 76. *n.* 42. Quæ omnia
marito applicantur *Rem. sing.* 315. *Pet.
Gerard. sing.* 48. *Menoc. de arbi. cas.* 287
qđ si fuerit restituta aduersus infam
adulterij, & bānum, recuperabit dotē,
quā vir lucratus fuerat, vt cōsuluit *An
char. in cons.* 408 *incip. probata Brun. à
Sole ī suis quæst. legal. q.* 19. *sub nu.* 46.
nisi dicas, quod hoc procedere nō pos-
sit stāte suptadicta distīctione, qđ dos
97 † applicatur marito ob iniuriam, quo
casu ad eam restitutio non extēditur,
vt supra dixi.

Nono nota, quod si ex statuto ap-
plicabit aliqua pars pęnę delatori, si
98 fuerit restitutus † eam recuperabit *Pe-
reg. de iur. fis. lib.* 5. *n.* 2. *sub nu.* 54. *vers.
Hinc etiam infertur*, quem refert, & se-
quitur *Scipio Rouit. ad pragmat.* 11. *de
Aleat. num.* 2.

Decimo nota, quod si extat statu-
tum quod contra bannitum possit of-
fensus impune se vendicare, prout ex-
tare, & seruari Florentiæ ait *Ruyn. in l.
Gallus, §. & quid si tantum, num.* 183.
ff. de liber. & posthum. & Roman. consil.
392. *colum.* 2. *incip. quæritur quid iuris:*
99 si fuerit restitutus † recuperat hoc ius
defensionis, adeo, quod non poterit
amplius impunè offendi *Sfurz. Od. de
restitut. in integr. q.* 99. *artic.* 10. *nu.* 88.
Ang. cons. 256. *nu.* 3. *& per totum, Ruy.
in d. l. Gallus. §. & quid si tantum, d. nu.*
183. *ff. de liber. & posthum.* quod ta-
100 men intellige † si non fuisset simplici-
ter restitutus, sed etiam aduersus deli-
ctum, & iniuria fuisset remissa, alias
enim in simplici restitutione hoc resti-
tutus non recuperaret, vt dixit *Nell. de
bannit. in* 1. *par.* 3. *tempo. quæst.* 10. vbi
ait ita fuisse suo tempore iudicatum,
quæ quidē opinio *Nelli* mihi satis du-
ra visa est, & ideo eam in simplici re-
stitutione tenerem.

Vndecimo nota, quod bannitus re-
101 stitutus † ad bona, recuperat ea tātum,
quæ ob sui incapacitatem in aliū per-
uenerint, secus tamen ea, quæ num-
quam acquisiuerat ita *Bar. in l. fin. nu.*
8. *C. de sentent. pas. & Sal. ibi, num.* 18.
*Paul. Castr. in l. Gallus, §. & quid si tan
tum, ff. de libe. & posthu. & ibi Ruy. nu.*
119. *Crot. nu.* 133. communem * dicit
Boss. de remed. ex sol. clem. Princ. nu. 13.
Clar. in §. fin. quæst. 59. *num.* 8. *Ascan.
Clem. de patri. potest. cap. vlt. num.* 40.
Surd. cōs. 79. *n.* 15. *vol.* 1. *et cōs* 90. *n.* 42.
& ratio est, quia non dicitur ammit-
tere, quod numquam habuit, & de
hoc alibi dixi.

Duodecimo nota, quod pater resti-
102 tutus recuperat hæreditatem aui, quæ
defuncto auo, durante bāno ad nepo-
tem peruenit, illamq; sibi occupauit,
vt dixit *Crot. in d. l. Gallus, §. et quid si
tantum nu.* 161. *ff. de libe. et posth. Natt.
super statu. exclud. femi. q.* 3. *n.* 14. *latè
Fortu. Gars. in d. §. et quid si tātum, nu.*
128. *vsq. ad nu.* 131. qui hanc pluribus
rationibus defendit conclusionē *Ce-
nal. cem. cent. com. q.* 877.

Con-

Contrariam tamen opinionē communem esse ait idem *Fortu. Garf. in d. loco sub n.227. in fi. per gl. ī d. §. et quid si tantum, in verb. emancipatus, in fin. et* de magis* communi testatur *Sfor. Od. in d. quest. 99. art. 2. sub. nu. 16.* illamq. amplexi fuerunt *Bar. Bald. & scribētes* omnes post *glos. magnam ibi in d. §. & quid si tantum Peregr. post alios de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. n. 33. Menoch. cons. 186. nu. 10. vol. 2.* subdēs hanc conclusionē sine cōtrouersia procedere, quādo nepos iste pendente banno filij, hæreditatem aui adhiuit *D. Io. Franc. de Pōt. in cons. 69. num. 11.* vbi in fin. ait secūdum hanc opinionem fuisse iudicatū, attamen licet prima opinio verior, & equior sit secundum *Sforz. in loco præallegato*, egò à secūda numq̄ recederē.

Amplio primo prædictam conclusionem si ab intestato successisset ne-
103 pos† vt dixit *Bellamer. in decis. 743. col. antepenul. vers. sed quid si ex persona.*
104 Amplio secundo, quando † nepos hæreditatem nō adhiuit, & pater fuit restitutus, vt dixit *Bar. in l. 1. §. si filius ff. ad tertullia. Iason d. §. & quid si tātum num. 65. in fi.* vbi dicit hoc esse de mente *glos. ibi Bellame. d. dec. 743. sub nu. 9. vers. item secundo Ruin. cons. 153. nu. 5. lib. 5.* & hanc esse magis* comm. opinionem testatur *Sfor. Odd. d. q. 99. art. 2. sub nu. 21. & sequitur Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. nu. 37. & 38.*
105 Amplia tertio, qn̄ pater † fuisset restitutus ante mortem aui, nā tūc pater restitutus hanc recuperat successionem *glo. in d. §. & quid si tantum in verb. esset in fi. & ibi Bart. num. 10. & Galiau. n. 56.* cū alijs relatis per *Sforz. in d. art. 2. nu. 12.* qui multis hoc comprobat rationibus.

Amplia quarto in quocumq. alio
106 restituto † cuius bona ob eius incapacitatem durante banno ad proximiores peruenerunt *Sforz. in d. q. 99. art. 1. nu. 3. post alios per eum relatos, Petr. Surd. cons. 79. nu. 15. & cons. 90. nu. 42.*
107 Decimotertio nota, quod si aliquis amisit locum, collegium, vocē, vel prærogatiuam aliquam, quæ ad sequentes in ordine deuenir, si fuerit restitutus ad bona, & indultatus, ea omnia recuperabit, & si proximiores in gradu eorum possessionem nacti fuerint, ita firmat *Fortun. Garf. in l. Gallus §. et quid si tantum nu. 235. ff. de libe. & posthu. & ibi Alciat. nu. 125. & seq. Crot. nu. 118. & Ruin. n. 181.* vbi ait esse magis* comm. opin. *Natt. cōs. 471. per totū Rol. cōs. 45. nu. 25. vol. 4. Surd. cōs. 203. nu. 5.* qui loquitur in Cardinali restituto (prout contigisse asserit tempore Iulij 11.) qui recuperat locū, sedē, ordinem, & episcopatum, & facit tex. *in l. 1. C. de senten. pas.* ibi *(ordini cæterisq. omnibus) Peregr. de iur. fisc. lib. 5. tit. 2. n. 40. vers. limita primo*, & ratio est qa
108 restitutio† hæc gratiosa extenditur ad omnes dignitates, ordines, & prærogatiuas propter bannum amissas *d. l. 1. & ibi glo. & tex. cum glo. in §. 1. vers. sed si ex Indulgentia institt. quib. mod. Ius patri. potesta. solui. Andr. & Affl. in cap. 1. de vassal. decrep. ata. & in cap. 1. notab. 6. Hic fini. lex.* restituit enim ea omnia, quæ lesio abstulit secūdum *Andr. in loco prædicto Sforz. Odd. de restit. in integ. quast. 96. art. 2. vbi nu. 11.* ampliat hoc procedere etiam quoad
109 dignitates, † & honores de futuro *Bal. in l. Imperialis nu. 1. ī fi. C. de nupt. per illam tex. ī §. 1. in verb. neque vocabulū, et idem Bald. ī tract. statu. in verb. bānitus n. 22.* adeo quod si talis restitutus,
110 & † indultatus vult impetrare dignitatem aliquam, non habet necesse facere mentionem de aliquo delicto, & infamia subsequuta, & de gratia, quā obtinuit, vt singulariter dixit *Bald. in cap. cum te num. 6. de rescrip. Dec. cum alijs concordan. in l. liberos num. 4. C. de collat.* & est comm.* opinio secundum *Sforz. ī loco præallegato.* Hinc dixit *D. Carol.*

Carol. Tapp. in rub. de confit. Princ. c. 3. nu. 23. quod cum supernumetarius, q primo loco reperitur succedat ex iuris dispositione sublato aliquo de collegio, vel mortuo secũdum *Nicol. Neapol. in l. si is qui tres ff. de excusat. tuto.* cõsequens est, vt restituto primo, suus locus restituatur, cum is, q in eius locum succedit, non habeat ex concessione, nec conuentione, sed ex sola legis dispositione, & ita firmat *Surd. in d. cõs.* 203. *nu.* 5. *vol.* 2. *Alex. Raud. cons.* 37. *vol.* 1. vbi refert ita iudicatum.

In cõtrarium tamen est communis opinio, quod vtiq; Doctor restitutus
111 non † receperat locum alteri concessũ, vt dixit tex. *in indiuiduo* § *l.* 1. §. 1. *et* §. *restitutus ff. de decurio.* vbi decurio amotus ab officio, & restitutus nõ recuperat locum am illum ex quo *text.* infert *Bar. ibi* quod Doctor restitutus non recuperat locum alteri cõcessum, & ita seruatum fuisse ait cum quibusdam Doctoribus Bononiensibus in eorum collegio, post eum voluerunt *Dec. in l. cum quid in prima lectura nu.* 11. *ff. si cer. peta. vbi Cagnol. nu.* 59. *Alcia. de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 45. *in fi. Menoch. cons.* 186. *nu.* 2. *Ias. in l. Gallus* §. *& quid si tantum num.* 71. *& ibi Galiau. nu.* 57. *ff. de lib. & posthu. Felyn. in cap. inter quatuor nu.* 4. *de maior. & obedien. Guid. Pap. sing.* 361. *Io. Firmia. in tract. de episcop. lib.* 4. *par. vlt. nu.* 25. qui hoc procedere ait etiã quod locus fuerit alteri concessus post restitutionem factam, sed ante prælenrationem literarum gratiæ restituri per text. *& ibi glo. & Doct. cap. innotuit de electio.* eamdem opinionem sequuti sunt *Angu. fero. conf.* 10. *nu.* 17. *lib.* 3. *& cõs.* 67. *nu.* 11. *&* 12. *lib.* 1. *Menoch. in tract. recupera. possessio. remed.* 10. *num.* 106. *& seq. Sforz. de restitut. ĩ integ. quæst.* 96. *art.* 4. *nu.* 19. *Freco. de subfeud. lib.* 2. *in tit. Quis dicatur Dux nu.* 62. *Brunor. à Sole in suis quæstio. Legal. q.* 19. *num.* 7. *Gregor. Lopez. l.* 2. *tit.* 31. *parti.* 7. *vers. primier estado Io. Vinc. de Ann. cap.* 1. *de vassall. decrep. ata. n.* 261. vbi hoc ampliat etiam qđ amplissimis verbis sit
112 facta restitutio, † & dicit esse de mente *Andr.*

Pro concordia *Sforz. in loco praallegato* distinguit, quod aut collegium
113 † habet determinatum numerum, & verã esse communem supra firmatam cõclusionem ait per *tex. in d. l.* 2. quia ista est ratio illius *tex.* Aut non habet determinatum numerum, & tunc dicit ipse, quod eo casu restitutus nõ solum recuperat repositionem in eodẽ collegio, sed etiam locum suum pristinum. Et *Doct.* contrarium tenẽtes intelliguntur procedere in collegio habente determinatum numerũ, & quatenùs indistinctè loquerentur, hãc esse veriorem sententiam asserit per rationem de qua *supra in princip. huius notab.* & de eo quod in simili dicitur de duobus impetrantibus, quibus Papa gratiã factam primo reuocet ad fauorem secũdi, deinde restituat primum, iste restitutus præfertur alijs interim priuatis, vt decidit *Bellame. in cap. innotuit nu.* 30. *de electio.*

Ego tamen pro nunc arbitror primam opinionem indistinctè veriorẽ
114 esse, quando restitutio, † & Indulgentia est facta cum amplissimis verbis, & tex. *in d. l.* 2. vt rectè notat *Dom. Carol. Tapp.* loquitur in decurionibus, q electione, & creatione succedunt *l.* 2. *l. si muneribus, & l. si ille C. de decurion. lib.* 10. At quæstio proposita procedit in Doctor. qui ex iuris dispositione succedunt in alterius locũ, & consequenter sicut ad bona, ita & ad locũ ex iuris dispositione ad alios trans latũ restituendi sunt; & cõmunis *opinio de qua supra potest habere locum, quando ex speciali statuto collegij, vel loci consuetudine subrogaretur alius per electionẽ, vt in collegijs alterius professio-

fessionis obseruandum esse ait *Ioan. à Plate.in l.1.ex illa l.motus nu.3.notab. 4.de Collegiat.lib.11.Azened.lib.1.nu. 48.tit.25.lib.8.recopil.*

Amplia primo prædictam conclusionem supra firmatam, si ille fuisset particulariter indultatus,& restitutus
115 †ordini,& collegio,nam locum suum tãto fortius reassumeret, vt dixit tex. *in d.l.2.vers.restitutus*,nec *Bart.* contradicit, quia loquitur in restituto ciuitati,nõ particulariter ordini,vt not. *Fortun.Garsi. in d.§. & quid si tantum nu.153.ff.de lib.& post.Tiber.Decian. tract.crim.lib.3.tit.de Abolitio nu.*70.

Amplia secũdo,vt restitutus ad ca-
116 nonicatum † recuperet etiam stallum in choro *Paris.cõs.93. in fi. lib.*4. quia hoc venit in consequentiam.

Amplia tertio in milite Hierosoly-
117 mitano†qui si fuerit condemnatus ad amissionem antianitatis,quæ pęna est apud eos frequẽtissima ex eorum statutis, si fuerit restitutus ad gratiam, eã recuperat ex prædicta ratione principali,& ita seruatur.

Decimoquarto nota,quod restitu-
118 tus†aduersus bannum, & ad bona recuperat bona durante bãno sibi vsurpata,& pręscripta,& in eorum possessionem immediatè reintegratur,non autem iuris remedijs,vt dixit *Bald.* signãter *in l.penul.num.1.C. de capti.& postlimin. reuer. & in l.1.in fi.C.de appellat.glo.fi.in verb.ignorantiam C.vnde vi Bald.cõs.145.num.3.lib.2. Affl.§ cap.§ generali num.57. fi de feud. fuer. cõtrouer. idem Bald.§ l. si cum milits §. 1.ff.ex quib. caus.maior.* licet ibi *Bald.* videatur tenere cõtrarium, & eum sequitur *Peregr.de iur.fisc.lib.5.tit.2.nu. 66.*& de hoc alibi dixi,quod tamẽ intelligẽdum esse arbitror,nisi dominus
119 de† iure suo in cõtinenti docere possit *Sforz.de restit.in integr.q.99.art.3.*

Decimoquinto nota,quòd Officia-
120 lis†restitutus recuperat officium, quo fuerat priuatus, & alteri fuerit collatũ ita dixit *Ioa.Faber in §.1.& §.cum autem nu.4.inst.quib.mod.ius patr.potest. solui.Affl.in cap.1.num.41.in 6.notab. Hic finit.lex*,qa officia sunt Principis, non particularium,ideo ille non læditur, sequitur D.*Carol.Tap. de cõstitut. Princip.in rub.num.36.Io.Ant.Lanar. cons.21.num.12.*

121 Sed cõtrarium† tenet *Peregr.de iur. fisc.lib.5.tit.2.nu.40.vers.ex his autem Nell.de bãnit.par.1.3.tempo.num.17.in fi.Menoch.post alios in tract.recuperandæ possessio. remed.10.num.105.*& esse equiorem opinionem ait *Sforz. de restit.in integ.q.97.art.4. num.44.* quæ opinio mihi magis placet.

Limitatur tamen prima opinio si
122 eam tenere velis, nisi Princeps †officiũ prædictũ concesserit secundo ob illius benemerita *Affl.& Sforz.in locis prædictis Alber. de statut. lib.4.quæst.46.§ fi.Io.Ant.Lanar.d.cõs.21.nu.12.vol.1. Paris.de Put.de reintegra.feud.in verb. Et quia suprà diximus num.*10. ubi loquitur in restitutione facta nõ obstante donatione,quia non comprehendit donationem remuneratoriam.

Limitatur secundo, nisi restitutus
123 fuerit† priuatus officio ob delictum in eo cõmissum, & prætextu dicti officij *Io.Fab.& D.Tapp.in locis prædictis.*

124 Amplia modo,vt restitutus† ad officium dicatur etiam restitutus ad iurisdictionem *Thob. Non. in cõs.89.nu. 90.vers. non obstat*, quia verbum officium latum est, & ad administrationem, & iurisdictionem se extendit *Doct.in rub.ff.de offi.eius.*

Decimosexto nota,quod si Episcopus deposuit clericum beneficiatum, quo casu ad patronatum spectãt fructus nouæ præsẽtationis,si tamen cle-
125 ricus†restituatur (quod inuito patrono fieri potest) recuperabit beneficiũ *glo.in cap.quamuis de rescrip.in 6.in gl. fi.Io.Andr.in cap.cõsuluit de Iude.Brunor.*

nor. à Sole ĩ suis quæstio. legal. quæs. 19.
nu. 19. *vbi in nu.* 35. dicit *glo.* prædictã
tenere contrarium *ex Goffred. in cap.*
transmissa in fin. de renunciat. sed quid
si beneficium fuerit alteri collatum?
dicam *infra.*

126 Decimosexto nota, quod filius† rebellis restituti nõ recuperat ius legitimandi, quod pater habebat *Ruin. cõs.* 109. *nu.* 24. *lib.* 3. *D. Carol. Tapp. in rub. de constit. Princip. cap.* 3. *in fin.*

Decimoseptimo nota, quod cleri-
127 cus † qui fuit condemnatus ad priuationem beneficiorum, & postea ex gratia fuerit restitutus recuperabit beneficia, quæ antea habebat, quod tamen intelligo si alteri non fuerint collata. *Abb. in cap. ex tua ad fi. de cleri. non residenti. Fely. in cap. intèr quatuor nu.* 7. *de maiori. & obbedie. Iacob. de S. Georg. in cap. quãuis de rescript. Io. de Seluan. in tract. de benefi. q.* 31. *par.* 3. *nu.* 8. vbi hoc intelligit procedere, quando sine præiudicio patroni talis restitutio fieret ibi *nu.* 9. & est communis* opinio, vt refert *Sforz. Od. de restitut. in integ. quæst.* 98. *art.* 3. *Peregrin. de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 41. *glos. & Doct. in cap. ex parte in verb. minor. in fin. de restitut. spoliat. & glo. fin. in cap. cum quidam de pact. circa mediũ vers. sed pone quod monachi Bald. in cap. pastoralis nu.* 30. *de re iudic. Rot. decis.* 48. *incip. post quam de concessio. praben. in antiquis Brunor. à Sole in suis quæst. legal. quæst.* 19. *nu.* 8. *Rol. cons.* 45. *n.* 29. *lib.* 4. *Farinac. de Inquis. q.* 6. *sub num.* 28. *vers. & in specie;*

Quæ cõclusio procedit etiam in ex-
128 pectatiua † quæ fortè fuerit promissa, nam ad illam non porrigitur *Io. Fab. in §. cum autem nu.* 4. *inst. quib. mod. ius patri. potesta. solui, & facit text. in cap. quamuis de rescrip. in* 6. vbi priuatus expectatiua, quam ad primum beneficium vacaturũ obtinuerat, si ad eandem restituatur non præfertur illi, qui ante restitutionem similem expectatiuam obtinuit. Item, & restituto ad canonicatum, quia non recuperat præbendam alteri concessam *Bald. in cap. cõstitutus num.* 6. *de rescrip.* & sequitur *Barba. cõs.* 43. *col.* 3. *lib.* 2. Idem etiam dicẽdum est in restituto† ad pensionẽ, quæ stante condemnatione fuerat alteri acquisita, & per extensionẽ consolidatam cum beneficio atq. eorũ quæ dixit *Bellamer. deci.* 743. *col. penult. vers.* 4. *ex eadem parte in rub. de restit. in integ. Fortun. Garsia in l. Gallus §. & quid si tantum nu.* 238. *ff. de liber. & posthu. Sforz. de restitut. in integr. par.* 2. *quæs.* 99. *art.* 10. *nu.* 92. *& nu.* 85. vbi loquitur in feudo reconsolidato cum dominio directo, & in eo qui succedit in locum primi secundum *Bart. in d. §. & quid si tantum sub nu.* 10.

Limitatur tamen prædicta conclu-
130 sio, nisi Pontifex † restitueret expressè clericum ad beneficium alteri quæsitum *Io. de Seluan. ĩ tract. de benefi. par.* 51. *col.* 1. *nu.* 2. & voluit expressè *Butri. in cap. innotuit nu.* 45. *de electio. Sforz. in d. art. num.* 39.

Decimo octauo nota, quod Doctor
131 † qui ob bannum amiserat lecturã, seu cathedram, & fuerit restitutus; seu indultatus, & cathedra seu lectura fuerit alteri collata, eam non recuperat, ita dixit *Lucas de Pẽn. ĩ l.* 1. *C. de his qui in exil. dat. lib.* 10. *Menoch. de recuperãd. possess. remed.* 10. *num.* 108. *& cõs.* 186. *sub. nu.* 3. *vol.* 2. *Aret. ĩ l. si quis mihi bona §. seruus col.* 4. *vers. sed dubium vtilissimum ff. de acqui. hared.* secus vero si alteri concessa non fuerit. Sed *Sforz.* aliter distinguit *in tract. de rest. ĩ integ. quæst.* 96. *art.* 5. *n.* 26. quod aut ille est subrogatus ab ijs, ad quos deuolutum fuit hoc ius cõducendi lectores, & tũc non recuperat; aut ad illum locum, & cathedram ascẽderunt ex ordine alij, ad quos de cõsuetudine successiuè p̃tinebat, seu pertinere videbatur lectio, & cathedra illa, & hoc casu recuperat eam,

eam, q̃a immediatè ad gradus sequẽtes pertinere cæpit, mihi tamen placet prima distinctio, quæ approbata est ex communi * conclusione supra firmata *in pracedenti notab.*

Decimonono nota, q̃ si aliquis in quẽ fuerũt bona trãslata ob sñiam bãni, bona ipsa alteri alienauerit, tũc re-
132 stitutus † etiam ad bona alienata, non recuperabit ea bona ĩ alium peruẽta, *And. de Iser. in c. 1. col. 3. ver. idẽ si is, de vassal. decrep. ata. & ibi Affl. latè n. 25 Ceuall. com. contr. comm. q.* 874. 875. & 877. super hoc cogita.

Vigesimo nota, q̃ extincto vsufru-
133 ctu per confiscationem, si vsufructuarius † haberet gratiã, & libertatẽ recuperaret, non vr̃ recuperasse vsumfructum, postq̃ semel fuit extinctus *Dec. in cons.* 621. *Ias. in l. si is, qui pro emptore, n.* 80. *ff. de usucap. Brogni. Caualc. in tract. de vsufr. mulie. relict. vers. & extincto vsufructu, nu.* 233. qui loquitur ẽt in vsufructu annuo cõtra *Tiraq. in l. boues, §. hoc sermone limit. 4. n. 1. ff. de verb. sign. Batard. ad Clar. q. 59. n. 69.*

Vigesimo primo nota, q̃ si castrum,
134 † seu Ciuitas cõmiserit rebellionẽ, p̃ quam amiserit oĩa eius priuilegia, & prærogatiuas, quod si restituaĩ per gratiam, ea non recuperat, si adsit præiudicium tertij, ita *Bal.* signãter *in cons.* 321. *incip. viso instrumẽto n. 2. 3. & lib. 4. Odd. de rest. in integ. q. 96. art. 5. n. 30*

Vigesimo secundo nota, q̃ si Prin-
135 ceps per legitimationẽ restituit spuriũ natalibus, non dicitur eum restituere in præiudiciũ eorum, quibus fuit delata hæreditas, etiam si eã nondũ adhibuerint, ita *glo. in l. Gallus, ver. & quid si tantum in verb. emãcipatus, ff. de libe. & posth. Io. And. in add. ad Spec. tit. de successio. ab intesta. §. vlt. Ant. Rosell. in tract. legitima. lib. 2. titu. legitimationis effectus, n. 20. in fi. n. 21. Fortu. Gars. in d. §. et quid si tantum, nu. 299. Bero. cõs. 177. nu. 37. in fi. lib. 2. Modern. Paris. in add. ad Dec. in cons. 498. in fi. add. Menoc. in cons. 186. nu. 13. lib. 3. Pet. Surd. in cons. 79. num. 14. vol. 1. & cons. 569. vol. 4. Caualc. dec. 14. nu. 6. p. 1.*

136 Præcedentem conclusionem intellige † veram, quando hæreditas est apprehensa, vt voluit *Emanuel. Cost. in §. & quid si tantum in 2. p. nu. 174. & seq. ff. de lib. & posth. Simõ de Prat. de interpret. vlt. volun. lib. 1. interpret. prima dub. 3. solut. 13. nu. 12. Alciat. de præsumpt. præsumpt. 11. nu. 4.* secùs verò si tantum sit delata secundũ *Doct. omnes in dict. §. & quid si tantum, Surd. cons. 203. nu. 23. volum. 2. Caualc. d. dec. 14. num. 22. par. 1.*

Vigesimo tettio nota, quòd secundogenitus, qui fuit rebellis, & postea restitutus per gratiam, recuperat vitam, & militiam præteritam, & futuram *Affl. in const. Comitibus in 4. & 5. q. Tiraq. de primog. fol. 415. nu. 4.*

T E X T V S.

Ipso iure, & facto absolui, & liberari debere, prout pręsentium tenore eos absoluimus, & liberamus, ac liberos, & absolutos esse volumus; & si aliqui prædictis de causis carceribus mancipati sint, eos illicò liberari, & relaxari mandamus.

S V M M A R I V M.

2 *Verba rescripti gratiosi sunt attendẽda.*
2 *Verba (facimus tibi gratiam vita) quid operentur.*
Et quid si dictum fuerit (facimus tibi gratiam omnium) num. 3. & 4.
5 *(Indulgeo) verbum appositum in gratia quid operetur.*

6 *Verba (gratiā facimus) simpliciter quid significant contra nu.7.*

8 *(Restituimus) uerbum appositum in Indulgentia Principis quid denotet.*
Quid de verbo reinsegramus, nu.9.
Item de verbis restituimus, & indulgemus simul nu. 10.
Item de verbis bannum, & condemnationem cancellamus, n.11.14.& 16.
Item de verbo (places) nu.12.
Item de verbo (absoluimus, & liberamus) nu.13.

15 *Rescriptum gratiosum dubium interpretatur in fauorem indultati.*

17 *Gratia motu proprio concessa latè interpretatur.*

18 *Indulgentia remittēs bona, est plenaria.*
Idem si concessa sit ipso iure, nu.19.

20 *Indulgētia geminata verbis amplissimis comprehendit casus exceptos.*

21 *Declaratoria an requiratur in gratia cō cessa ipso iure, & n.24. Ampl.nu.28.*

22 *Indulgētia cōcessa ipso iure, qd operetur.*

24 *Indulgentia concessa ex praesenti Decreto, quid requirit.*

25 *Lex poenam imponens ipso iure, an trahat secum exequutionem.*

26 *Declaratoria sup facto sēper requiritur.*

27 *Gratia concessa ex praesenti Decreto, an debeat itinerari.*

29 *Bannitus ante declaratoriam gratia, an dicatur bannitus.*

30 *Bannitus captus pendente declaratoria super gratia, an possit molestari.*

31 *Declarationis natura quid est, & ibi multa.*

32 *Bannitus non potest petere declaratoriā indulti per Procuratorem, cōtra n.33*
Stylus M.C.V.nu.34.
Stylus M.R.C. nu.35.

36 *Indultatus petens indultū, seu eius exequutionē an teneatur fateri delictū.*

37 *Custos carceris, an possit propria authoritate relaxare Indultatū carceratum.*

38 *Indultum concessum motu proprio extēditur ad carceratos. Et quid si sint carcerati de crimine falsi ibidem.*

C A P. XXIII.



1 ERBA rescripti gratiosi † sunt diligenter attēdenda ꝑ eius declaratione, qsiq. enim Priceps exprimit speciē gratiæ, quam Reo largiri intendit, vt quia dixit facimus tibi gratiam vitæ dumtaxat, vel indul-
2 gemus tibi vitam, aut restituimus te ad vitam tātum, vel à pęna vitę te absoluimus, & liberamus, & tunc solius vitæ gratiam obtinuisse dicet, si vero dixerit facimus tibi gratiam omniū,
3 † vel restituimus te ad omnia vt in pristinum eras, & eo casu dr̄ aggratiatus quoad oīa, postq̄ verba rescripti clarè sonāt, & cōstat exprese de Principis volūtate, arg. *l. nō alter ff. de leg. 1. cōtinuus* §. *cū ita ff. de verb. oblig. at. Cenall. comm. contr. comm. q.*872.
4 Si verò nō cōstat in rescripto de ꝑdictis, & nullū sit verbū de fama, vel bonis, sed simpliciter reperit Principē fecisse gratiā illi, & tūc diligēter cōsiderāda sunt verba ipsi⁹ gratię: Aut enim
5 vsus fuit verbo (indulgeo) & sola criminis pęna corporalis cēset esse remissa, *l.2. l. si aduersus, l. Indulgentiā, & l. generali, C. de sent. pass. Bonifac. Vital. ī sua praxi in tit. de benefic. & indulgen. Princ.* Aut vsus fuit verbo † (gratiam
6 facimus) & aliqui voluerunt plenariā restitutionē significare, prout fuit *Alciat. in l. Gallus*, §. *& quid si tantum nu. 130. ff. de liber. & posth. Paul. Ghirlād. de relax. carcerat. titu. de benefic. Princip. in 2. quaest.*
7 Sed in contrarium † est magis cōis opinio, quod pęna tantum corporalis sit remissa ita *Salyc. in l. fin. C. de sentent. pass. Barbat. in c. cum te, nu.33. de rescrip.* qui dicit ita aliàs se consuluisse *Boss. de remed. ex fol. clement. Princip.*
Mar-

Marsil.sing.246. Angelica, in verbo Gratia, nu.1. vbi latè *Fel. in c. inter quatuor nu.6. ad fi. de maior. & obedient. Rol. à Val. cons.45. num.29. lib.4. & post alios Menoc. in cons.103. in secundo dubio, nu. 18. & seq.* idem enim est indulgere, & gratiam facere, & ita passim receptum esse ait *Sfor. Odd. de resti. in integ. q.93. art.2. post nu.9. vers. Item facit,* vbi limitat nisi dictum fuisset plenam gratiam facimus, vt dixit *Cassan. in consuet. Burgun. tit. des iustices, Rub.1. §.5. glo.13. n.143. & 216.*

8 Aut vsus fuit verbo restituimus, & non solum ad pęnam corporalem, sed etiam ad omnia cẽsetur restitutus scilicet ad vitam, famam, & bona, & in pristinum statum, in quẽ erat ante sententiam repositus *l.1. & l. fi.* vbi omnes *Doct. C. de sent. passi.* quia tantundem restitutionis gratia tribuit, quãtum condemnationis sententia ademit, vt dicit *tex. in d. l. fi. & facit glo. in l.1. §. penul. in verb. eximi, ff. de postul. And. Iser. in c.1. nu.2. de vassal. decrepata. Aldobran. in §.1. n.45. Instit. quib. mod. ius patri. potesta. solui Pet. de Greg. de concess. feud. p.5. q.3. num.17. Pet. Surd. cons.203. nu.1. vol.2. Sforz. Odd. de restit. in integr. q.1. par.1. art.3. & q.93. artic.1.* vbi pro hoc dixit esse *text. clarum in l. videamus, §. in fauianá, ff. de vsu.* sed an bannitus ex eo qđ fuit admissus ad honores, & dignitates censeatur indultatus à Principe, vide post omnes *Farinac. de crim. lesa maiest. q.116. num.139.*

Aut vsus fuerit verbo reintegramus,

9 † & idem dicendum est, etiam si non adesset verbum (restituimus) *Alex. in cons.85. num.3. lib.7.*

Aut vsus fuit verbo (restituimus, &

10 indulgemus) † (siue restituimus, & gratiam facimus) & dic vt proxime fuit conclusum secundum *Bar. & Angel. in d. l. fin. Aldobr. & Ghirland. in locis praedictis, Borell. de praestan. Reg. cap. 38. num.27.*

Aut vero vsus fuit verbo bannũ, &

11 condemnationẽ cancellamus, & tunc plenariam restitutionẽ significat post infinitos *Odd. de rest. in integ. q.93. art. 4.* vbi ampliat, & limitat vt ibi p eũ.

Aut vero vsus fuit verbo (placet)

12 † prout fuit in Indultis concessis ĩ anno 1582. 1587. 1589. & 1596. ad petitionem Regni huius, & tunc verbum (placet) indulgentiam ipso iure operatur absque alia sententia, ad text. *in l.1. vbi omnes, ff. de constit. Princ. Bal. in terminis in l. humanum, in fi. C. de leg.* & ita obtinuisse dicit *Calder. in cap. quisquis de electio. Fel. in rub. de constit. Rot. dec.77. incip. si petitur in nouis, Alex. in cons.24. col. fi. in 1. vol. Decian. respõs. 55. nu.23. vol.1. Marant. dist.9. nu.6. Gomez. in reg. Cancell. vtriusque signatura, q.16. vers. est in primis fol. 82. in individuo Cassa. in consuetud. Burg. tit. des iustizes rub.1. §.5. in verb. en acun comet simple latroci. n.180. fol.288. Afflic. dec.153. Vinc. de Fran. dec.92. n.2. & super eisdem reg. Cancellaria Mandos. reg.33. q.2. nu.24. Baiard. ad Clar. q.59. num.9. Belluga in Spec. Princ. sub rub. de publ. form. col.5. num.224. fol.6. Molina de primog. Hispano. lib.2. cap.7. nu.55.* & ratio est apud eos, quia eo ipso, quod Princeps facit gratiã simplici verbo (placet, seu fiat) statim gratia ipsa perfecta est, & de eius essentia nõ requiritur scriptura, nisi quo ad eius probationem.

Aut vero, & tandem vsus fuit verbo

13 absoluimus, & liberamus, † prout vsus est in praesenti Decreto, & quidẽ plenissimã restõnẽ, & gratiã significat, ita *Marsil. in tract. de bann. in verb. absoluti, nu.27. fol. mihi 193.* & de verbo liberamus in terminis Indulgentiae dixit *Fel. in c. inter quatuor n.6. de maiors, & obediẽt. Bald. in cons.145. num.3. vers. & maximè lib.2.* ideo ad omnia extenditur, quae hic expressa non repe-

M 2 tiun-

riuntur, tanto fortius iunctis illis verbis (statuentes, vtrosq; & singulos processus, scripturas, condemnationes, &
14 acta deleãt, & annullẽt, † & eorũ hmõi nomina de albo tolli, & deleri faciãt, sicut & nos authoritate nostra Regia, ac de plenitudine potestatis pręsentiũ tenore delemus, & annullamus, tollimusq; penitus, & abolemus) quæ verba plenissimã restitutionẽ significant, vt proximè dictum est, & dicam infra loco suo, ideoq. indultatus ex pręsenti Decreto dicitur ad oĩa restitutus, & tanto magis hoc operantur verba prędicta, cum sint apposita post criminũ, & bonorum remissionem, vt est *text. notab. in l. 1. §. fi. & ibi Bar. ff. de quæst. Ghirlan. de relax. carcer. tit. de Indulg. Princ. q. 2.* vbi ponit rõnẽ, quia verba
15 † dubia in materia gratiosa sunt l... simè interpretanda in fauorem illi... qui recipit gratiam, *l. fin. ff. de con... tut. Princip. cap. si gratiosa, de haret. l...* 6. *Ias. in l. si quis pro emptore, nu. 336.*
16 *ff. de vsuca.* quinimò plenariã † significant restitutionem *Bar. l. fi. C. de sent. pas. Ruy. cons. 86. nu. 6. vers. praterea dico, lib. 5.* De his verbis, vide *Borell. d. c. 38. nu. 26. cum seq.*

Ampliatur modo conclusio, vt supra firmata stãte pręsenti Decreto no-
17 stro, vbi gratia ꝓcessit motu proprio, & ex mera liberalitate Inuictissimi Regis nostri, vt notant *Bal. in l. quid ergo, §. pœna grauior, nu. 24. ff. de his, qui notan. infam. Alex. cons. 12. lib. 2. Alba. in l. nõ solũ, §. itẽ ais n. 1. ff. de procur. Vĩc. de Frã. dec. 330. n. 5. & 6. & dec. 403.*
18 Ampliatur secundo stãte expressa remissione bonorum † facta in pręsenti Decreto, quo casu plenissima dr̃ gratia *Alba. in d. l. non sol... §. idem ait in fi. ff. de procur. Sfor. Odd. post alios de restit. in integ. q. 94. art. 5.* vbi communem * Doct. sententiam esse ait.

Ampliatur tertio, cum talis Indul-
19 gentia † fit concessa ipso iure, & ideo absque alio facto crimen extinguit, *l. si vnus, §. sed si pactum ff. de pact. Gram. dec. 105. n. 19.* & operatur effectũ suũ absentibus, & ignorantibus indultandis *Bart. Alber. Ang. Sal. & Fulgos. in l. fi. C. de sent. pass. Menoch. ad Bart. ibi, nu. 5. Soc. in l. quidam relegatus, vbi idẽ Menoch. in apostil. ff. de reb. dub. Sforz. Odd. de restit. in integr. q. 92. art. 1. nu. 8. & seq. Farina. de Inquis. q. 3. in prin.*
20 Ampliatur quarto, vt talis Indulgentia, & gratia ita geminata, & amplissima cõprehẽdat etiam casus Principi reseruatos, & quos ipse tantum facere poterat *Decia. respon. 41. num. 42. cum seq. lib. 2.* Sed Indultatus pro furto an possit conueniri ciuiliter pro re furto subtracta? quod sic iudicauim* de mense Maij 1608. vide *Farin. cons. 46. per totum.*

Quero nũc, & primo ex nostro text. an indultatus ex præsenti Decreto teneatur aliquid facere adhoc, vt eo gaudeat? videbatur dicendum, quod nõ ex illis verbis appositis in Decreto nostro (ipso iure, & facto) quo casu dum Princeps ipso iure restituit Reum, nõ
21 requirit aliqua declaratoria; sed talis indultatus intelligit restitutus ad oẽs iuris effect*, vt ĩ terminis decidit *Nell. de bãn. 3. p. 2. tẽpo. q. 79. Pereg. de iur. fis. lib. 5. tit. 2. n. 84.* vbi dãt rõnẽ, q a dũ
22 lex † ipso iure ob aliquod factũ aliquid inducit immediatè quò ad iuris effectus trahit secum executionem, vt dicit *Dec. cons. 327. col. 3.* vbi inducit *tex. in c. secundum de heret. in 6. & notat Bal. in l. qua sub conditione, §. fina. ff. de condi. instit.* quod procedit etiam, quò ad effectum facti stante cancellatione actorum, & bannorum facta de plenitudine potestatis in Decreto nostro, secundum *Dec. d. cons. 327. n. 3. Alber. in l. 1. §. si consulto, ff. de bonor. possess. secun. tab.* & quod ipso iure fit, sententia opus non habet *Tiraq. ĩ l. si vnquam, in verb. reuertatur, nu. 408. C. de reuoc.* de-

donat. Menoc. conf.99. nu. 171. ideoq.
ĩ his,quę nobis ipſo iure conceſſa sũt,
iudicem adire non abſtringimur, *l.* 1.
§. hoc autem Senatus, ff. de seru. fugi. li-
cet poſſimus ſi velimus iudicis officiũ
de facto implorare *l.2.C.de iur.emphy.*
quodque ipſo iure à lege fit, vel ſtatu-
to, ſententiam hominis non deſiderat
l. apud hoſtes, C. de ſuis, & legit. l. liber.
homo, §. vlt. ff. de ſtipul. ſeruor. l. ex mi-
litari, §. vlt. & l. ſeq. ff. de mili. teſtam. l.
multum intereſt, ff. de condit. & demoſt.
tanto magis ex illis verbis (& ipſo fa-
cto) quæ aliquid fieri ſine hominis ad-
miniculo ſignificant *glo. in c. 2. verſ. ſi*
quis item harum iuncto tex. in verb. ip-
ſo facto ne Cleri. vel monach. lib. 6. Ti-
raq. in d. l. ſi vmquã, nu. 143. & canonẽ
latæ ſententiæ important, vt dixit *Ri-*
mi. iun. conſ. 707. *nu.* 23. *lib.* 6.

Quæ concluſio confirmari põt ſtã-
tibus illis verbis (tenore præſentium
abſolutos, & liberatos eſſe volumus)
& ſic videt̃, quod ſufficere poſſit oſten
dere Indultum hoc.

Prædicta, & ſi vera ſint in terminis
iuris communis, attamen in cõtrariũ
eſt veritas ſtante diſpoſitione Decreti
23 noſtri, vt aggrariatus, & indultatus nõ
gaudeat beneficio præſentis Decreti,
niſi prius fuerit hoc per officiales de-
claratum, quæ cõcluſio ex pluribus cõ
ꝓbatur, primo q̃a verba indulti ſunt
directa officialibus, quo caſu abſq. eo-
rum facto gratia ſuum effectum ope-
rari non poteſt. Secundo quia Decre-
24 tum hoc Indulgentiæ multa requirit,
vt aliq̃s prædicta gratia gaudere poſ-
ſit, & ſic quo ad pęnã corporalem, vt
non ſit de caſibus exceptis, & quod nõ
ſit foriudicatus, & alia, & quoad bona
multa alia de quibus dixi in pręcedẽ-
ti cap. & ad vtrumque remiſſio partis
offenſæ certo tẽpore facta eſt, quo ca-
ſu cum lex loquitur, ſiue generalis ſit,
ſiue particularis non eſt locus libera-
tionis, & abſolutionis, niſi prius liqui-
data ſit conditio, ſeu modus datus in
ipſa lege, ſecundum *Bart. ĩ l. cum teſta-*
mento, C. de manumiſ. teſtam. & eſt tex.
in l. hoc iure, ff. de verbo. oblig. vbi Alex.
Iaſ. & alij notãt, & in terminis tradi-
dit *Peregr. de iur. fiſ. lib. 5. tit. 2. nu.* 83.
quæ quidem probationes cum con-
cernant ad verificãdum qualitates re-
quiſitas ab ipſo Decreto, omnino re-
quiritur declaratoria, vt optimè con-
cludit *Caronis. ſuper prag. 1. de exuli. q.*
17. *nu.* 168. *ver. ratio iſtius practica*, vbi
alia adhoc probandum conſiderauit
Io. Grand. de Bel. exul. n. 13. *fol.* 42. *Pet.*
Surd. conſ. 276. *nu.* 31. *vol.* 2.

Tertio facit ſecundum aliam opi-
25 nionem, quod vbi lex † pęnam ipſo iu-
re inducit, non trahit ſecum executio-
nem quo ad iuris effectus, niſi præce-
dat Iudicis declaratoria ſuper facto
ita *Bal. in l. ſi quis maior col. 1. C. de trã-*
ſac. & ibi Alexand. num. 13. *idem Bald.*
in auth. qui ſemel 1. colum. C. quomod. &
quan. Iud. Pet. Foll. in commen. ad prag.
5. *de ſodomi. nu.* 48. *& in terminis Ruy.*
conſ. 85. *nu.* 6. *& ſub n.* 7. *vol.* 4. & ſic in
caſu Indulgentiæ, quod ſit declaratũ
delictum eſſe tale, pro quo gratia gau-
dere poſſit, ad tex. *in c. cum ſecundũ de*
haret. in 6. Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit.
5. *nu.* 8. & eſt veriſſima concluſio in ter
minis Decreti noſtri, licet ſecus eſſet
in terminis confiſcationis bonorum,
quæ exequi deberet cõtra defunctum
iuxta not. per *Peregr.* nam, quod ſuper
26 facto † requiratur declaratoria nemo
diſcrepat.

Quarto, & vltimo confirmatur, q̃a
27 gratiæ † conceſſæ ob delictum debent
prius interinari ab officialibus, & ab
eis approbari, ſolẽt enim eſſe ſubrepti-
tiæ, quo caſu nõ ſolũ non approbant̃,
ſed cõtra eos proceditur ad executio-
nem pęnę iuxta qualitatem delictorũ,
vt pluries ſeruatũ fuiſſe in Senatu Me
diolanenſi refert *Clar. in §. fi. q. 59. nu.*
9. & ita ſeruatur in hoc Regno, nã illi

qui

qui huiusmodi benefitio gaudere volunt mittunt processus ad Iudices, & ipsi declarant si est de casibus comprehensis in indulto, & fit prouisio, quod gaudeant indulto, & tunc de eorum mandato cancellantur banna, & alia acta facta contra indultatum, & hæc est practica Regni.

Ampliatur prędicta conclusio, si in
28 gratia † non essent illa verba (ipso iure, & ipso facto) quia tunc etiam, quod prædicta non militarent, vtiq; requiritur declaratoria, & ante eam bannitus habetur pro bannito, & non pro restituto *Innoc. in cap. cum bene de eta. & qualita.* vbi inquit quod ante pronuntiam incertum esset, an id sit factum, vel interuenerit, prout gratia requirit, & ideo secundum *Nell. in d. quæst.* 79. ante pronuntiam bannitus
29 † habetur pro bannito quoad omnes, & quo ad omnia, preterquam quoad fiscum, nam si caperetur, posset opponere de gratia docēdo de implemento requisitorū in gratia, seu indulto, quo probato obstaret fisco doli exceptio, & eum sequitur *Ruin. d. cons.* 85. *num.* 4. vbi ad hoc allegat *Bart. in l. is cui bonis in versic. quæro aliquis ff. de verbor. oblig. Peregr. de iur. fisc. lib.* 5. *tit.* 2. *nu.* 85. & multi alij, quos cumulaui supra in *cap.* 13. *in verbo siue in cōtumacia bannitis.*

Intellige tñ prędictã qđ licet adhuc nō facta declaratione aliquis nō gaudeat indulto, non tñ per hoc poterit cōtra eū in aliquo procedi, nec accusatio aliqua proposita prodesset, sed
30 debet in omnibus supersederi † donec declaretur si debeat gaudere indulto, vel non, quia gratia iam est facta, & agitur de eius exequutione, quam ipse Rex facere dicitur, vt dixi supra in verb. accusati, & operatur ipso iure, ac si à Rege exequutio facta fuisset, & indultatus dicitur ex tunc facta ipsa declaratione, quia ab illo die fuit gra-
31 tia perfecta vt ibi dixi, natura † enim declarationis talis est, vt ad principiū dispositionis omnia reducat, ita *Bal. in l.* 1. *§. huius studij ff. de iusti. & iur. Oldra. cons.* 263. *Ancha. cons.* 412. *Soc. Sen. consil.* 97. *col. penul. in fin. latè Crauett. cons.* 298. *nu.* 11. *vol.* 3. *Surd. cons.* 192. *num.* 10. *vol.* 2. *D. Tapp. de constit. Princ. p.* 1. *cap.* 4. *nu.* 18. *Decia. respon.* 8. *nu.* 211. *vol.* 1. dicens quod declaratio nil de nouo inducit, & nō immutat sensum declarati, & ad declaratū retrotrahitur, quimo declaratio virtualiter dicitur cōtineri in ipso declarato, & habetur ac si ipsa declaratio in ipsa gratia, seu indulgentia concessa actualiter esset comprehensa, idem respondet *Dec. in cons.* 423. *in fin. Ruin. cons.* 225. *nu.* 6. *vol.* 1. *Paris. cons.* 65. *&* 66. *vol.* 1. *Soc. Iun. cons.* 95. *n.* 74. *vol.* 3. *& est tex. in l. hæredes palā §. sed si nota vbi Paul. Castr. Imol. & Aret. ff. de testam. Gab. de reg. iur. conclus.* 3. & bene idem *Castren. in l. heredes §. si quid nu.* 4. *ff. de testam.* vbi dicit quod multoties Papa facit aliquas declarationes circa gratias per eum factas, quæ præiudicant alijs, quibus erat ius quęsitū, quasi hoc qđ declaratur a principio fuisset dictum, quo casu nō erit alteri ius quęsitum, *Rim. Iun. cons.* 203. *n.* 68 *&* 69. Itēquia sententia bāniti remissi non est exequenda licet adhuc non sit cancellata vt dixit *Cartar. de exequ. sent. cap. bannit. cap.* 3. *num.* 62. *Farina. de inquis. quæst.* 6. *Marsil. cons.* 55. *Decian. de Abolit. lib.* 3. *tract. crim. nu.* 67. qui hoc tāquam indubitatum asserit.

Quæro secundo, dictum est in præcedēti quæstione, quod ad hoc vt aliquis gaudere valeat præsenti decreto opus est vt mittat processum ad Iudicem ad effectum declarādi, si debet gaudere vel non; quid si esset banni-
32 tus, † cui denegata est audientia, an possit per procuratorem petere declarationē super beneficio præsentis gratiæ,

tiæ, & quod non dixit *Carauit. super Rit. 269. num. 4. ver. tertio infertur per rat: onem prædictam, & Rit. 220. Regni Neapolis* denegantem audientiam cōtumaci, & eius ꝓcuratori. *Ioan. Grād. num. 8. fol. 39.*

33 Contrarium tenuit *Bal. in l. reos nu. 35. C. de accusat. Nell. de banit. 3. par. 2. tēpo quæst. 68. Sfor Odd. de restit. in integ. quæst. 92. arti. 1. in princip. & in fin. dicti arti.* qui volūt quod nedùm procurator, sed quilibet possit comparere pro bannito ad petendum indultum,

34 & ita practicari † & obseruari in Magna Curia Vicariæ, quam in omnibus alijs Tribunalibus illius Regni refert idem *Carauit. in commēt. super prag. 1. de exuls. quæst. 17. nu. 168.* vbi reddit rationem illius practicæ, & obseruantiæ, quia occidēs foriudicatum est indultatus vigore illius pragmaticæ, q̄ etiam extat in hoc Regno, & cum sit indultatus in rei veritate, nō requiritur aliud, quàm sentētia declaratoria Iudicis, per quā declaretur talem de suis delictis indultatum vigore illius pragmaticæ, quia occidit talem foriudicatum, & ista sententia declaratoria requiritur ad hoc vt ante quàm perueniatur ad eam, probentur qualitates, & requisita d. pragmaticæ, de quibus in ea, & sic cū ad obtinendum Indultū sit necesse probare delictum nō esse de reseruatis, & alia de q bus alias dixi, & istæ probationes nil penitùs tāgant de criminibus commissis ab eo, qui Indulgentiam petit, meritò communis practica introduxit, vt quilibet admittatur ad petendum exequutionem gratiæ pro reo bannito, & facit doctrina *Bart. in l. vbi pactum num. 11. in 1. repet. C. de transacti. & ibi post alios Iacobin. num. 16. & in l. penul. §. ad crimen num. 9. ff. de publi. iudic. Vincen. de Franch. in decis. 314.* vbi refert ita seruari indistinctè in Regno illo, licet ex alia causa fuerit ibi cōtrarium decisum, vt per eum, & sic ista opinio omnino procedit, quibus nouissimè adde *Caball. resolut. crimi. cas. 23. nu. 13. Borell. de præstan. Reg. cap. 38. num. 57. Farinac. quæst. 99. nu. 129. Baiard. ad Clar. quæst. 32. num. 51. Decian. cōs. 18. num. 235. lib. 1.*

35 sed in Regno † nostro seruatur, quod ad perendum indultum pro bannito supplicatur Excellentissimo Proregi ad instantiam patris, matris, vel alterius consanguinei ipsius banniti, & fit declaratio, & ita seruati vidi pluries.

36 Nota ex prædictis, q͂d petens † executionem Indulti non tenetur confiteri delictum *à Petr. de poteſt. Princip. cap. 22. num. 74. Osasc. decis. Pedamon. 138. num. 4. & 12.* sed sufficit dicere, quod si & quatenus contra eū per Fiscum vel partem remittentem probatum fuisset, quod de eis vult vti gratia, & beneficio Indulti, quæ quidem verba delicti confessionem non operantur, vt dixit *Osasc. in prædicto loco* vbi optimè, *Azeued. lib. 8. tit. 25. de los perdones num. 44.*

Nota secundo *in tex.* ibi (*& si aliqui prædictis de causis carceribus mancipati sint, eos illico relaxari, & liberari mandamus*) quod licet ex prædictis

37 verbis Custos † carceris possit absque alia iudicis authoritate carceratos indultatos relaxare secundum *Paris. de Put. de Syndic. in verb. carcer. cap. licet dicatur col. 1. circa medium vers. posset denique per not. in l. Domitianus, & in l. Lutius, & ibi Bar. & Alber. ff. ad Turpillia. & in l. 2. ff. de custo. reor. Boer. decis. 217. num. 21.* vbi in terminis remissionis generalis loquitur *Menoch. de arbit. Iud. casu 302. num. 15.* tamen quia vt dixi *in præcedēti quæstio.* multa requirūtur ad hoc, vt quis indulto generali gaudere possit, & requiratur Iudicis declaratoria, ita pariter dicēdum est in exequutione ipsius gratiæ, & relaxatione carcerati, prout seruari

in

in Francia refert idem *Boer. vbi supra.*

Item facit, quia licet, vt alias diximus,

38 mus, Indultum † hoc fuerit motu proprio concessum, & consequenter ad carceratos extendatur, etiam si de eis mentio facta non fuisset, vt ait *Vinc. de Anna in sing.* 240. tamen, quia non comprehēdit carceratos pro crimine falsi, vt dixerunt *Bart. in l. Lutius, & in l. Domitianus ff. ad Turpilli. & ibi Alexan. in addit. in verb. statutum D. Fab. de Anna in addit. d. sing.* 240. ideo cum nō omnes carcerati comprehendantur, non poterit Custos carceris eos relaxare.

TEXTVS.

Quę omnia locum habere declaramus, quo ad eos tantū, qui legitimam remissioné, & pacem ab offensis habuerint in casibus, in quib' partis remissio necessaria est, aut illā intra sex menses post harū nostrarū publicationē obtinuerint, & intra idem tēpus officialibus ad quos spectat, & spectabit citato Fiscali illius ciuitatis, vel loci, vbi adsit, in authētica forma legitimè pręsentauerit.

SVMMARIVM.

1 *Princeps an possit facere gratiam de delictis parte non concordata.*

2 *Gratia concessa absque partis remissione non valet.*

Ampliatur etiam de plenitudine potestatis num. 3.

Item in delicto, in quo de iure diuino pana est imposita num. 4.

Item in quacumque gratia num. 5.

Item in compositione num. 6.

Item etiam si diceretur, saluo iure partis, num. 7.

Item in offēsa factà tàm personа, quàm rebus num. 8.

Item etiam quod procedatur ex officio num. 10.

Item in cōmutatione pana num. 12. Intellige si pana parti applicatur nu. 13.

Item etiam si accusatio proposita fuisset nulla num. 14.

9 *Gratia facta absq. remissione partis nō approbatur ab officialibus.*

11 *Gratia in dubio intelligitur facta accedente partis remissione.*

Gratia concessa cum causa valet absque partis concordia.

Intellige si causa expressā per Principē exprimatur num. 16.

17 *Indultatus ex causa iusta absque remissione partis non potest accedere ad locum delicti.*

18 *Gratia fieri potest absque partis concordia, si pars ipsa decesserit, vel esset incognita.*

19 *Princeps potest facere gratiam de pana pecuniaria eius Fisco applicanda absque partis concordia.*

Ampliatur in mulcta proueniēte ex causa ciuili num. 20.

21 *Iudex potest ex causa remittere mulctā absque concordia partis.*

22 *Remissio partis ad obtinendum Indultum debet esse legitima, & quādo talis dici possit, ibidem cum seq.*

23 *Remissio partis an sit necessaria, quando accusatio non praecesserit.*

24 *Remissio facta pecunia mediante non est legitima.*

Contra nu. 25. quid in Regno nu. 26. & idem in Regno Neapol. num. 27.

Et sufficit ad obtinendū Indultū ibidē.

Et quid si pecunia sit data pro damnis, & interesse nu. 28. Intellige nu. 29.

30 *Offensus si nolit remittere, quia vult immoderatā pecunia sūmā quid agendū pro obtinenda Indulgētia, & nu. 86.*

Remis-

92 *Indultatus simpliciter obtenta partis remissione, intelligitur si infra sex menses eam habuerit.*

93 *Verba (si infra sex menses pacem obtinuerit) an importent conditionem.*

C A P. XXIIII.



EXTUS iste diuiditur in quinque partes, in prima ponitur requisitũ ad obtinẽdum indultum, quod scilicet interueniat partis remissio; in secunda, qđ huiusmodi remissio sit legitima; in tertia ponitur à quo debeat fieri tal s remissio, ĩ quarta in quibus casibus requiritur remissio patris, ĩ quinta, & vltima, infra qđ tempus debeat remissio obt neri. Secunda ibi (legitimam remissionem.) Tertia ibi (ab offensis.) Quarta ibi (in casibus.) Quinta ibi (aut illam infra sex menses.

Quo ad primum sciendum est, qđ

1 Princeps † non potest facere gratiã de delictis parte prius non concordata, & sic facta pri⁹ remissione, vt expresſè dispositum est per Regẽ nostrum Catholicum in pręsenti edicto, & est conforme dispositioni iuris iuxta *text. in l. fi. C. de abolit.* ibi (*nisi fortè ille, qui passus est suum consensum adpetẽdum abolitionem accommodauerit*) item *& tex. ĩ l. 2. C. de praei. Impera. offer. Andr. in c. 1. de Cap. qui cur. vend. Ruyn. conf. 60. vol. 5. Gram. cõſ. 34. n. 1. & 15. & vot. 35. n. 7. & seq. Plot. inter conf. crim. diuerso. conf. 73. nu. 15. & seq.* vbi latissimè hãc defendit cõclusionem *vol. 2. Ferr. Gargia. conf. 126. n. 107. vol. 1. inter eadem conf. crim. Pet. Ant. de Petra in tracta. de potest. Princ. c. 12. n. 1. & c. 18. n. 48. & c. 24. n. 37. Rim. iun. conf. 217. nu. 23. in fi. vol. 2. Carouit. super Rit. 273. nu. 2. Farinac. de Inquis. q. 6. num. 18. & sequ.* vbi reddit rationem, quia Princeps nõ potest etiam de plenitudine potestatis tollere ius tertij sine causa, *l. venditor, § si constat, ff. de seruit. vrban. prædio. l. fina. C. si contra ius, vel vtili. publ. Crauett. conf. 5. nu. 5. Menoch. de arbitr. iud. q. 48. num. 5. & seq. lib. 5. Rolã. conf. 3. vol. 1. Gabri. de iur. quasi non tollen. conclus. 1. Sarment. selecta. interpreta. lib. 1. c. 8. nu. 20.* Sed partis offensæ interest delinquentem puniri, & condemnari, primo in damnis, & interesse, quæ ob mortem defuncti, & occisi eius hæredibus debentur, *l. liber homo, & l. qua actione, & ibi glo. & Doct. ff. ad l. Aquil.* Secundo in pęnam delicto conueniẽtem homicidæ, quæ est mortis, cum offensi nedum recompensationem, & honoris quodammodo restitutionem in pęna delinquentis accipiãt; sed occisi hæredibus, & coniunctis maximũ est solatium videre homicidam via iuris debitam pœna pati, *l. capitalium, §. famosos. ff. de pæn. Sãctus Thomas de Aquino 2. 2. quæst. 67. art. 4. incip. ad quartum vers. sed Princeps, & vers. nocet etiam persona, cui illata est iniuria in fi.* ergo non potest Princeps iniurias, delicta, & damna priuatorum remittere parte nõ concordata, imò Princeps gratiã faciẽdo absq. partis remissione faceret contra conscientiam, & peccaret mortaliter, vt dixit *Diuus Thoma 2. secunda quæst. 63. art. 4. vers. sed Princeps Paris. de Put. de syndic. in verbo compositio cap. 7. num. 11. Gram. conf. 34. num. 1. & voto 35. nu. 9. Plot. d. consil. 73. nu. 53. & seq. Anto. Gomez. de delict. tit. de tortur. reor. num. 38. Clar. q. 59. versic. Adde quod. Carrer. in pract. tract. de homicid. capit. vigesimonono excusatur, nu. 18. Lancel. Contar. in templ. iud. lib. 1. cap. 1. de Imper. quæst. 17. nume. 4. & seq.* qui loquitur de Imperatore, & ideo de generali consuetudine non solẽt huiusmodi Princeps gratias facere, aut delinquentes remittere, nisi parte concordata, prout testaſ

Gram.

Gram.d.consf.34.num.3. & 15. Boss.de remed.ex sol.clem.Princ.nu.24.42.48. 49. & in Senatu Mediolanensi Clar. d. quest.59.sub num.3. Plot. d.consf.crim. 73.nu.58. vbi testatur de generali cõsuetudine totius Orbis,& p Italiã seruari dixit *Bursat. consf.177. num.19.* & in Senatu Pedemontano *Thesa.decis. 21.sub nu.3.ver.contrariũ aliqui defendebant*,& in statu Ecclesiastico *Farin. d.q.6.sub num.20. Baiard.ad Iul. Clar. d.q.59.num.42.Mandell.consf.444.nu. 5.Caball.resol.crim.cas.58.& 157.*ac in Regno Neapolitano testatur *Gramm. super constitu. Regni de concordia partis post nu.4.* Et in hoc Regno Siciliæ nũquam fuit auditum Regem nostrum Catholicum, seu eius Proregem, qui etiam gratiam facit in Regno, indultasse aliquem,& gratiã fecisse,nisi præcedente remissione partis, idq. est expresse dispositum in omnibus Indulgentijs gñalibus huic Regno cõcessis.

Adde post omnes,qui latissime materiam prædictam declarat *Sese. de inhib.inst. Arag.c.1.§.5.nu.23.cum plur. seq.& n.* 108. vbi subdit ita consuetudine in pluribus locis receptũ, & *Azeued.l.1.n.63.cum seq. tit.25.lib.8.recopil. Do.de Pont.ĩ tract.de potest.Proreg. tit.de promis.fie.sol.§.4.nu.12. & 13. & tit.de elect.offi.§.1.n.17.*

Amplia primo hanc cõclusionem,
2 qđ talis † gratia concessa absq. partis remissione est nulla,& non valet,vt ait *Beat.Tho.2.2.q.63. art.4. Foller.in cõment.ad prag. 4. de compositio. num.95. Bal.& bened.de Plot.inter consf.crim.diuerso.consf.6. vol.2.Plo.ibidem in d.consf. 73.nu.52.cum seq.Pet.Anto.de Petr. de potest.Princip.c.24.nu.37.Gramm. vot. 35.nu.7.Baiard.ad Clar.d.q.59.sub nu. 43.* vbi ex pdictis dicit hoc procedere ẽt de plenitudine ptãtis,† & dat rõnẽ,
3 quia pars offensa, vel hæres non recipit honoris sui recompẽsationem, vbi via iuris non punitur iniurians,vel offendens, sed absque pace ei Princeps gratiam facit,tanto fortius, quia esset contra stilum,& cõsuetudinem totius Orbis, vt supradictum est *ex Plot. & Gram.in locis prædictis, Ioseph Sese dec. 176.p.2. Azeue.vbi supra,n.74.& 75. Cabea. dec.Lusit.75.p.1.*

4 Amplia secundo in delicto † in quo est determinata pęna à lege diuina, vt est in homicidio deliberato, pro quo est imposita pęna mortis *in lib.Genesis c.9.& in Exod.c.21. & in Deuterono.c. 19.& in Sacro Euangelio Sancti Matthei c.26.& in Apocalipsi Sancti Ioannis c.13.* vt magis in speciè explicat ita ampliando *Plot.in d.consf.73.nu.60.*

Amplia tertio prædictam conclusionem,vt non solum procedat in Indulto,de quo agitur,sed etiam in qui-
5 buscumque alijs gratijs† delictorum, quæ fiunt per Principes *Farina.de Inquis.q.6.sub num.20. Bertaz.consf.104. nu.4.vol.1.*vel in guidatico,de quo plura cumulat *Sese de inhib. d. cap.1.§.5. num.70. cum seq.*

Amplia quarto idem procedere in
6 compositionibus delictorum, quę fieri non possunt, nisi parte concordata *Gram.d.consf.34. Baiard.ad Clar. q.59. nu.44. Farin. de Inquis. q.5.n.11.* Et in Regno Neapolitano adest sup hoc expressa dispositio per *Rit.275.et prag. 4.de composit.* quæ requirunt pro forma,vt in primis,& ante omnia partiũ remissio præcedat, aliàs actus sit nullus, & idem procedit in transactionibus, secundum *Lucium Foller. in comment.ad d.prag.4.nu.65.*

Amplia quinto, etiam si in gratia
7 † diceretur saluo iure partis, vt dixit *Caronit. super Rit. 272.nu.28. Baiard. in addit. ad Clar. dict.quæstio.59. ante nume.45.* qui licet dicant hoc procedere posse, quando delictum fuisset commissum in personam incognitam,& remissio haberi non possit, tamen hoc fieri per Iudices non con-

Clar. in §. fin. quaest. 59. num. 3. in princ. Gab. in cons. 172. num. 46. lib. 1. Bonacoss. commun. opin. par. 1. verb. Gratia, seu remissio. Plot. in cons. 73. inter cõs. crim. divers. vol. 2. Farina. de Inquis. quaest. 6. num. 22. à Pigner. decis. crim. 39. num. 11. vbi latè, & refert ita pluries iudicatum in illo Cõsilio. *Ioseph. Ludovic. decis. Lucens. 15. nu. 72. par. 1. Borell. de praest. Reg. c. 38. nu. 15. Sesse d. c. 1. §. 5. num. 44. Menoch. cons. 103. num. 43. cum seq.* & ratio est, quia licet Princeps non possit aliquid statuere circa pænam introductam de iure diuino, vt dixi *supra in amplia. 2.* illam in totum abrogando, potest tamen Summus Pontifex ex legitima, & necessaria causa in aliquo casu distinguendo dispensare, & limitando declarare, vt est *glos. in l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. publi. & Doct. in l. rescripta C. de prec. impera. offer. Canonist. in cap. qua in ecclesiarum de cõsti. Hiero. de Monte variar. quaest. iur. lib. 1. quaest. 6. num. 29. & plur. sequ.* vbi ponit casus, in quibus potest Pontifex contra ius diuinum dispensare ex causa, *& num. 39.* connumerat casus homicidij. *Paris. cons. 68. nu. 139. vol. 3. Fel. in d. cap. qua in Ecclesiarum nu. 20. Ioan. Battis. Ferret. cons. 32. nu. 20. vol. 1. Farinac. in d. quaest. 6. nu. 23. & 24.* vbi addit, qđ licet Princeps non possit aliquid in tertij præiudicium statuere *d. l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. publi.* non tamen prohibetur ex causa putà publicæ vtilitatis, vel pacis ius tertij tollere *l. si ita verberatũ §. si fortè ff. de rei vendic. l. Lucius ff. de evict. Afflict. decis. 361.* cum alijs plenè adductis per *Gabriel. de iur. quaest. conclu. 2. num. 1. & sequ. lib. 3. Caravit. super pragm. de exulib. quaest. 19. nu. 172. cum sequ.* & quæ sint causæ istæ, vide per *Luc. de Penn. in l. si apparitor col. 7. C. de cohortal. lib. 12. Azened. lib. 8. titul. 25. num. 78.*

16 Sublimita hanc limitationem procedere, si id expressè Princeps † in gratia dixerit, nam in dubio nõ censetur Princeps velle iuri priuatorum præiudicare, secũdum *Clar. in d. quaest. 59 nu. 3. vers. quod intellige*, subdẽs ita in contingentia facti consuluisse *Ruin. cons. 66. lib. 5. Osas. decis. Pedemon. 138. num. 11. Plaz. epithom delicto. cap. 38. num. 4. vers. illud etiam Gabrie. d. concl. 2. num. 6. Sesse d. cap. 1. §. 5. num. 59.*

Sublimita Secundo, secundũ opinionem *Farinac. in d. quaest. 6. de Inquisitio. sub nu. 25. vers. ego autem*; vt i casu talis gratiæ ita concessæ, hmõi

17 indultati, & aggratiati † non accedant ad locum delicti, nec vbi partes offensæ, & earum hæredes cõmorantur, aliàs non vtilitas publica, sed maiores seditiones, & discordię orirẽtur, & de homicidijs homicidia inter remissos, & offensos nascerentur, & ita fuisse iudicatum refert *Thesau. in deci. 21. circa fin. Rovit. in commen. ad prag. de abolitio. num. 2. Caball. resol. crimin. d. cas. 58. num. 16.*

18 Limita secũdo principaliter, quando offensus † esset mortuus, vel exterus & incognitus, nam eo casu gratia absque remissione partis fieri potest *Caravit. super Rit. Neapol. 272. nu. 28. & 29. Sesse de inhib. tusti. Aragon. c. 1. §. 4. num. 14. D. de Pont. de potest. Proreg. tit. de Provis. fier. sol. §. 4. num. 32.* præstito tamen de stando iuri cũ parte quandocumq. superuenerit, sequitur *Marsil. de Bãn. in verb. pace nu. 23. Luti. Foller. super pragm. de compos. sub num. 85. vers. limitantur etiam Farina. de Inquis. quaest. 5. nu. 11. amplia. 3. & Clar. in quaest. 58. vers. sed quid si nullus nu. 35.* vbi dicit ita seruatum fuisse tẽpore decreti gratiosi anni 1554. licet deinde fuerit conclusum, quod illi, qui propter defectum hæredis remittẽtis admittuntur ad gratiam sine remissione partis debeant impetrare gra-

dum indultũ, vbi partis accusatio nõ præcesserit, & in his tantum, qui ad instantiam partis reperiantur prosequuti. primo ex verbis eiusdem *text.* ibi (*accusati*) & sic quoad eos tãtum, qui accusati fuerint remissio partis requiritur, nec potest intelligi de nõ accusatis, quod corroboratur ex illis verbis ibi (*in casibus in quibus partis remissio necessaria est*) quæ verba sequẽtia declarant præcedentia *l. seruus plurium §. fin. & in l. quod filiabus ff. de leg.* 1. & per multa alia intra, quæ allegat, respondet *Crauett. cons.* 149. *nu.* 4. *vol.* 1. q nimo statim atq; est cõcessum indultum, fuit acquisitum ius inquisito per absolutionem, nec potest amplius accusari vt alias dictum est, & sic non existente accusatore, non requiritur partis remissio, cum ad eius instantia n amplius molestari nõ possit. Secundo facit, quia si hoc esset verum, vtique gratia deseruiret de vẽto, nemo enim gaudere posset huiusmodi beneficio, cũ in omni casu adesset offensus. Tertio confirmatur, nam ita semper fuit seruatum in M.R.C. causarũ criminaliũ, quia in prosequutionibus ad instantiam Fisci conceditur indultum absque aliqua partis offensæ remissione, & dum aliàs fuisset in exequutione præsentis Induiti de hoc dubitatum, fuit secundũ prædicta determinatum in Sacro Regio Cõsilio.

Non obstat, quod tex. dicat ab offensis requiri remissionẽ, & sic nulla habita distinctione, si inquisitio facta sit ad instantiam partis, vel Fisci, quia verba illa declarantur per subsequentia ibi (in casibus in quibus necessaria est,) & sic vbi præcesserit accusatio.

Secundo non obstant tradita per *Foller. & Caronit.* quia procedunt in compositionibus, & ex expressa *Rit. Neapol. dispositione incip. Item quod vbi proceditur ex officio*, vt ibi per eos, & notat *Nunt. Tartagl. ibi in d. pragm.* 8. *de compos. num.* 4. imo si rectè considerentur, loquũtur in diuersis terminis, à quibus versamur in decreto nostro & adde D. *de Pont. in tract. de potesta. Proreg. tit. de praeuis. fier. solut.* §. 4. *nu.* 33. vbi limitat inter nobiles stãte pace, vt ibi per eum *in fi. Sese de inhibit. instit. Arag.* §. 5. *capit.* 1. *nu.* 36. & 126.

Sed quid si adsit pars instigatrix vide supra *cap.* 7. *num.* 14.

Secundo quæro ex *tex.* nostrò ibi (*legitima*) hoc est iuxta iuris formam,
24 & dispositionem, quid si remissio† facta fuerit pecunia mediante, an sit legitima?

Videbatur dicendum, quod non, quia pro remissione rancoris nõ licet recipere pecuniam *Bald. i l. fi. ff. de cõdit. ob turp. caus.* idq. procedit nedum in foro poli, *vt in Euang. Matthe.* 6. *dimittite, & dimittetur vobis, qua reintegratis, & amore Dei, qui gratis quotidie nobis peccata condonat*; Sed etiam in foro honoris, vẽdere enim eius sanguinem pænes graues, & honorificos viros turpe, & dedecorosum vr̃, hinc est quod indultum, seu cõpositio obtẽta vigore dictæ remissionis nihil sibi prodesset, & est ac si nihil fecisset, secundum *Ghirland. de relax. carcerat. in rub. de pen. composit. num.* 10. imo vterque erit infamis, offensor soluens infamia iuris, & offensus accipiens infamia facti, quia iniuriam, & corpus suum pretio vendidit vt dixit *Luc. de Penn. & latè in l. vnica C. de publ. letit. vel cons. lib.* 10. *vers. & hanc satisfactionem Bald. in cap.* 1. §. *seu furtum col.* 5. *de pac. iuram. firman. Marsil. de bannit. in verb. Pace num.* 30. *Baiard. ad Clar. quaest.* 58. *num.* 66. *Foller. ad pragm. de compositio. num.* 57. & ob id in Indulto generali cõcesso de anno 1572. in Regno Neapolitano fuit expresſè cautum, quod remissio non fiat per pecuniam, vel metum.

Contrariã tamẽ opinionem, quod remis-

remiſsio etiam pecunia mediante fa-
cta non impediat, quìn reus gaudere
25 poſſit beneficio† præſentis decreti de-
terminat *Paul.de Caſt.l.furti* §.*pactus*
ff. de infam. vbi ait quod huiuſmodi
pax,& remiſſio prodeſt ad minuendã
pænam ſtatuti, ergò & ad tollendam
ſequitur *Vulpel. de treg. & pac. quæſt.*
28. *Marſil.de bannit.verb. Pace nu.*10.
& gratia ipſa facta pecunia mediante
valet *Socy.conſ.*4.*col.*2.*vol.*2.*Cur. ſen.*
*conſ.*49.*col.*3. imo reuocari nõ poteſt,
quia tranſit in vim contractus *Bal. in*
l.qui ſe patris C. vnde liber. verſic. hoc
*ſcias Roman.ſing.*457. *incip. an Iudex*
*Baiard.ad Clar.quaſt.*59.*nu.*11. & eſt
concluſio indubitata de iure, & com-
muni calculo *à Doct.* recepta vt refert
*Nunt.Tartagl.ſuper pragm.*8. *de cõpoſ.*
*num.*7. *verſic.qua quidem remiſſio poſt*
*Plaz.lib.*1.*delicto cap.*39.*nu.*3.*per tex.*
*in l.*1.*& ibi gloſ.ff. de bon. cor. qui ante*
ſenten. ſibi mor.conſci. vbi licitũ eſt sã-
guinẽ ſuum qualitercumq. redimere.

Hæc tamen opinio de facili pro-
26 cederet de iure,Sed in Regno†de ſtilo
Actuariorũ datur partibus oſtẽſi iura-
mẽtũ,ſi pretio,amore, vel per vim re-
mittant, & ſi dicant quod ſic. hmõi
remiſſio non recipitur in actis; licet
aliquando eas viderim receptas, & ita
27 etiam ſeruari in Regno † Neap. refert
Tartag. ad 8. *prag. de compoſ.n.*5.*verſ.*
Beneuerum eſt, & ideo difficile eſſet
obtinere Indultum præcedente ſimili
remiſſione,ſuper quo cogita. *Add.Ca-*
*ball.reſol.crim.caſ.*141.*&.*175.

Limitatur hæc proxima conclu-
ſio, ſi eã tenere velimus, vbi pretium,
28 † ſeu pecunia fuiſſet data ꝑ damnis,
intereſſe,& expenſis paſſis pro iniuria,
dãno illato, quia tunc permittitur ta-
lis pactio,& trãſactio *Baiard. ad Clar.*
*quaſt.*58.*n.*65.vbi ait hoc expreſsè di-
29 ci debere in ipſa trãſactione, ſeu pace,
àliàs non intelligitur *Gomez. de delict.*
*cap.*6. *num.*13. *poſt alios Vulpel.de treg.*
*& pac. quaſt.*29. *Decian.trac.crim.lib.*
2.*cap.*24.*nu.*66.

Vnum tamen nota circa hanc limi-
30 tationem, quod ſi pars † nollet remit-
tere, qa vellet maximã pecuniatũ sũ-
mam,eo caſu poterit taxari aliqua sũ-
ma moderata arbitrio Iudicis ad hoc
vt offenſor poſſit gaudere Indulto, &
gratia, vt dixit *Anto. Theſau.in deciſ.*
21.*num.*3. *ver.ideoque in caſu propoſito*
qui ita refert iudicatum fuiſſe in Sena-
tu illo Pedemont.ſequitur *Scip. Rouit.*
*ſuper prag.*8. *de compoſ.num.*2.& faciũt
notata per à *Peguer.in deciſ.*6.*num.*13.
*Azened.l.*1.*n.*76.*tit.*25.*lib.*8.*recop.*vbi
ſubdit hoc eſſe notatu dignum,& fuit
doctrina *Rebuff.in l.vnic. C.de ſentent.*
qua pro eo quod inter. profer. in præfat.
*numer.*38.

31 Tertio quęro,an remiſſio † per vim,
& metum extorta ſit legitima?& con-
cluſiuè dicas quod nõ, imo neque va-
let pro gratia obtinẽda ſm *Clar. in* §.
*fin.quaſt.*59.*nu.*2. *verſ.ſed in caſu loſſa*
vbi refert quemdam,qui ſimilẽ remiſ-
ſionem per vim, & metum ab hæredi-
bus occiſi extorſerat, nõ ſolum nõ po-
tuit gaudere gratia,ſed fuit laqueo ſu-
ſpẽſus; Hinc eſt quod in Regno Nea-
32 politano † ad obuiandam prædictam
difficultatem extat *prag.* Regia circa
modum remiſſionis faciendæ corã of-
ficialibus, quæ eſt 7. *incip. Vna dellas*
cauſas in tit. de compoſitio. de qua me-
minit *Nunt.Tartagl.ſuper cõmen. prag.*
8. *de compoſ.nu.*5. *verſ.Hodie vero. Ca-*
*rau. ſuper Rit.*273. *&* 275. *ſub num.*7.
& in Regno noſtro adeſt ſtilus prædi-
ctus *in quaſt.praced.* Immo inferentes
33 † minas pro habenda pace incurrunt
pęnas criminis lęſę maieſtatis in ſtatu
Eccleſiaſtico,vt refert *Baiard.ad Clar.*
*d.q.*59.*nu.*51.

Quarto quæro, quid ſi accuſator in
34 remiſſione appoſuerit pactum,† quod
remiſſus non poſſit accedere ad locũ
delicti, vel quod non diſcedat à certo
loco

loco sub certa pœna, an talis remissio sit legitima? Hanc quæstionē diuido in duas partes; quarum prima erit, qđ tale pactum nō impediet, quin remissus gaudeat præsentis Indulti beneficio, ita in indiuiduo determinant *Bonacos. in quæst. crim. in verb. Pax. Alciat. in cons. 134. tom. 2. lib. 5.* & semper fuit iudicatum in M. R. C. causarum criminalium, vbi ego semel iudicaui de mēse Octobris 1605. pro Vito Bucculerio, non obstante prædicta cōditione, quia nō per hoc remissio ipsa vitiatur, qđ procedit, ēt quod offendēs cōtraueniat suę promissioni, & nō seruet promissa, ad tex. *et ibi hoc not. Bar. Bal. & Sal. in l. quamuis, C. ad Turpil. Farinac. de Inquis. q. 5. n. 11. in fi. vers. sublimita secūdo post Carau. super Rit. Neap. 275. nu. 22. & seq.*

Secunda erit qō, an tale pactum de iure sit validū, & per consequens seruari debeat? & prima facie videbatur dicēdum, quod sic, ex doctrina *Bal. in c. 1. nu. 4. de leg. Corrad.* vbi quærit ibi *Bal. post Iacob. de Ardi.* quando compromittitur in offensum, an offensus possit mādare offendēti, quod de Ciuitate exeat, & dicit quod non, nisi in cōpromisso hoc actum fuerit, & ideo videtur concludere, pe ſſe apponi tale pactū, si velit offensor, & eum sequitur *Affl. ibi, n. 17. Greg. Lop. ĩ l. 27. gl. 8. tit. 11 p. 3. Baiar. ad Clar. ĩ q. 67. n. 20.* Eiusq. ratio est secūdū *Bal.* quia nō per hoc dicitur infringi libertas, sed est quædam iniuriarum satisfactio.

Item facit, quia aliàs offensus pacem, & remissionem nō fecisset, si cōditionem non valere credidisset, vnde de facili ad vindictam prouocaretur, *l. qui fidem, ff. de transact.* immò & pacem recipientem in foro honoris non excusari, quinimò eius opinionem penes probos viros grauari, si à fide, & promissione desisteret, cum his motus fuerit offensus ad pacē faciendam, vt dixit *Vulpel. in tract. de treg. & pac. q. 55.* & ideo ad euitādas reuolutiones, & tollenda scandala, quæ ex hoc oriri possent, si pax ipsa non seruaretur, talia pacta approbari ꝑ Principes dixit *à Gamm. dec. 63.*

Contraria tamē opinio verior est, quod vtiq. pactum prædictum sit nullum, & primò quia talis conditio est nulla, & contra naturam remissionis, & pacis, & ob id reijciendam esse ait *Alciat. in d. cons. 134. tom. 2. lib. 5. Anchar. in cons. 75. Vulpel. in tract. de treg.*
36 *& pac. q. 55.* vbi hoc pręsertim procedere asserit, quia lex Euangelica repugnat *Matth. 5.* ibi (*& benefacite illis, qui oderunt vos*) non enim benefacimus, sed malè si ipsos à patria exules teneamus.

Secundo facit, quia cōtinet pactum expressum à iure reprobatū, nēpè sup re, in qua solum Pętoris imperiū versatur, vtputà exiliū à propria patria, & in his, in quibus Prætoris iurisdictio versat, priuatorum pactiones prorsus reijciuntur per tex. expressum ĩ *l. iurisgentium, §. si paciscatur, ff. de pact.* quē in his terminis adducit *Anch. in d. cōs. 75. n. 2.* & tū clarū est, qđ pęna exilij non pōt imponi de iure, nisi per habētes meiū Imperiū, cū sit pęna capitalis vt dixit *Bart. in l. Imperium, n. 10. ff. de iurisd. om. iud. & alij* multi, quos refert & sequitur *Farin. in tit. de delic. & pæ. q. 19. n. 17. Mago. dec. 35. nu. 25. lib. 2. Emanu. Suarez com. opi. verb. Capitalis n. 8. & Bonacos. in com. opi. crim. in vers. Capitalis pæna*: immo, & corporalem esse asserit *Boss. in tit. de Carcer. si deius. committ. num. 7.*

Tertio, & vltimo, qa est cōtra liber-
37 tatē † ad tex. *in l. Titio centū, §. Titio centum lo 2. ff. de condi. & demonstr.* qui text. in secundo exemplo ibi posito expressè decidit casum hunc, dum inter cæteras cautiones, quæ sunt cōtra libertatem, & propterea sunt à iu-

re reprobatæ, refert eam, vt scilicet q.s in alia Ciuitate Domicilium habeat, & sequitur Bar. Item & contra omnẽ humanitatem, & continet meram duritiem, & vindictã, ac odiosum est, secundum *Anch. in d. cons. 75. & Vulpel. ĩ d. q. 55.* & hanc eamdem opinionem tenent *Moron. in tract. de treg. & pac. q. 186. Bonacos. in cõmu. opi. crim. in verb. Gratia. Iac. Nouel. ĩ pract. crim. vlt. nu. 69. Scipio Rouit. ĩ commen. ad pragm. 8. de compos. nu. 8.* vbi secũdum eam iudicatum extitisse refert in Sacro Consilio Neapolitano, & alia ad hoc adducit fundamẽta, & idem ego iudicaui ĩ Consistorio Sacrę Regiæ Cõsciẽtiæ die 25. Nouembr. 1603. pro Baldassare Paterno contra Ludouicum La valli, cum Doctissimis meis Colleghis D. Georgio Faya, & Mario de Cãnizarijs Regijs Cõsiliarijs meritissimis, quę decisio est *octuagesima sexta 1. vol. mearum decis.* quæ cito Tipis dabuntur Deo ita fauẽte, & alias fuit pluries iudicatum in M.R.C. & præcipue pro Vincentio Panzetta die 27. Augusti 1602. & pro Ioseph Bãcato contra Vincentiũ Lauria die 27. Ianuarij 1608. & pro Hieronimo li Gãbi contra Don Ioseph, & Don Ioannẽ Starraba die 23. Iunij 1602. & in alijs causis.

Nec obstat in cõtrarium allegata, & primo doctrina *Bal. & aliorũ*, qui eam sequuntur *in d. c. 1. nu. 4. de leg. Corrad.* nã ipse *Bal.* mouetur ea rõne, quia nõ per hoc libertas infringitũ, sed est quædam iniurię satisfactio, & tñ clarũ est, quod dicta ratio est cõtra text. expressum *in d. §. Titio centum*, vt dictũ est supra. Itẽ cõtra *Bal.* tenuerunt *Ancha. Alciat. & cæteri* pręallegati, quorum opinio fuit, tàm in consulendo, quàm in iudicando recepta.

Minus obstat secundo, qđ offensus pacem aliter nõ fecisset, si conditionẽ nullam esse credidisset, quãdoquidem pacem, & concordiam perpetuam faciens, non vř hoc posse honestè dicere, quia sic indignationẽ pęnæ non irrogatę, & duritiẽ in aĩo retineret contra naturã pacis, & cõcordiæ, quæ est deponere omnem animi langorem, *l. seruus, ff. de ser. fugi. §. si. inst. de inin.* & licet actionem iniuriarum quis remittere nõ teneaĩ, atñ cordis rancorẽ statim remittere debetur, vt ex multis alijs determinat *Zerol. in prax. Episcop. ĩ ver. Charitas fol. mihi 44. Molin. de primoge. Hispan. lib. 2. c. 5. nu. 12.*

Prædictam conclusionem intellige non procedere, quãdo talis conditio in remissione esset apposita ad breue
38 tempus, vt fuit conclusum in causa Pauli Mastiani, & Ioannellę Tagliauia die 4. Nouembris 5. indict. 1606. ad not. per *Roui. & Vulpel. in locis preallegatis*, qui in hoc casu intelligunt procedere contrariam opinionem; & ideò in casu illius de Paterno, quia pactum erat, quod per decem annos non posset accedere ad Ciuitatem Catinę patriã suam, nobis visum fuit dici nõ posse ad breue tempus, cum decenniũ
39 longum sit tempus *Bar. Bal. Angel. & & Imol. in l. qui aliena, ff. de acq. har. Cepol. de simulat. contract. nu. 128. Raynal. Cors. de indagat. iur. lib. 1. c. 19. nu. 1. Rodoan. de reb. Eccles. nõ alienan. rub. 2. nu. 16. Moron. de treg. pac. q. 88. n. 9. & 10. Gail. obser. 29. nu. 6. lib. 2. Magalot. de Securita. & salu. conduc. p. 1. nu. 47.* ex doctrina *Bar. in l. 1. §. quod autẽ, ff. de superficie.* Et tempus breue ad summum debet accipi pro quinquennio *Paul. de Castr. in l. quoties, in fin. C. de prec. impera. offer. Bar. in d. §. quod autem.* Immo decennium potius est perpetuum, quàm temporale, vt ait *glos. in l. nam Imperator, ff. de leg. & Bartol. in l. diuturni, ff. eod.* tanto fortius, quod ille de paterno seruauerat exilium prædictum per annos quatuor, & pars remittens iam erat mor-

mortua, quibus concurrentibus modo prędicto indicauimus. Hinc est qđ si pro obseruatione pacti prędicti fuis-
40 set apposita pęna † fisco applicata, vel pręstita fideiussio de soluendo summā aliquam, illa non debetur, & obligatio ipsa euanescit: nam cum principalis obligatio sit nulla per prædicta, nō videtur subsistere posse obligatio accessoria sine principali, *l. fideiussor obligari, & l. Marcellus, ff. de fideiusso.* & ita in terminis cōcludunt *Anchar. in d. cōs. 75. nu. 4. vers. ex prædictis etiam Marsil. de bannit. verb. pace, nu. 9. & in cōs. 122. Moron. de treg. & pac. d. q. 186.* quæ conclusio tanto fortius procedit in Regno nostro, vbi per *Rit. Alphon.* 154. est expresse dispositum non posse apponi pęnas in quocumq. contractu, nisi in compromisso, etiam quod fuisset promissa cum iuramento non obstante quacumq. renuntiatione.

Idem & fortius dicendum est, si in pacto esset dispositum, quod promit-
41 tens † non accederet ad aliquam Ciuitatem patriam suam, vel à certo loco non recederet, aliàs reincideret in primęuas pęnas, vt concludit *Bart. in l. si vnus, §. pactus ne peteret num. 5. & ibi Ias. Rim. & Bolognett. ff. de pact. Carauit. super Rit. 275. num. 12. 13. & 14. idem Bar. in l. 1. ff. de iur. fis. Decia. tracta. crim. tit. de abolit. n. 84. & in c. 34. lib. 3. de accusat. n. 71.* & ita fuit iudicatū in M. R. C. de anno 1596. ꝑ quodā de Ragusa, rō est, qa ꝑsona priuata hoc facere nō pōt, secus si pactū ꝑdictū fieret cū dño, q potestatē habet cōdēdi legē, tunc enim pacta ista sunt leges, & seruāda erunt, vt distinguēdo cōcludit *Bar. in d. §. pact⁹ ne peteret*, quē
* cōiter *DD.* oēs sequuti sūt. Et ideo cautela est ad hoc vt tales remissiones, ita
42 † cōditionatæ valeant, vt confirmentur per Principem, ſm *Caroui. super d. Rit.* 275. licet non semper per Pręsidē ratha haberi debeat, vt dixit *Anchar. in d. cons. 75. nu. 4.* Sed quid si conditio esset quod non accederet ad patriā ad bene placitū accusatoris, an eius morte extinguatur; affirmatiuè iudicauimus in Magna C. pro Francisco, & Mario Grisasi contra Marium Lozizo de mense Ianuarij 1609. per doctrinam *Bar. in l. centesimis, §. si ita stipulatus, n. 10. ff. de verb. oblig.* quia nō requirit alia declaratio iuxta benigniorem opinionem, quam Magna C. mater æquitatis amplecti consueuit, *Bal. in l. post dotem, nu. 8. ff. solut. matrimo.* & plura in materia cumulat *Eruditissimus Catalan. de Abolit. c. 15. nu. 71. cum plurib. seqq.*

43 Quinto quęro an remissio † probata per testes sit legitima ad obtinendū indultum; Videbatur dicendū quod sic, nā cum multi sint casus, in quib⁹ de necessitate requiritur scriptura, vt *ex glos. c. 1. §. post, extra de censib.* quæ enumerat vigintinouem, *& Specul. de inst. edic. § restat, ver. sed si vnus, Nell. de bannit. 3. p. 2. tempo. q. 38. num. 14.* non enumeratur casus iste. Item quia probatio per testes, & scripturam æquiparantur *c. cum Ioannes Heremita iuncta glos. vers. quodlibet instrumentū de fid. instrum. Carou. Rit. 275. nu. 17.* & hanc opinionem sequitur *Catald. de synd. quæst. 99. Vulpell. in tract. de treg. & pac. quæst. 66. Farinac. de Inquisit. quæst. 5. sub num. 11. vers. sublimita primo, Caball. resol. crim. cas. 141.*

Contrariam opinionem veriorem esse ī terminis Decreti nostri arbitror,
44 quia statutum nostrum hoc gratiosum requirit remissionem in authentica forma, & sic non potest verificari in scriptura probata per testes, sed debet produci per publicum instrumentum, vel pœnes acta iudicij, ita in terminis decidit *Carouit. super dict. Rit. 275. num. 18. versic. ego autem*, vbi allegat hanc opinionem tenentem *Petr. Foller. in commen.* ad Indultum

conceſſum Regno Neapolit. in anno
1554. *col. pæn.* quem adhuc videre nõ
potui, & in terminis Indulti *Gramm.*
conſ. 34. nu. 15. & voto 35. num. 7. Lan-
cell. Contar. in templ. omn. ind. lib. 1. cap.
1. tit. de Imperatore q. 17. nu. 4. ibi, (*non*
indulgeant, niſi pacem, & remiſſionẽ à
parte offenſa produxerit per publicum
inſtrumẽtum) *Vulpel. in d. tract. de treg.*
& pac. q. 66. verſ. ſi vero ad probanda,
Nell. de bannit. 3. p. 2. tempo. q. 38. verſ.
quia tamen facilius, Clar. in §. fi. q. 58.
ſub nu. 39. ver. ſcias etiam & ibi Baiar.
num. 72. vbi dicit quod Curia pacem,
niſi in inſtrumento probetur admitte-
re non conſueuit, & ita ſeruari vidiſſe
in Curia Vrbini, & in alijs partib[9], &
ſeruari in Senatu Mediolanenſi refert
Clar. in præcitato loco, vbi ſubdit quod
vidit plerumq. repulſam dati his, qui
volebant illam probare per teſtes, vel
fides ſubſcriptas etiam à perſonis fide
dignis, ſequitur *Luci. Foller. ad prag.*
Regn. Neap. de compoſit. n. 83. quinimo
de pace debet conſtare in actis *Moron.*
in tract. de treg. & pac. q. 106. num. 15.
quidquid ſit opinio contraria de iure
cõi verior eſt, ſed hæc ſecũda procedit
attenta diſpoſitione ſtatutorum.

Amplia primam opinionem, ſi quę-
relãs accedat ad iudicem, & dicat qđ
45 non vult iuſtitiam † de denuntiato ſtã-
te *Rit.* prædicto Neapolit. nam tunc ĩ
Regno illo poſſet talis admitti ad cõ-
poſitionem, vel grtiam ſtante remiſ-
ſione ſic facta, & ita fuiſſe deciſum in
caſu ſimili dũ Senator, & Fiſcalis at-
teſtarentur pacem, & remiſſionem co-
ram ſe factam refert *Clar. in præallega-*
to loco; licet hodie adſit ibi Regia prag-
matica, quod remiſſiones fiant coram
Iudice ſecundum prædictos.

46 Sexto quæro an remiſſio † facta ab-
ſenti ſit legitima ad obtinendum In-
dultum; breuiter dicas, quod ſic tan-
to magis quando adeſt ſtipulatio no-
tarij nomine omnium, quorum inte-
reſt, & ita in practica ſeruatur ſecũdũ
Clar. in §. fi. q. 58. n. 37. Sed de iure cõ-
muni fuit dubitatum, an requirat̃ ra-
47 tificatio, † aliqui enim voluerũt, quod
ſic prout fuerunt *Brun. inter conſ. cri-*
mi. diuerſ. conſ. 94. lib. 2. aliàs eſſet nul-
la *Bertaz. conſ. 95. n. 3. & 4.* & alij mul
ti quos cumulat *Moron. ĩ tract. de treg.*
& pac. q. 132. Vulpel. in ſimil. tract. q.
7. Sed veritas eſt in contrarium, quod
non requiritur ratificatio, & hanc eſſe
magis communem opinionem tenet
Hercul. de Silueſtr. inter conſ. crimi. di-
uerſo. lib. 2. conſ. 97. Coraſ. in commu. opi.
in ſpec. 2. num. 33. Moron. in d. q. 132.
& hanc opinionem ſeruari in practica
refert *Clar. in d. q. 58. nu. 36. & ibi Ba-*
iard. nu. 63. Sed quidquid ſit ad obti-
nendum Indultum nõ requiritur ali-
qua ratificatio, cum remiſſus petendo
Indultum illã ratificare videtur, *l. Pau*
lus reſpondet. ff. rem. rat. habe. Baiard.
in d. num. 63.

48 Septimo quæro an tacita remiſſio
ſit legitima ad obtinendum Indultũ,
videbatur dicendum quod ſic, quia
iniuria remittitur nedum per expreſ-
ſam remiſſionem, ſed etiam tacitam,
putà per diſſimulationem, quæ fit ri-
dendo, ludendo, comedendo, ſcriben-
do, loquendo, conuerſando cum in-
iuriante, aut ſimilibus caſibus, & ope-
ratur prout illa, quæ fit expreſſis ver-
bis, *l. non ſolum, §. 1. & l. ſed ſi vnius, §.*
ſi ante ff. de iniur. & §. fi. iuncta gl. vbi
Ioan. Fab. et Aret. inſti. eod. Luc. de Pen.
in l. 1. q. 9. C. de publ. leti. lib. 12. Plaz.
epith. delictor. lib. 1. c. 6. nu. 43. ver. ca-
terum, quod quidem procedit ſiue
verbis, ſiue facto fiat iniuria ſecũdum
Io. Fab. in d. §. fi. & ideo ſatis eſt, qđ
offenſus ſimiles actus faciat, ad hoc vt
remiſſionẽ habere dicatur, & per cõ-
ſequẽs gratiam præſentis Decreti ob-
tinere poſſit.

In cõtrarium eſt veritas, quod vti-
49 què pro obtinendo Indulto † requirat̃
expreſ-

expressa remissio facta in actis Curię, seu in instrumento publico ex forma præsentis Decreti ibi (in authentica forma) & voluit *glo. in l. fi. in verb. nisi euidenter, ff. ad Turpill.* vbi dicit, qđ ad obtinendum abolitionem, consensus partis debet esse expressus, & euidens, nec sufficit tacitus, *Caronis. super Rit. 275. num. 3. & seq. Farinac. de Inquis. q. 5. num. 11. Amplia. 2. in fi.* & dixit si bene aduertatur *Lancell. Contar. in templ. om. iud. lib. 1. c. 1. tit. de Imper.* §. 4. *q. 6. num. 7.*

Non obstant in contrarium allegata, quia procedũt, vbi accusatio nõ fuit proposita, sed statim facta iniuria, offensus non reuocauit eam ad animum suũ, quia dissimulando per act* extrinsecos censetur remisisse, secus vero vbi interuenit accusatio, quo casu
50 necessaria est expressa remissio † *Ioan. Fab. cum gl. in §. fi. inst. de iniur. Aufr. dec. Tholos. 127. in fi.*

Item cõtraria possent procedere de iure communi, secus vero stante expressa dispositione *text.* nostri, vt dictum est.

51 Octauo quęro, an remissio† facta de vulnere, ex quo mors sequuta est, sit legitima ad obtinendum Indultum, & dic quod non, vt dixerunt *Gandin. de malefic. nu. 15.* vbi testatur de communi* opinione, & eum refert *Anton. Padilla in l. transigere nu. 28. C. de trãsac. Villapan. super l. 22. c. 56. num. 4. Boss. in tit. de pace num. 13.* qui dicit ita seruari in Senatu Mediolanensi *Farinac.* qui de magis* communi opinione testatur *quæst. 14. nu. 28.* post *alios* quos ibi cumulant. *Clar. in §. fin. quæst. 58. num. 29. vbi Baiard. num. 51.* limitat nõ procedere, quando dictum fuisset, etiã
52 si mors sequatur, † vel si pax facta fuerit de vulnere, & de his quæ ex vulnere sequi possent, vel aliquo modo deprehendi possit, quod paciscentes etiã mortis casum pręcogitauerint, & ante cum dixerunt *Vulpel. de treg. & pac. q. 22. Plaz. epithom. delictio. cap. 12. col. fi.*

Nono quæro, an remissio facta per
53 infirmum sit legitima, † & prosit ad hoc, vt hæres non possit contradicere? vide *Ioan. Anto. de Nigr. in cap. frequẽs nu. 78. fol. mihi 38.* vbi multos allegat.

Descendo nunc ad tertiam partem *tex.* ibi (*ab offensis*) & videndum est, qui sint isti offensi, qui remittere debẽt ad hoc, vt remissio sit legitima, & sufficiens ad obtinẽdum gratiam ex præsenti decreto concessam, & præsuppono primo, quod ab illo debet haberi
54 remissio, † qui offensus est, si vero ille
55 esset mortuus, † tunc ad proximiores spectat remissionem facere, cum & illi offensi dicantur eo ordine, vt qui præfertur in accusatione, pariter præferatẽ in remissione facienda, ita dixit *Clar. in §. fin. quæst. 58. num. 20. vers. visum est. Gomez. var. resol. tom. 3. cap. 3. num. 61. & seq. in tit. de homicid. Petrin. Bel. de re milit. num. 50. & seq. fol. 18.* vbi latè examinando hanc materiam semper in hoc equiparant ius faciendi pa-
56 cem, † & ius accusandi *Plaz. epitho. delicto lib. 2. cap. 39. num. 17.* & est* communis *Doct.* resolutio, vt ait *Farinac. in tit. de accusat. quæst. 13. num. 1. & 2. Molin. de iust. & iur. tract. 3. disput. 45.* vbi ponit si omnes, qui suorum iniuriam prosequuntur admitti debeãt æqualiter ad accusandum, & consequenter ad remittendum pro obtinẽdo indulto, & D. *de Pont. in tractat. de potest. Proreg. tit. de promissio. fie. solu.* §. *4. num. 16.* vbi concordat cum hic per nos traditis, *Mandell. cõs. 419. & 444.* qui loquitur in terminis Indulti.

Hoc præsupposito, quæro de mul-
57 tis, & primo an remissio† habita ab occiso tempore, quo in extremis laborabat, sufficiat pro Indulto? *Bart. in l. damni §. Sabini ff. de damn. infect.* tenet quod sufficiat, maximè si Indultũ non dicat, quod habeatur ab hærede, sed

sim-

simpliciter loquatur vt hic; Sed *Bald. in l.2. C.de liber. & eor. lib.* indistincte dicit, quod sit sufficiẽs, siue Indultum simpliciter loquatur, siue expresse diceret, qđ habeatur ab hærede; Tu dic quod prima opinio verior est in terminis decreti nostri, super quo vide *Vulpell.in tractat.de treg.& pac. quaest.21.* vbi in terminis loquitur.

58 Quæro secundo pater † accusauit, & infra sex menses remisit, si mater vult accusare, an impediat beneficium induli, ita vt stante illa remissione obtẽta sit locus ipsius gratiæ? Breuiter rñdeas, qđ nõ impedit, quia statim atq. habuit remissionem ipso iure dicitur indultatus, & aggratiatus, & per consequens non potest molestari ex accusatione de nouo facta, vt aliàs dixi *supra in cap.7. in verb.accusati, et supra in cap.23. in verb.ipso iure*, idquè procedit maximè elapsis triginta diebus *l.si interueniente in fi. ff. ad Senat. Consul. Turpillia. l.aut priuati ff.eod.* hinc dicit *gl.in rub.C.de abolitio.in fin.* quod isto casu actio extinguitur, ac si per sententiam, seu interloquutoriam perempta fuisset, & est *tex.in l.1.C.eod.* ibi (*prosequi criminia volens nõ est audiẽdus post cessionem, & abolitionem sequutam*) & in terminis compositionis concludit *Caronit. super Rit.272.num.24. & nu. 26.* vbi ait quod facta compositione

59 † cũ remissione principalis offensi, vel eius, ad quẽm ius querelandi pertinet, neque ex eodem, neque ex nouo processu tractatur amplius de causa, quæ dicit esse notanda, quia quotidiana, & seruari in practica, sequitur *Baiard. ad Clar. in §.fin.quaest.58.num.60. Farin. post alios quaest.6.num.61. de Inquis. & dicam infra in cap.25. in verb.declarantes etiam*, & ita iudicauimus pro Antonio de Arena, nam habita remissione ab vxore, & obtento Indulto fuit denegata audientia alteri de nouo accusare volenti, per supradicta, quibus addc *Mandell.d.cons.444.*

Item facit, quia stante accusatione facta per patrẽ, & cessione inde sequu-

60 ta, non admittuntur mater, † & cæteri ad accusandum, quia maiorem dolorem, & actionem habet pater *Carrer. in practi. in §.circa num.380.cum seque.*

61 quod procedit etiam si filius † vellet accusare *Marant. in Specul.p.6.titu.& perrenit aliquãdo per viã Inquis.n.67. fol.mihi 84.à terg.* vbi ponit de vxore, & alijs *Couar.var.reso.lib.2.c.10.n.2.q.* de * communi testatur *Roman. consil. 213. col.2.* & ita seruari in practica refert *Bonacoss.comm. opin.verb.pax, vel transactio, Sese de inhib.c.1.§.5.nu.62.* & aliàs fuit iudicatum in M.R.C.pro Philippo de Nicoxia cõtra Antoniũ lo Guzo.

62 Quæro tertio, quid si offensus est minor, nunquid poterit ipse, vel eius tutor, aut ipse cum authoritate tutoris remittere? Distingue, quod aut filius est infans, & tunc siue solus, siue cum authoritate tutoris non potest remittere, vt voluit *Vbert.de Bobio* quẽ allegat *Spec.in tit.de homicid.colum.2. Nell. de bannit.3.p.2.tempo. q.32. per gl.notab.in l.1.vers.promisit. ff.de nouat. Farina.in tit.de accusa. q.15.nu.1.* vbi dicit hoc communiter * receptum esse *Clar.in §.fin. q.58. sub vers. quaero an tutor, Simoncel.de decret.lib.2.tit.6. num.135.* & ratio est, quia cum infantis nullus sit consensus, *l.in negotijs, ff. de regul.iur. l.1. cum ibi not. ff. de nouat.* merito faciendi pacem potestas, quæ consensum requirit sibi prorsus a iure sublata est.

Aut remissio fit per tutorem solum, & tunc valida est, si infanti expediat, & non aliter vt dicunt *Bal. & Sal.in l. pactum curatoris C.de pact. per tex.iuncta glos.in fin.C.de transact.* putà si inimicitia erat periculosa illi infanti licet *Nell.in praeallegato loco* velit, quod interueniat cõsilium propinquorum, &

de-

decretum Iudicis per *gloſ. & Bart. in l. tutor. ff. de bonor. poſſeſſio. & Bald. in l. bonorum C. qui admit. Foller. remiſſiuè ſuper pragm. 1. de exuli nu. 29. Carouit. ſuper Rit. 275. nu. 19.* & propterea antequā tutor remiſſionem faciat debet in iudicio petere, quod cū remiſſio expediat pro pupillo, capiatur informatio, qua capta, & conſtita interponatur decretum, quod valeat ipſam facere, & ita magis * communiter ſeruari ait *Nunt. Tartagl. ſuper pragm. fin. de compoſ. num. 30.*

Aut & tandem ſit remiſſio per pupillum cum authoritate tutoris, vel adultum cum curatore, & tunc cōclude, quod eo caſu legitima eſt remiſſio vt dixerunt. *Bald. & Salycet. in d. l. pactum curatoris*, & ibidem * cōmuniter *ſcribentes* omnes, idem *Bald. & cæteri Doct. in l. 1. C. de integ. reſtit. minor. & in rub. de treg. & pac. num. 10. Angel. in l. ſi non conuitij ff. de iniur. Carouit. dict. Rit. 275. Foller. ſuper comment. ad prag. 1. de exuli ſub num. 28. Nell. de bannit. 3. par. 2. temp. quæſt. 32. num. 2. Gomez. var. reſol. tom. 3. de delict. tit. de homicid. cap. 3. nu. 66. Plaz. epitho. delictor. cap. 45. num. 6. Petrin. Bel. de re milit. par. 10. tit. 2. num. 56. Stefan. Lambertengh. in tractat. de contract. cor. gloſ. 1. num. 374. Clar. in §. fin. quæſt. 58. ſub eodem verſ. quæro an tutor, Ioan. de Amic. cōſ. 88. colu. 1. & 2.* vbi teſtatur de magis communi opinione, refert & ſequitur *Thob. Noni. conſ. 108. num. 4. & 11. Farinac. de Inquiſ. quæſt. 15. tit. de accuſ. num. 2.* & in hoc omnes concordant, vt dicit *Nell. in praalleg. loco*, & ſuper hoc latè ſcripſit *Collegium Materatenſe inter conſ. crim. diuerſo. conſ. 150. nu. 6. & ſeq. lib. 1.*

Quæro quarto an remiſſio facta à minore cum authoritate tutoris ſine

63 decreto † Iudicis ſit legitima? *Doct.* in hac quęſtione diuerſimodè ſcripſerūt; Multi enim affirmatiuam, & multi negatiuam opinionem amplexi ſunt; Tu dicas breuiter, quod nō requiritur decretum Iudicis, nam ſufficit authoritas tutoris, ita dixit *Bald. in l. pactum curatoris num. 3. C. de in integr. reſtit. minor. Nell. de bannit. 3. par. 2. tempor. quæſt. 32. & ſeq. Gomez. in loco proximè allegato num. 66. Collegium aduocatorum curialium Prouintia Marchiæ in conſ. 150. num. 6. & ſeq. inter conſ. crim. diuerſor.* vbi plures adducit concordātes, & de communi, * magis cōmuni, & indubitata opinione teſtatur *Abb. in conſ. 108. nu. 3. lib. 2.* qui dicit hoc procedere etiam ſtante ſtatuto, quod minor non poſſit contrahere ſine decreto Iudicis, refert & ſequitur *Padill. in l. transſigere nu. 64. C. de tranſact. Farin. d. quæſt. 15. num. 5.* vbi latiſsimè, & ad partes diſputauit hanc concluſionem; *& num. 9.* hanc dicit eſſe * communē, & veriorem, & ſaluti animæ, ac reipublicæ quieti, & vtilitati magis amicā, & contrarijs reſpōdet, & ita ſeruari in Statu Mediolanenſi refert indiſtinctè *Clar. in d. quæſt. 58. num. 26. verſ. an tutor, & verſic. in hoc ducatu*, ſequitur *Baiard. ad eum num. 43. Boſſ. de pac. num. 14. poſt alios*, quos prædicti congerunt.

Intellige prædictam concluſionem

64 in tutore † generali, qui inuentarium confecerit, & fideiuſsionem præſtiterit, & alia fecerit, quæ de iure requirūtur, & non à tutore ſpeciali, vt dixit *Clar. in d. q. 58. nu. 26. verſ. hæc tamen, quæ de tutore dicta ſunt*, vbi ita iudicatum fuiſſe, & ſeruatum ſemper refert in approbatione gratiarum, quæ fiunt habita tali remiſsione ab offenſis, ſequitur *Nunt. Tartagl. in d. prag. fi. de compoſ. nu. 30. verſ. primo requiritur*, & licet *Caron. in c. Rit. Regni Neap. 275. n. 23.* quem ſimpliciter refert, & ſequitur *Baiard.* videantur ſentire contrarium, attamen aduertēdum eſt, quod ipſi nō loquuntur in tutore ſpeciali, ſed in tutore

tore generali; bene tñ dicũt, quod vbi
talis tutor generalis adhuc inuentariũ
nõ confecerit, & fideiussionem non p̄-
stiterit, si remissionem faciat, non per
hoc erit nulla, cum remissio sit facta
ad cõmodum pupilli, stante quod ipsi
expedit, vt supra conclusum fuit.

65 Quæro quinto, an remissio obtenta
à procuratore † offensi sit legitima ad
obtinendum indultum, si cum libera
administratione mandatum sit factũ?
Videbatur dicẽdum, quod sic, quia
tutor potest, *l. Præses C. de trãsac.* ergo
& procurator cum libera, *l. procurator
cum libera, ff. de procurat.* In contrariũ
est veritas, quod nisi p̄curator ad hoc
habeat speciale mandatum, † remissio
66 non sit valida, nec sufficiens pro gratia
ita dixit *tex. in l. mandato, ff. de procur.
c. per tuas extra de arbitr. Spec. in rubr.
de treg. & pac. n. 4. ver. hoc quoque, Nel.
de bannit. in 3. p. 2. tempo. q. 37. n. 2.* qui
dicit ita seruari *Villapan. in repet. l. 22.
c. 67. nu. 1. Caronit. super Rit. 275. n. 7.
Clar. in §. fi. q. 58. nu. 27. Petr. Foller. in
commen. ad prag. 1. de exuli. n. 30.*

Non obstat mandatũ cum libera,
67 † quia in eo numquam veniunt ea, quę
verisimiliter constituens non conces-
sisset, qualis est remissio, nec id quod
non consistit in administratione Pa-
trimonij, *l. nec mulierem, C. de ma-
nu. vind.*

Limita prædictam conclusionem
nõ procedere, quando in mandato cũ
68 libera essent cõcessi aliq. casus† paci si-
miles, & eiusdẽmet naturę, promiscuè
cũ claulula gñali, quia tũc ẽr sine mã-
† dato speciali remissio est legitima iux-
ta *tex. ĩ c. qui ad agendum extr. de pro-
curat. Vulpell. in tracta. de treg. & pac.
quæst. 4. num. 3. Baiar. ad Clar. d. quæst.
58. num. 28.*

Limita secũdo nõ procedere in Re
69 gno Neapol. † vbi nec speciale mãdã-
tum sufficit ex dispositione nouissimę
prag. super hoc expresse disponentis,
quod remissio fiat per partem offen-
sam coram officiali, vt dixit *Caronit.
supra d. Rit. 275. num. 8. vers. Hodie
vero Baiard. ad Clar. d. q. 58. n. 50. Lu-
ci. Foller. in comment. ad prag. de compo.
nu. 77. in fi.*

Limita tertio, vt talis procurator
70 habens speciale mandatum non pos-
sit apponere conditiones in remissio-
ne, vtputa qđ de aliqua Ciuitate of-
fendens remissus non exeat *Ancha. in
cons. 75. & Iacob. Nouel. in practi. crim.
c. vlt. num. 69. Baiard. ad. Clar. in §. fi.
q. 58. n. 49.* quod quidem pactum etiã
ab ipso offenso factum nullius esse ro-
boris supra demostrauimus.

Amplia modo prædictam conclu-
sionem, vt procurator habens specia-
le mandatum remittere possit, etiam
quod mandans, seu cõstituens sit mor
71 tuus, † nam mandatũ ad hoc morte
mandãtis nõ expirat, ita singulariter,
& mẽti tenendum esse ait fauore pa-
cis *Marsil. in tract. de bannit. in verbo pa
ce, nu. 15. & in sing. 44. incip. Mandatũ
per doctrinam Bal. in add. ad Spec. in tit.
de homicid. in fin. in vlt. addit. versicu.
percussus Corsett. in tractat. de priuile-
gio pacis versic. 93. num. 28. Iacob. No-
uell. in practic. criminal. in cap. fin. nu-
mer. 119. Catellia. Cotta. in memorial.
verb. pax seruari debet versic. inter quæ
nota, Herculan. in tract. de caut. de non
offende. cap. 28. num. 4. Farinac. de ac-
cusat. q. 14. num. 31.* qui dicit in hoc
limitari regulam illam, quod manda-
tum morte mandãtis expirat, *l. inter
causas, ff. mand.* & licet *Vulpel. in tract.
de treg. & pac. q. 5.* putãs *add.* illã nõ es-
se Bal. super hoc dubitet, tamẽ à p̄di-
cta conclusione recedendum non esse
ait in iudicando *Farinac. vbi supra.*

Quæro sexto, an remissio obtenta à
72 patre † de offensa facta filio sit sufficiẽs
ad obtinẽdum Indultum, & quod sic
voluerunt *Bart. in l. si vnius §. filiofa-
milias num. 2. & ibi Alex. & Alber. ff.*

de

de iniur. text. est in cap. Quintauallis ibi (*pro offensa, quam filia ipsius*) & ibi *Bald. de iur. iur. Iaf. in l. contra iuris regulas* §. *fi.* 16. *notab. num.* 15. *ff. de pact. Doct. in l. in personam in princip. de pact. Clement. in tract. de patr. potest. effectu* 8. *num.* 1. *& seq. Petrin. Bel. de re milit. par.* 10. *tit.* 2. *num.* 59. *Franc. Marc. dec.* 677. *Boss. de Pace nu.* 16. *latè Ioseph Ludouic. in commun. opinio. lib.* 1. *concl.* 41. *per totam*, vbi multis modis hanc conclusionem ampliat, & limitat *Nell. de bannit.* 3. *par.* 2. *tempo. quaest.* 47. *Beer. decis.* 120. *num.* 1. *& seq.* qui de * communi testatur *Menchia. centrone.. Illus. persona. cap.* 15. *num.* 8. *Villapan. super l.* 22. *cap.* 26. *num.* 2. *in fin. Plaz. epitho. delicto. cap.* 6. *num.* 22. *Alcia. cens.* 105. *tem.* 2. *lib.* 5. *Arius Pinell. in l.* 1. *in* 3. *p. num.* 105. *C. de bon. mater. Clar. in* §. *fi. quaest.* 58. *vers. quare numquid num.* 21. *Foller. in pract. crimin. in verb. audiantur excusatores num.* 44. *Crauett. cens.* 45. *post num.* 8. *Baiard. ad Clar. in d. q.* 58. *nu.* 27. ratio est, quia ex iniuria facta filio magis est offēsus pater, quàm ipse filius d. l. in personā vbi *glos. Bart. Castr. Angel. Fulgos. Ias.* & *cōmuniter *scribentes ff. de pact.* & ita iudicatum fuisse in Curia Tholosa. refert *Aufrer. dec* 261.

73 Sed cōtrarium † quidquid sit de iure secundum prædictos *Docto.* seruari ait *Clar. in d. quaest.* 58. *num.* 21. quem sequitur *Farinac. in titul. de accusat. q.* 14. *nu.* 37. *Vulpel. de treg. & pac. quaest.* 8. *&* 9. quod vtique in remissione debeat interuenire consensus vtriusque, tam patris, quam filij, nisi secundum prædictos iniuria fuisset verbalis, & nō interuenerint, neq. cedes, neque vulnera, quia tunc sufficeret remisio habita à solo patre, & ita seruatum fuisse in gratia cuiusdam Battistæ Richetti in Senatu Mediolanēsi refert *Clar. vbi supra*, vbi pdicta intelligit in filio existēte in potestate, secus vero si esset sui iuris, putà emācipatus, vel aliter, quia tunc ab ipso deberet remissio obtineri, & ipse solus potest sine patris interuentu, & ita conclusum fuisse in Senatu in approbatione cuiusdam gratiæ testatur & sequitur *Crauet. in d. cons.* 45. *num.* 18. *Farinac. d. quaest.* 14. *nu.* 40.

Dicas pro resolutione in terminis
74 decreti nostri † requirentis pacem, & remissionem ab offensis, secūdam opinionem procedere, quia ambo sunt offensi, nempè pater, & filius; quæ conclusio tanto fortius procedit, cum decretum nostrum loquatur in personā, non in rem, & licet de iure, patris & filij vna, & eadem sit persona, verum statuta requirunt veritatem, & nō fictionem, & ita voluit *Ang. in l. sed si vnius* §. *filius familias ff. de iniur. Petrin. Bel. de re milit. par.* 10. *tit.* 2. *num.* 59. *fol.* 13. *Vulpel. de treg. & pac. quaest.* 8. *sub nu.* 2. *& nu.* 5. *in fi. & vide in quaest.* 24. *Vinc. de Franch. decis.* 715. *par.* 4. *Azeued. l.* 2. *num.* 130. *cum seqq. tit.* 10. *lib.* 8.

75 Quæro septimo monachus † fuit interfectus, à quo debeat obtineri remissio, & pax ad obtinendum Indultum pacem ab offensis requirens? & distingue, Aut monachus ante monachatū filios legitimè susceperat, & ipsi adsunt, aut non habet filios; primo casu aliqui voluerunt, quod ad filios spectet ius remittendi, & ipse præf... Monasterio, ita consuluit ... *de Senis cens.* 174. & esse ... s *communem opinionem dicit *Beer. decis.* 121. *num.* 9. *Plaz. epitho. delicto. cap.* 6. *num.* 18. *& cap.* 42. *num.* 16. Aliqui vero tenuerunt contrarium, vt scilicet remissio spectet ad monasterium, & non ad filium, & hanc dicit esse magis *communem *Aleiat. in l.* 4. §. *Cate num.* 175. *ff. de ver. obliga.* refert, & sequitur *Ant. Padilla in l. transigere nu* 38. *C. de trāsactio. Clar. vero in d. quaest.* 58. *num.* 24. distinguit, quod aut apparet iniuriam factam fuisse monacho intuitu Eccle-

P siæ,

liæ, vel Monasterij, & præfertur Monasterium, aut homicidium peruenit intuitu personæ ipsius Monachi, & eo casu filius præfertur, aut sumus in dubio, & ad vtrumque spectat; *Vulpel. in tract. de treg. & pac. quæst.* 13. aliter distinguit vt ibi per eum.

Conclude, quod ab vtroque debet remissio obtineri, cum vterque admittatur ad accusãdum pro suo interesse, & accusatio, & remissio à pati procedunt, vt ex multis dixit *Farinac. in tit. de accusat. quæst. 13. nu. 1. & quæst. 14. num. 35.* & ita fuisse decisum refert per Senatum Burdegalense *Papon. lib. 24. tit. 2. arrest. 4.* & tutiorem esse opinionem dixit *Clar. in loco præallegato Caronit. remissiuè super Rit. 275. num. 34. & Nunt. Tartagl. in commen. ad pragm. fi. de compos. cap. 2. nu. 47.*

Limitabis hanc conclusionem, si monachus adhuc non fuerit professus
76 †religionem, quia tunc remissionem facere nõ spectat ad monasterium, eo quod monachus nõ dicitur ante professionem *glo. in cap. 1. in verb. deducenda ac regular. cap. ad apostolicam*, ibi, (*& verè monachus est censendus*) *vbi glos. de religio. domib. Plaz. epitho. delic. cap. 42. num. 23. & seq. Farinac. de accusat. q. 13. num. 23. D. Carol. Tapia in suo do-[illegible] tract. de Religios. Reb. cap. 1. nu. 3* [illegible] ita declaratum fuisse per Senatum [illegible] approbatione cuiusdam gratię refert *Clar. in d. loco in fi.* & cum sequitur *Nũt. Tartagl. in loco præallegato nu. 50. vsque ad num. 54.*

Aduertendum est tamen ad vnum notab. circa prædictam conclusionẽ,
77 quia si filius † pacem facere vellet, & monasterium denegaret, tunc fauore pacis, & Indulti filius præfertur, & è contra si monasterium pacem facere vellet, & filius negaret, tunc fauore liberationis pręfertur monasterium, ita *Bero. in cap. in præsentia num. 474. de probat. Batard. ad Clar. in dict. quæst. 58. num. 38.*

Secũdo vero casu principali, si monachus non habet filios, & tunc aut fuit mortuus, & spectat ad monasterium, secundũ *Caronit. super Rit. 275. num. 27.*

Si autem monachus offensus viueret, & tunc ab vtroque habenda est remissio ita *Bald. in rubr. de treg. & pac. num. 1.* refert, & sequitur *Arnon. in commen. 190. Caronit. vbi supra.*

Ego tamen crederem, quod aut nõ præcessit accusatio ab ipso monasterio, sicut præcedere non poterat, quia nõ potest monasterium, neque monachus professus accusare de homicidio *Plaz. epitho. delic. cap. 42. num. 17.* & ad obtinendum Indultum nõ requiritur remissio, vt aliàs dixi; aut præcessit accusatio à consanguineis offensis, & ab illis obtineri debet remissio pro Indulto, & hæc est practica ĩ terminis decreti nostri, & verior opinio secũdum *Farinac.* qui multa super hoc deduxit *in d. quæst. 13. nu. 19. cum multis sequen.*

Idem dicendum esset si filius † mo-
78 nachi fuisset interfectus, quia tunc à cõsanguineis accusantibus haberi dẽt pax, & remissio, *Vllalpan. in 2. par. repet. l. 22. tit. 1. par. 7. §. 32. num. 1. in fin.* cum monacho accusandi munus non competat secundũ *Abb. & alios in cap. cum dilecti de rescript. Tartagli. in præalleg. comment. num. 45.* licet ipse teneat contrarium in terminis compositionis, vbi remissio haberi debet à parte etiã quod sit processum ex officio.

Quæro octauo pater interfecit vxorem, & fuit accusatus à filijs, an eorũ
79 remissio † sufficiat ad indultandum patrem? Videbatur dicẽdum quod nõ, sed quod competat proximioribus, & consanguineis ipsius vxoris, ad quos attinet, & ita iudicatum fuisse refert *Clar. in §. fin. quæst. 58. vers. contigit & aliquando Boss. in titul. de pace num. 21. Nunt. Tartagl. in comment. ad pragm. fin.*

*fin.de compositio.nu.*51.*Vulpel.in tract. de treg.& pac.q.*25.& hoc propter motum, qui prçſumitur *l.*1.§.*qua oneran da ff.quar.rer.act.nō det.*& metus partis remiſſionem annullat, vt alias diximus *ſupra quaeſt.*3.*num.*31.

Sed cõtrarium tenet *Farinac. in tit. de accuſat.quaeſt.*14. *nu.*48. quia pax, & remiſſio facta per filios communes patri, alio non docto nō dicitur meticuloſa, nam ex ſola reuerentia, & ſuperioritate, niſi pręcedant minæ, vel verbera metus non præſumitur *Alex. cōſ.* 83.*nu.*9.*vol.*6. *Pariſ. conſ.*135.*nu.*10. *vol.*4.*& conſ.*5.*nu.*170.*&* 172.*eo. vol. Capic.deciſ.*159.*nu.*32.*& ſeq. Felyn.in cap.cauſā col.*3.*de offic. deleg. Plat.in l. ſi quando nu.*78. vbi de* cōmuni teſtatē *C.vnd.vi.Ceph.conſ.*91.*num.*45.*vol.*1. *Boer.deciſ.*100.*nu.*11.*p.*1.*Rol.conſ.*83. *nu.*5.*vol.*2.*& cōſ.*95.*nu.*27.*& ſeq.vol.* 1.*Caball.reſolut.criminal.caſu* 58.

Prima opinio verior eſt, & in iudicando recepta, vt diximus, nec ratio poſita per *Farinac.* de iure procedit vt dixit *Baiard.ad Clar.in d.quaeſt.*58.*nu.* 54.quia ad præſumendum metum reuerentialem nō requiruntur minę, nec verbera, vt ipſe præſupponit, ſed ſufficit ſola reuerētia, & enormis leſio *Capic.deciſ.*159.*nu.*34.*Gramm. deciſ.*103. *nu.*49. *Nenıza.conſ.*22.*nu.*20.*Mandel. Alba.conſ.*77.*nu.*11.vbi dicit hanc eſſe communem* opinionem, *& conſ.* 69. *nu.*5.*Cravett.conſ.*11.*nu.*12.*Curt. iun conſ.*141.*n.*11.quos referr, & ſequitur *Maſcard. de probat. concl.*1051.*nu.*28. *vol.*2. *Pedemont. dec.*172.*nu.*5. vbi ait hoc procedere etiā ſi adeſſet iuramentum, & ita tenendum arbitror.

80 Intellige prædictam † cõcluſionem, quando filij eſſent minores, ſecus autē ſi maiores, vel ſeparatim à patre habitarent, vel emancipati, vel mater propter adulterium interfecta fuiſſet, vt notat *Baiard. in proxim è allegato loco.*

81 Intellige ſecundo † quādo vxor occideret maritum, quia tunc ſufficeret remiſſio facta per filios communes, eo quia non militat ratio metus reuerentialis in matre, ſicut in patre, vt dixit *Clar.in d.q.*58.*n.*30.*in fi.* vbi teſtatur approbatam fuiſſe gratiam cuiuſdam mulieris, quæ maritum interfecerat habita remiſſione tantummodo à filijs.

Quæro nono, quid ſi mulier ſit interfecta exiſtentibus marito, patre & filijs, à quo debeat haberi remiſſio vt ſit legitima ad obtinēdum Indultum; dic quod ab omnibus eſt habenda, q̃a omnes ſunt offenſi *Vulpell. de treg. & pac.q.*24. niſi nō omnes accuſauerint, ſed aliqui ex eis, quia ab alijs tantum, qui accuſauerint requiritur remiſſio, & ſufficit pro obtinēdo beneficio noſtri decreti, vt aliàs declarauimus. Sed quid in adulterio, an requiratur remiſſio vtriuſq. vide *Caball.reſol.*245.

Quæro decimo offenſus deceſſit relictis pluribus hęredibus, an ab omni-
82 bus ſit habēda remiſſio, † ad hoc vt ſit locus gratiæ cõceſſę per decretum noſtrū obtenta remiſſione ab offenſis; & diſtīguēdū arbitror, qđ aut iſti hr̄edes de nouo accuſauerūt vti cõſanguinei ſuā propriā vindicātes iniuriā, aut nō; ſecūdo caſu dic vt in præcedenti quæſtione, quia non requiritur remiſſio ab illis, qui accuſationem non propoſuerūt, nec ſufficit, qđ ſint hęredes accuſatoris, q̃nquidē mortuo accuſatore nomen rei aboletur, & accuſatio ad ipſos non tranſit, nec vti hæredes proſequi poſſunt inſtātiam ceptam à defuncto, vt dixit *Bald. in l. libellorum* §. *fin. ff. de accuſat.l.*1. *C. Ne de ſtat. defunct.l.* 1.*C.ſi reus vel accuſat. Bart.in d.*§. *fin. num.*5. *& eſt tex. in l. moneta C. de delat.lib.*10.*vbi Bar.& Ioan.Plat.Corſet. in reperto. Abb.in verb. abolitio* vbi de communi * teſtatur *Boſſi. in tit.de Inquiſ. num.* 99. qui dicit ita ſeruari in practica *Bart.in l.diuus fratres nu.*1. *ff.*

de accusat. Plaz. epith. delicto. cap. 38. *nu.* 2. *vers. secundo ab eodem radice. Gomez. de delict. cap.* 28. *sub nu.* 85. *Clar. in* §. *fi. q.* 58. *vers. pariter etiam Gandin. de malefic. in tit. de pen. n.* 19. vbi ait qđ mortuo accusatore omnis instãtia perit, & omnis actio extinguitur, & alia quęcumque, quia isto casu fit abolitio à lege, quæ omnia tollit ipso facto, tã accusationes, quã omnia acta *Molin. de iust. & iur. tract* 4. *dispu.* 45. *Ceuall. comm. contr. commu. q.* 77. *D. de Pont. in tract. de potest. Proreg. tit. de promis. fier. solit. nu.* 16. & ita iudicauimus die 15. Octobris 1605. pro Ioseph la Chiana accusato de nece filij V. I. D. Iorlandi la Sala, nam stãte morte patris accusatoris, ex quo hęredes non accusauerunt, fuit ad indultum admissus.

Primo vero casu, quãdo accusauerũt, & tũc distingue, aut accusatio ꝓcessit post triginta dies, & totũ remissio non est necessaria, nam cum tãtum infra dictum terminum accusationẽ repetere possint vt dixit *text. in d. l. libellorum* §. *fi. Plaz. Gaudi. & Gomez. in locis praalleg.* ideo accusatio post dictum terminum proposita nihil operatur, nec impedire potest beneficium decreti nostri, cum actio tantũ remãserit Fisco ad prosequendum, contra quem est indultatus.

Si vero accusatio est proposita infra triginta dies, & in hoc *Doct.* multa dixerunt, aliqui enim tenuerunt sufficere pacem ab vno ex ipsis hæredibus, quæ opinio* communiter est reprobata secundum *Alciat. & Crot. in l.* 4. §. *Cato ff. de. verb. oblig.*

Alij voluerunt sufficere pacem habitam à maiori parte hæredum nẽpe, *Bart. post Oldra. & Cin. in d.* §. *Cato nu.* 33. quam opinionem * cõmunem esse refert *Vuni. commun. opinio. verb. Statutum disponens, quod bannitus non possit Gomez. de delict. tit. de homicid. nu.* 63. *de magis communi testatur Aretin. in l.* *pro harede* §. *fi. nu.* 11. *de acquir. hared. Boer. decis.* 121. *num.* 3. *Clar.* §. *fi. q.* 58. *nu.* 33. *Bossi. de pace num.* 21. *Alcia. cons.* 134. *lib.* 5. vbi testatur de magis* communi, & equiori opinione, aliàs *cons.* 447. *Ioan. de Amic. cons.* 88. *nu.* 6. suddẽs, quod ista opinio in iudicando tenenda est *Plaz. epitho. delicto. cap.* 46. *nu.* 7. *Thob. Noni. cons.* 94. *nu.* 11. *Farin. de accusat. quast.* 14. *nu.* 13. *& nu.* 15. vbi hanc dicit veriorem esse opinionẽ, & magis communem, ratio est quia si omnium hæredum esset in pace habẽdus cõsensus, numquam, aut per rarò decretum gratiosum locum sibi vendicaret, cum difficile sit omnes hæredes esse eiusdem voluntatis stante peculiari humanæ naturæ, homines ab hominibus dissentire *ex Virgil. Aeneidos lib.* 2.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

Et *ex Horatio Flacco libro epist.* 1. dum cecinit,

Bellua multorum est capitum.

Et illud *Ouid. lib.* 1. *de Arte amandi.*

Pectoribus mores tot sunt, quot in vrbe figura.

Itidem *Persius* ait,

Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Et facit illud vulgare, quot capita, tot sensus, ꝓ quo est *tex. in c. quia diuersitatem* ibi (*diuersitatem corporum, diuersitas sape sequitur amicorum*) *de cõcessi. praben.* & *ibi glos.* quæ expresse hoc ipsum vult, & volũtates hominum sunt variæ *l. quia poterat ff. ad Trebell. l. itẽ si vnus* §. *principaliter ff. de arbitr. cap. sicut in sacramentis de consecr. distin.* 4.

Multi vero cõtrariã opinionẽ tenuerunt, vt scilicet remissio nullius sit momenti, nisi oẽs hæredes pacẽ dederint *Fel. in c. cũ oẽs nu.* 27. *de cõstit.* vbi dicit quod contra *Bar.* in hoc comm. teneẽ, *Ias. Cuma. Rom. Alex. Alcia. Soc. iun. & Rip. ĩ d.* §. *Cato ff. de verb. oblig. a Couar. lib.* 1.

lib.1.var.resol.c.13.post nu.8.versic. quarto hinc, vbi ait qđ ita cõtra Bart. frequentiori * calculo receptū est *Menchia.controuer.vsu frequen.c.30.n.39. Gomez.ĩ d.c.3.de delict.tit. de homicid. sub eodem nu.63.* vbi multis rationibus eam comprobat. *Plaz. episthom.delict. d.c.46 num.7. vers. & prater alios*, & hanc opinionem * communiter teneri referunt *Io. Arnol.dialog.14.fuit interfectus, Petrin.Bel.de re milit.nu.54.fol.* 137. & ita seruari in Senatu Mediolanensi testatur *Clar.in d.q.58.nu.33.in f.* vbi dat rationem, quia nisi omnes remittant non videtur sublatus rācor, & odium inter offendentem, & hæredes offensi, quod videnť Principes aggratiantes principaliter considerasse, Item facit, nam cum quilibet hęredū pro sua portione representet personā defuncti, vtique ad hoc, vt dicař plena remissio, debent omnes in ea interuenire, & ita in Regno Neapol. dispositum esse per Regiam pragmaticā testatur *Baiard.ad Clar.in d.q.58.num. 59. Vulpell. de pac.q.19.* & hæc opinio (quidquid dixerint prædicti DD. hinc inde) tenenda est in terminis Decti nostri gratiam, & absolutionem ipso iure de pęnis, & delictis concedētis habita remissione, & pace ab offensis, vt in terminis tenuerunt *Plaz. episthom. delicto.d.c.46.nu.1.prope fin.Farin.de accusat.q.14.nu.6.* mouentur illo argumento, quod sicut creditorū maior pars non potest minori pręiudicare in remittendo totū debitū secūdū Imol. & cõiter * *Doct.in d.§.Cato,ff.de verb. oblig. Rom.sing.99.incip. creditores possunt, Strac.post alios concordātes ĩ tract. de mercatu. tit.de decoctor.6.p.nu.12.* ita nec etiā pax habita à maiori parte hæredum, minori contradicente, occisori proficiet in remittendo totam pœnam.

83 Hanc cõclusionē extende in proximioribus consanguineis accusantib⁹, qui omnes debent remittere ad hoc, vt sit locus Decreto nostro per prædicta *Farinac.* qui latè prosequiř materiam *in d.q.14.* & multis modis ampliat, & limitat, & facit quia text. noster hoc expressè innuit, dū dixit (ab offensis,) & sic non sufficit eorū maior pars; Bene verū est, quod si proximus accusauit, vel vnus hæredū, & remiserit, tunc sufficidt ad obtinendum Indultum, vt dixi *supra q.2.* & amplius non admittūtur cęteri consanguinei, seu hæredes ad accusandum sequuta abolitione, & gratia præsentis Decreti, vt aliàs diximus.

Quæro vndecimo aliquis nō accusauit, & tamē accusare poterat, sed instigauit simul cum fisco, vt fieret inqsitio subministrādo testes, & quotidie comparebat in iudicio, sed vt dixi quærelā nō porrexit, an ad obtinēdū indultū debeat ab eo obtineri pax, &

84 remissio († Hæc quæstio pluries euenit in facto in M. R. C. causarum criminalium, & fuit iudicatū in fauorē instigatoris, vt dixi *supra in c.7. in verb. accusati, vel inditiati sint nu.15.* Fundatur prædicta opinio, quia talis instigator tamquam accusator est reputandus, & pro parte accusatricę habēdus est, ac si sollemniter accusauerit, secundum *Farinac.in titul. de accusat.* post innumeros, quos ibi cumulat, *q.14.* vbi ampliat etiam in secreto instigatore, *Gramm. decis.39.num.8.& 9.* qui hoc intelligit etiā in instigatore ministrante testes, etiā quod fuerit protestatus, quod nō intendit facere partem, & condemnari debet in expensis, prout si accusasset secundum prædictos Doct.

Ego tamen contrariā opinionē veriorem esse arbitror, quod scilicet non sit necessaria remissio instigatoris ad obtinendum indultum, primo ex expressis verbis text. nostri, (in casibus in quib⁹ partis remissio necessaria est) & sic

& sic requiritur non instigatoris, sed partis remissio,& pars non dr instigator,sed accusator ita dixit *Clar. in §. fi. q. 3. num. 1.* ibi *dico igitur*, quod ad instātiam partis proceditur, qn pars offensa, vel alius, ad quem de iure spectare potest ius accusandi, porrigit accusationem, seu querelam, & super ipsa q̄rela proceditur; q nimò accusatione nō existente non solum non requirit remissio, sed si ipsa fieret nō valeret, & ea nō obstāte remittēs semper possit accusare secundum communē* opinionem, quam refert *Alex. in l. transigere, nu. 16. & ibi Mantuan. n. 294. in fi. C. de transact.* & fuit opinio *glo. in l. iurisgentium, §. si paciscar in verb. non liceat, vers. sed an idem ff. de pact.* & cōmunem * ex pluribus testatur *Paris. cons. 150. n. 4. vol. 1.* Hinc est quod tales instigationes non habenē loco accusationis, vt dixit *Boss. tit. de Inquisi. nu. 26. Danmoder. in sua pract. crim. c. 2. n. 10. Bertaz. cons. 386. num. 4. & 5. lib. 2. Decia. optimè ī cons. 18. n. 7. vol. 1. Clar. in d. §. fi. q. 11. ver. Quaero numquid, nu. 4.* quia loco partis instigator non dr, si prius quærelā non proposuit secundum DD. omnes, vt dixit idem *Clar. ibi*, vt refert ita seruari, communē* dixit *Bonacoss. in comm. opin. crim. in ver. instigator*, & ideo instigatoris citatio in processu non requirit, vt tradit *Marian. Soc. in c. qualiter, el 2. n. 86. de accusat.* nisi ipse protestatus fuerit velle citari, secundum *Boss. & Clar. in locis praalleg. Bal. cons. 226. vol. 1.* & ita iudicauimus in M. C. pro Ioanne Brigandi contra Vitullam Gerbasi.

Nec obstant adducta in ₒ̄rium per Farinac. Gram. & cæteros cōcordātes, q̄a procedunt secūdū terminos adductos p Clar. nēpè qn̄ instigator facit partē in actis, & tūc succūbēs tenet ad expensas si calūniosè instigauit, q̄a ipse citari debet, quæ quidem non procedunt in terminis qōnis propositæ.

Non ommittam, quod quādo delictum esset mali exēpli, & pars ex aliqua iusta causa accusationem nō proposuisset, sed tantummodò fecerit instigauerit, quod iste non deberet admitti ad beneficium huius Indulti, vt aliàs fuit iudicatum ī M. R. C. causarum criminalium pro Angelo Morabito cōtra Thomam Pirrhone, & Iacobum de Aloysio, & in alijs causis. Secus tamē si essemus in terminis qōnis propositæ, à qua numquam recederem.

Quæro duodecimo, an ad obtinēdū indultū pro necessitate requiratur remissio sororis exclusæ per constitutionē Regni à successione; de iure cōi nō requirit, vt fuisse iudicatū testatur *Clar. in §. fi. q. 58. ver. sed quid si inter heredes*, sed contrarium determinat *D. de Pōt. de potest. Proreg. tit. de promiss. fier. soli, §. 4. n. 19. cū seq.* vbi limitat de iure Regni Neap. ex Regia Pragmat. Pone qđ aliqs nō accusauerit, nec appareat quærela informa; sed ī voce tātū se q̄relauerit, & acta facta sint ad instātiā q̄relātis, an impediat indultūēvi de *Farin. q. 2. n. 6. & Clar. ibi per eū relatū; Maur. Burg. de mod. proced. p. 1. q. 18*

Sed quid si vxor transeat ad secūda vota, an cēseat remissiue mortē viri, p qua proposuerat accusationē; Vr qđ sic, eo quia cessare p̄sumit dolor, vt dixit *Farin. de accus. q. 13. n. 13. & 15.* ideoq. nō requiritur remissio ad obtinendū indultum, prout bis me referente fuit determinatum pro Ioseph Corsitio, & pro Antonio Zimbalo de mense Octobris, & Aprelis 1606.

Idem pariter dicendum si accusator sit mortuus, eaq. sequuta fuerit ante indultum, vel ante lapsum semestris temporis, cum per mortem accusatoris abolitum, & extinctum fuerit iudicium ipsius accusatoris, *l. prima, & per totum, C. si reus, vel accusat. fuer. Plaz. Epithom. delictor.*

cap.

cap.28.n.2. Petr. de Greg. Tholosa. syntag. iur. p.3. lib.32.c.23.nu.7.

Sequitur quarta pars tex. nostri, ibi (*in casibus in quibus partis remissio necessaria est*) de qua dicam *infra cap. sequ. in verb. declarantes etiam*.

Venio ad quintam, & vltimam partem ibi; (*Aut illam intra sex mẽses post harum nostrarum publicationem obtinuerint, & intra idem tempus officialibus, ad quos spectat, & spectabit citato Fiscali illius Ciuitatis, vel loci, vbi adsit in authentica forma legitimè præsentauerint.*) de præsentatione gratiæ citato fisco vide *Aud. in c.1. num.1. de Cap. Corrad. Vinc. de Franc. dec.116. in fin. post alios D. Borell. de præst. Reg. c.38. n.63.* subdẽs, quod data subreptione, non potest inferior cognoscere, sed deuoluitur ad Principem indultãtem *c. cum inferior de maior. & obedien. cum simil. ibi relatis.*

85 Nota primo, quod Princeps † potest facere gratiam de delictis, & pœnis, etiam quòd adhuc remissio partis facta non sit, sub conditione si gratiã obtinuerint infra tale tempus; & tunc obtenta remissione, & pace statim petere poterunt declaratoriam gratię, vt dixit *Marsi. cons.46. num.24.* & 27. vbi hoc notabiliter tradit *Nunt. Tartag. ad pragm. fi. de compos. n.13. ver. potest etiã Princeps*, & refert ita fuisse seruatum in Decreto gratioso concesso Regno Neapolis tẽpore victoriæ Classis Naualis, & tẽpore ingressus possessionis Regni Regis Philippi II. Et in hoc Regno ita passim reperio dispositum per omnia Decreta gratiosa huc vsq. concessa, *Vinc. de Franch. dec.509.* licet contrarium sentire videatur *Azened. l.1. nu.63. cum seq. tit.25. lib.8.* cuius opinio apud nos minimè recipit.

Nota secũdo, quod si infra sex mẽses pars offensa nolit se concordare

86 † per calumniam petendo pretium excessiuum pro remissione, Iudex poterit illud moderare, & reducere ad iustum pretium, & cogere patrem offensam ad faciendum remissionem pro pretio per ipsum taxando, & ita iudicatũ fuisse refert in Senatu Pedamõtano *Thesaur. decis.21. post nume.3. Ronit. in Comment. ad pragm. de abolitio. num.2.*

87 Nota tertio, quod remissio † potest fieri infra idem tempus notario stipulante pro accusato, nec requiritur ratificatio intra idem tempus, quia remissio est legitima, vt alias dixi, & in pũcto hanc quæstionẽ mouet *Nel. de bãnit. 3. par. 2. tempor. q.43. num.35. & sequ. Petr. Foller. super pragma. de exulib. num.33.*

Nota quarto ibi (post publicatio-

88 nem præsentium (quod terminus † sex mensium currit à die publicationis p̃sentis Decreti exclusiuè, & non inclusiuè ex illo verbo (post) quod denotat exclusionem, ad not. *in l. Aemilius, ff. de minor. c. quod patribus dist.25. & in c. quod dic, & c. ordinationes, & not. per Archi. ibi eod. tit.* vbi dicit, quod post diem non computarur illa dies, sequitur *Alber. in dictiona. in verbo post, cum seq.* & facit in casu Decreti nostri gratiosi, quod in eo debet fieri larga interpretatio, vt dixit *Gram. in dec.4.* & passim Doct. omnes, *Borell. cons.19.*

Nota quinto, quod non solum infra dictos sex mẽses debet fieri, & ob-

89 tineri remissio, † sed etiam intra idem tempus debet legitimè præsentari officialibus illius Ciuitatis, seu loci, in quo fuerit facta dicta remissio, vel ad quos spectabit citato Fiscali illius loci; Intellige hoc ad euitandũ fraudes, nam posset obtineri remissio post sex menses, & ideo remissiones obtentæ infra dictos sex menses, si non fuerint præsentatæ infra dictum tempus, eo elapso nil operantur ad obtinendum Indultum, quia concessum in tempore post illud dicitur denegatum.

Nota

Nota sexto, quod nō solum remissio debet præsentari infra dictos sex menses, sed debet esse in authentica
90 forma,† & sic facta in scriptura publica, & non sufficit probari per testes, & per hęc verba est decisa illa quæstio, de qua supra tractauimus, an remissio partis probata per testes sit legitima, quia habemus statutū expressum super hoc.

Nota septimo, remissiuè, à quo tem
91 pore currat terminus† sex mensium, à die quo Indultum fuerit publicatum in hac Vrbe Panormi, vel in alijs terris, vide *Vinc. de Franc. dec. 360.*

Nota octauo, quod si aliquis fuerit indultatus à Principe obtenta remissione partis offensę, si talis obtinuerit remissionem partis infra sex menses à die datæ ipsius gratiæ, etiam quod de
92 hoc nil in gratia † dictum fuerit, gaudebit eius beneficio, vt dixit *Vinc. de Franc. in dec.* 509. vbi refert ita fuisse ī Sacro Consilio iudicatū, & ratio est, quia illa verba (*obtenta partis remissione*) intelligi debent infrà sex menses inspecta consuetudine Regis in gratijs concedendis, qui semper concedere consueuit prędictum terminum inquisitis ad obtinendam remissionem partis ex dictis per *Bar. in l. Mella*, §.1. *ff. de alimen. & cibar. lega.* & gratia facta à Principe intelligitur secundum vsum Principis gratiam concedentis *Boss. de remed. ex sol. clem. Princip. nu. 7. Melchio. Pelaez. de maiorat. p. 1. nu. 20. vers. & gratia*, & ita in Regno vidi pluries seruatum, & voluit Do. *de Pont. cons. 69. in fi.*

Nota nono, quod obtenta remissione infra dictum tempus est acquisitū ius indultato à die, quo fuit gratia concessa, quia à die datæ Indulgētia sumit robur, & effectum suum operatur, vt non semel diximus in hoc commentario, ex doctr. *Vinc. de Frāc. in dec. 62. & 326.* & prædicta verba (*aut infra sex menses obtinuerint*) con-
93 ditionem † non important, sed tantum modum, & resolutionem, qui modus, & conditio resolutiua faciūt actum à principio purum, & ex eo statim ius acquiritur, vt tradunt *Doct. in l. quibus diebus*, §. *termilius, ff. de cōdit. & demonstr. Dec. cons. 327. num. 3. Decian. cons. 8. num. 75. lib. 1. Bero. cons. 55. num. 9. colum. 1. & cons. 153. num. quinto, volum. 3. Menoch. consil. 134. num. 6. cum plurib. sequent. volum. 2.* & in terminis gratiæ dixit *Paris. in consil. 11. num. 37. & sequ. volum. 1. Gabr. conclus. 2. num. 10. de praben.* & ideo aliàs dicebam, quod accusatio proposita post datam Indulgentię nil operatur, nec impedit executionem ipsius gratiæ, quæ notanda sunt, quia quotidiana.

TEXTVS.

Declarantes etiam inter casus in quibus remissio partis non requiratur comprehendi casum prouocationis, seu diffidæ, simplicis insultus cum euaginatione, ac delationis armorum prohibitorum, vbi tamen vulnera, aut percussiones sequutæ non fuerint.

SVMMARIVM.

1 *Casus in quibus remissio partis non requiratur, qui sint.*
Limita si interueniat animus deliberatus, nu. 2.
3 *Remissio partis an requiratur in dante alapam.*



CAP.

CAPVT XXV.



HÆC declaratio fuit aliàs facta per Catholicam Maiestatem Philippi Secũdi in Indulto generali compilato per Iulium Clarũ tempore pacis inter Sereniſſimum Regem noſtrum, & Regem Francorum, vt refert ipſe *Clar. in* §. *fin. quaſt.* 59. *nume.* 3. *verſicu. ſunt tamen aliqui*
1 *caſus*, † vbi intelligit prædicta procedere, quando non interuenit animus
2 deliberatus, † nam eo caſu remiſſio partis neceſſaria eſt, & dicit ita fuiſſe declaratum per Senatum de anno 1554. quæ omnia refert, & ſequitur *Farinac. in titu. de Inquiſitio. quaſt.* 6. *num.* 31. Item prædicti caſus fuerunt etiam declarati per Regem noſtrum in Decreto gratioſo conceſſo de anno 1572. in hoc Regno ob victoriam claſſis apud Echinedas Inſulas contra Turchas, & in Regno Neapolitano, quæ Decreta ego vidi, & refert *Scipio Rouit. ſuper octaua pragmat. de compoſ. numer.* 1. & quid in reſiſtentia, vide *Ioſeph Seſe deciſio.* 178. *parte ſecunda.*
8 Item nota, quod in dante Alapam requiritur remiſſio, ſecundum *Clar. & Farinac. in locis prædictis*, & ſtante hac declaratione caret prorſus difficultate per illa verba, vbi tamen percuſſiones ſequutæ non fuerint, eaque confirmat poſt eos *Ioſeph Seſe de Inhib. Inſti. Arago. capit.* 1. §. 5. *numer.* 21. & 22.

T E X T V S.

Declaramus inſuper in hoc edicto non comprehendi crimina læſæ maieſtatis diuinæ, & humanę.

SVMMARIVM.

1 *Principes antiqui in Indultis generalibus excipiebant crimina atrociora, & ibi ponuntur multa exempla.*
2 *Exceptio firmat regulam in non exceptis.*
3 *Crimina nõ excepta in hoc Indulto ſunt remiſſa.*
4 *Rex poſt conceſſum Indultum non poteſt neque addere, neque diminuere.*
5 *Regalia non veniunt in generali conceſſione.*
Limita ſi aliqua ex regalijs fuiſſent excepta, nu. 6.
7 *Gratia in hoc Decreto fuit motu proprio conceſſa.*
8 *Indultum eſt fauorabile, & in exceptis odioſum.*
9 *Indultari poteſt quis de criminibus non exceptis, & pro alijs exceptis remanere in iure ſuo.*
10 *Abolitio non comprehendit crimen laſæ maieſtatis, ſecus in Indulto, nu.* 11.
12 *Crimen laſæ maieſtatis eſt duplex, diuina, & humana.*
13 *Diuina maieſtatis crimen eſt hæreſis.*
14 *Blaſphemans non gaudet Indulto.*
15 *Percutiens imaginem Dei, Beatæ Virginis, & ſanctorum ſuorum non gaudet Indulto.*
16 *Crimen laſæ maieſtatis humanæ quid ſit, & quando committatur remiſſiuè num.* 17.
18 *Vaſſallus delinquens contra Baronem, an committat crimen laſæ maieſtatis remiſſiuè.*

Q CAP.

C A P. XXVI.



RINCIPES solebāt antiquitus in 1
eorum gratijs generalibus excipere
delicta, & crimina
attociora, vt fecit
Constantinus Imperator *in l.* 1. *tit.* 38. de Indulgentijs
Principũ, vbi pp partũ Crispi, & Helenæ omnibus indulget prçter veneficos, homicidas, & adulteros, & *ĩ l. seq.*
Constātius Imperator cōcedit oĩum
criminũ Indulgentiā exceptis quinq.
criminibus, quæ capite vindicantur,
quæ autem sint illa quinq. crimina nō 2
aperit; Sic & Valentinianus Valen. &
Gratianus *in l.* 3. *eod. tit.* ob diem Paschę oĩbus, quos reatus attingit, carcer
inclusit claustra dissoluimus; Attamē
inquit Sacrilegus, in maiestate reus,
in mortuos veneficus, siue maleficus,
adulter, raptor, homicida, cōione illi⁹
muneris separentũ, & idem dicit etiam
in l. seq. in qua indicitur generalis abo
litio etiam ob diem Paschatis, Decre- 3
tis tamen veterum mos gerendus est,
ne temere homicidij crimen, adulterij
fæditatem, maiestatis iniuriam, maleficiorum scelus, insidias venenorum, 4
raptusq. violentiam sinamus euadere;
& in l. 6. Gratianus Valen. & Theod.
alia etiam crimina excipiunt ibi, Alienum aũt censemus ab Indulgentia, q
nefariam criminum conscientiam in 5
maiestatem superbè animauerit, &
subnectit deinde crimina excepta. 6

Item *& in l.* 7. excipiuntur ibi multa crimina, & præcipuè Maiestatis, &
idem etiam *in l.* 8. *& vlt. sequent.* quæ
leges abolitæ sunt, vt refert *Decia. tract. crim. tit. de abolit. nu.* 17. *& seq. Borell. de præstan. Reg. c.* 38. *nu.* 85. *&* 86.
Azened. l. 1. *nu.* 50. *&* 51. *titu.* 25. *lib.* 8.
recopil. Hinc Inuictissimus Carolus
V. Imper. & Philippus II. eius filius ĩ
omnibus Indultis generalibus soluerunt excipere crimina atrociora aliqñ
in specie, & aliquādo in genere, vt Rex
noster Catholic⁹ iustitię, & pacis ocu
latissimus prudentissimusque fecit in
præsenti Decreto gratioso, dum excepit etiam varia crimina atrocissima,
exemplo illorum antiquorum Imperatorum, & patruum suorum, ne gratia delinquentibus atrocissimis foueat
cum eius clementia, & ideo anteqũ
ad ea ingrediamur, notanda sunt aliqua pro eorum intelligentia.

Nota primo, quod ex exceptione
delictorum facta in præsenti Decreto
Indulgentiæ generalis, firmatur regu- 1
la generalis in contrarium, vt omnia
alia crimina etiam atrocissima sint vigore præsentis Decreti remissa, & extincta, ita post alios *Dec. in l.* 1. *n.* 26. *ff. de reg. iur.* cum alijs relatis per *Bert. cōsil.* 14. *nu.* 24. *per tex. in l. non solum, §. idem respondet de fund. instruct. cap. si dominus* 32. *q.* 7. *Rimin. iun. cons.* 19. *nu.* 66. *& cons.* 35. *nu.* 32. *& cons.* 103. *nu.* 37. & i Decreto gratioso, quod omnia
sint remissa prætor exceptuata dixit
Decia. in tract. crim. tit. de abolit. n. 21. *vers. cum tamen*, & in statuto respondet *Grat. cons.* 35. *num.* 31. *&* 32. *vol.* 1.
adeo quod Rex noster hodiè non posset, nec addere, nec diminuere, ita *Capic. dec.* 133. *Gram. dec.* 105. *n.* 19. *Carrer. in pract. crim. ex cons.* 29. *nu.* 22. *fol.* 223, & ideo licet in generali cōcessione non veniant regalia, & sic Principi
reseruata, si tamen in tali concessione
fiat exceptio † alicuius rei ex regalijs, quod omnia alia regalia censeantur concessa, perinde, ac si fieret expressa mentio, dixit *Dec. in consil.* 197. *Decian. respon.* 124. *numer.* 9. *& sequent. libr. tertio, Dec. & Cagnol. in l. prima, ff. de regul. iur. Cefal. cons.* 186. *num.* 64. *Rimin. iun. cons.* 35.
nu.

num.32.libr. cum multis alijs, quos
prædicti Doct. cumulant.

7 Nota secundo, quod gratia † con-
cessa ex præsenti Decreto fuit conces-
sa motu proprio ipsius Regis, & ideo
in casibus exceptis debet fieri lata in-
terpretatio, ita *Bal. in cons. 305. nu. 2.*
vol. 5. quinimo cũ in eius concessione
8 sit fauorabilis, † in casibus exceptis est
odiosa, vt dixit *Vinc. de Fran. dec. 300.*
num. 11. & dec. 713. nu. 6. Minad. in cõ-
sti. in aliquibus, n. 57. Ant. de Ball. libr.
4. quæst. crim. q. 10. n. 3. Farin. cons. 163.
nu. 6. vol. 2.

9 Nota tertio, quod si aliquis † est ꝓ-
sequutus de pluribus delictis, quorum
aliqua sunt exceptuata ĩ præsenti De-
creto, & pro alijs potest gaudere eius
beneficio; admittitur ad Indulgentiã
pro non exceptuatis; remanens Fisc⁹,
seu pars illesa circa eorũ iura, quoad
crimina exceptuata, vt determinat *Vi-*
cen. de Franc. dec. 330. vbi ait ita serua-
tum tempore Indulgẽtię generalis cõ-
cessæ ob victoriam classis contra Tur-
chas de anno 1571. qđ Indultũ fuit
simile præsenti Decreto, sequitur *Sci-*
pio Rouit. in commen. ad prag. de exuli.
fol. mihi 23. adde Decia. respon. 96. n. 4.
vol. 3. & fuisse iudicatum in M. R. C.
refert *Ball. d. lib. 4. q. 6. n. 55.* prout plu-
ries nos iudicauimus, & facit *Caball.*
resol. crim. cons. 56. nu. 18.

Nota quarto, quod sub huiusmodi
exceptione cõprehenduntur etiam cõ-
fiscationes bonorum, & pęnæ resultã-
tes ex criminibus in præsenti indulto
exceptis, & reseruatis tãquã accesso-
riæ, & ita fuit alias determinatũ ꝑ Sa-
crũ Consiliũ die 15. Septembr. 1572.
prout in actis Prothonotarij Regni,
& in M. C. non semel iudicauimus.

10 Venio ad text. & dicas qđ abolitio
gñalis, vt aliàs dixi differt ab Indulgẽ-
tia gñali, de qua in Decreto nostro, nã
etsi abolitio cõcedat̃, vtiq. ad crimen
Maiestatis non extendit̃, vt voluerunt
Bar. Alex. & Ias. ĩ l. de pupillo, §. ĩ pro-
uincialis, ff. de ope. non. nunc. Ang. ĩ dispu
tatione sua incip. exorta guerra Rom. in
l. si quis in graui, §. his quoq. ff. ad Syllan.
Ang. de malefic. in verb. & ad querelã,
nu. 77. & ibi Ang. in add. num. 79. in fi.
Marsil. in l. 1. nu. 23. ff. de quæstio. & in
l. de minore, n. 2. eod. & in l. 1. n. 108. C.
de rap. uirgi. & in sing. 146. incip. Nemo
debet post multos alios Gigãs de crim. læs.
maiest. in titu. de plur. & var. quæstio. q.
8. lib. 3. Decian. tracta. de crim. lib. 3. tit.
abolitio. quand. imped. accusat. num. 15.
Menoch. de arbit. iud. q. 68. num. 32. in
add. Farinac. in tit. de Inquis. q. 6. num.
65. Sfor. Odd. de restitu. in integr. q. 93.
art. 4. nu. 23. Plaz. epithom. delicto. cap.
38. nu. 3. lib. 1. Capic. dec. 130. num. 56.
Rim. cons. 12. nu. 7. vol. 1. Gram. consil.
40. nu. 10. Carrer. in pract. crim. in cap.
vigesimonono excusatur tit. de homicid.
n. 10. Alfar. de iur. fisc. gl. 20. §. 10. num.
32. Baiar. ad Clar. q. 59. n. 99. & 100.
vbi dicit, qđ ẽt requirit̃, quod expres-
sè remiserit, & dicatur motu proprio
Principis gratiã factã fuisse, *Curt. iun.*
ĩ l. 1. §. si procurator, in prin. ff. qđ quisq.
iur. per text. ĩ l. 1. C. de petit. bon. libert.
quẽ refert, & sequit̃ *Cagnol. ĩ l. ea sola, ĩ*
fi. ff. de reg. iur. & ratio est, nã cũ abo-
litio criminis læsę maiestatis fit de re-
seruatis Principi, sicut & illius cogni-
tio, ideo requirit speciale mentionem
secũdum *And. & Affl. in c. 1. §. & bona*
cõmittẽtiũ, n. 46. ĩ tit. quæ sint regal. q
11 tamẽ secus esset in Indulgẽtia † gñali
delictorum, prout in Decreto nostro,
q̃ ad crimẽ lęsę maiestatis extendit̃, &
alia crimina atrociora, vt dixit *Sfor. ĩ*
d. q. 93. n. 23. Rom. & Alex. ĩ d. l. de pu-
pillo, §. si pluribus, ff. de non. oper. nunt.
Ang. ad Ang. ĩ loco prædicto Plaz. epitho.
delict. c. 38. nu. 3. vers. secũdo pro huius
Carrer. ĩ d. ver. vigesimonono excusatur,
nu. 12. per glo. in l. si docuerit, C. de fals.
Clar. in §. fin. quæst. 59. ver. scias etiam,
vbi dicit, qđ ita sępe iudicauit Sena-

tus *Fariu.d.q.6.in fi.* merito inter alia crimina, exceptuatũ fuit primo loco crimen læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ, adde *Menoc. cõs.* 1107. *vol.* 11. *per totum, Vinc. de Franc. decisio.* 713. *nume.* 3. *&* 5.

12 Est igitur crimen † læsæ maiestatis duplex diuinæ, & humanæ, l. *Gazares, C. de haretic. & Maniche. Contar. in tẽpl. omn. iud. lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. *verb. Imperator est, num.* 6. *fol.* 8. *vers. crimen. Gomez. de crimen. laes. maiest. in princip.*

13 Diuinæ maiestatis est crimen hæresis contra Deum, & dominum nostrum *Muscatell. in pract. crim. tit. de crim. laes. maiest. diuin. num.* 1. *cum seq.* cuius pœna est ignis, vt post alios dicunt *Clar. in* §. *haresis, n.* 7. vbi multa alia ad hoc cumulant, & ibi *Baiard.* idq. per verba D. N. est dictum *in Euangelio Ioannis cap.* 15. dicentis, *si quis in me manserit mittetur foras, sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet*, & tradunt *omnes canonistae in cap. ad abolendum extra de haret.*

14 Et ideo Blasphemans† non gaudet beneficio præsentis Decreti, quia cõmittit crimen læsæ maiestatis diuinæ *Alex. Roma. super pragm.* 1. *de Blasphe. num.* 20. *Gomez. de crimin. las. maiest. sub num.* 5. *versic. Idem adde, Ronit. ad pragmat. de Blasphem. num.* 1. *Muscatel. in sua praxi in titu. de Blasphem. num.* 1. *fol. mihi* 33.

15 Item & percutiens † imaginem Dei, & Gloriosissimæ Virginis Mariæ, vel alicuius Sancti, quia crimen diuinæ maiestatis committit, & ita fuit declaratum in Sacro Consilio de anno 1596. licet malè, ac pessimè quidam in Regno Neapolitano meo tẽpore fuerit admissus ad compositionem pro tali acerrimo delicto, & postea vidi hoc referentem *Vinc. de Fra. ch. dec.* 510.

16 Crimen verò læsę maiestatis humanæ † est illud, quod committunt subditi contra Regẽ, vel Imperatorẽ non recognoscentẽ superiorẽ, vt est *tex. in l.* 1. *& per totum, ff. ad l. Iulia. maiesta.* & cæteri Doct. nemine excepto, vt refert *Gigans de crim. lasa maiesta. quast.* 28. *Boss. eod. tit. num.* 51. *Clar. in* §. *lasa maiestatis, & alij*, & ob id ad cognoscendum, quando aliquis commiserit crimen læsæ maiestatis ad hoc, vt fit exclusus a beneficio præsentis Indulgentiæ, vide *Baiard. ad Clar. in d.* §. *lasa maiestatis*, vbi enumerat † quadraginta qninque casus, in quibus committitur crimen læsæ maiestatis, & alios infinitos casus ponit *Gigans in simili tract. Muscatell. in sua pract. crimi. tit. de las. maiest. huma. nu.* 2. *Decia. in tract. crim. tit. qui committ. crim. las. maiest. num.* 7. quos hic transcribere mihi visum nõ fuit, *Azene. lib.* 8. *tit.* 18. *l.* 1. vbilatissimè, *et Far. de cri. las. maiest.*

17

18 Sed an vassallus delinquens cõtra Baronem committat crimen lęsę maiestatis, vide *Vin. dec.* 278. *Bursat. cons.* 147. *num.* 24. *vol.* 2. *Gomez. tom.* 3. *de delicto. cap.* 2. *Gigans de crimin. lasa maiesta. lib.* 1. *tit. qualit. & à quib. crim. lasa maiest. committ. quast.* 6. *Honde. consil.* 108. *vol.* 1. *Mysinge. centur.* 5. *obseruat.* 41. *optimè Decian.* qui loquitur in vassallo contra dominum *tract. crim. lib.* 7. *c.* 8. *num.* 7.

Quid autẽ in receptante reum criminis lęsę maiestatis, an gaudeat indulto? dic quod non, & ita iudicatum in Collaterali Consilio, vt refert *Do. de Pont. dec.* 22.

Hęc autem exceptio intelligi debet de crimine læsæ maiestatis principaliter, & directo contra Principem cõmisso, vt dixi supra num. 16. eo quod verba legis intelligenda sunt in proprio significatu, secundum *Bartol. & bal. in l.* 1. *ff. de priuat. carc. & in specie Vinc. de Franc. dec.* 713. *nu.* 17.

TEX.

382

TEXTVS.

Fabricationis falsæ monetę, tonsionis, seu diminutionis ipsius.

SVMMARIVM.

1 *Crimen falsa moneta atrocissimum est.*
2 *Moneta vitiata generat scandalum.*
3 *Crimen lasa maiestatis committit cudẽs falsam monetam.*
4 *Monetam cudere est de regalijs.*
5 *Monetam cudens falsi crimẽ committit.*
6 *Falsi crimen sub generali Indulgentia comprehenditur.*
Limita in generali abolitione nu.7.
8 *Cudens monetam bonam, & perfectam non gaudet Indulto, ratio num.9. & punitur pæna mortis num.10.*
Amplia in cudente monetã alterius Principis num.11.
Item in cudente monetam rami nu.12.
Item in eo, qui captus fuit monetã adhuc non perfectam cudendo num.13.
Item amplia in diminuente, & tondente monetam veram nu.14. etiam quod eam diminuerit ad iustum pondus nu.15. vel aceto, aut aqua forti nu.16.
Falsam monetam cudentes non admittuntur ad compositionem. num.17.
18 *Expendens falsam monetam, an sit comprehensus in Indulto.*
19 *Tex. in l.1.C. de falsi monet. an procedat in expendente.*
20 *Expendens falsam monetam in falsi crimen incidit.*
21 *Sciens, & non reuelans fabricantes, vel diminuentes falsam monetam gaudet Indulti beneficio.*
22 *Reuelantes crimen falsa moneta in Regno indulgẽtur ex nouissima pragmatica. Intellige vt ibi.*
23 *Testes tres singulares sunt concludentes in hoc crimine ex statuto Regni.*

CAPVT XXVII.



SECVNDVS casus exceptuatus est crimen fabricationis falsæ monetæ, & tonsionis, seu diminutionis ipsius,
1 quod delictũ † atrocissimum est, & odiosum vt refert *Decia. in tractat. crim. in titul. de atrocita. crim. fals. monet. nu.1.* & ita fuit semper habitum tam apud antiquos Romanos, quàm modernos, & ideo dicitur *in cap. quanto de iur. iur.* quod mo-
2 neta † vitiata maximum generat scandalum; Vnde Licurgus ne vitiaretur, monetam statuit ferream, & magni ponderis ad alios vsus inutilem, tamquam vasti ponderis, & magna indi-
3 geret penu domi, & iumẽtis ageret ad trãsuehendam pro commercijs, vt refert *Plutarch. in eius vita, & Porphir. de continen. ab esu carn. fol.80.* vnde Mecenas *apud Dionem* agens cum Augusto de partibus, rationibusque Reipublicæ rectę, & sapienter constituendę, postquã de tributis verba fecit subiungẽs de ię nummaria cum hortatur vt non patiatur quemquam in orbe Romano, aut priuatim nũmos cudat, aut alijs mensuris, ponderibusque, aut nummis vtatur, quam Romanis, q̃d hæc maximè perturbent populos, & qui monetam adulterat dicitur vitiare magnum quasi quoddam reipub. vinculum, cum moneta sit communis quędam cõmerciorum omnium mensura, hinc multa apud ipsos antiquos super hoc dispofita fuisse refert ipse *Decian. in pradicto loco, & in num.16.* & variæ fuerunt constitutæ leges, quibus coerceretur, vt nummaria lex, ne quis priuatus monetã cuderet, & ideo ob eius atrocitatem ab hac Indulgentia excipitur, quod tamen, tacite compre-

prehendi poterat sub crimine lesę maiestatis, vt notab. dixit *text. in l. si quis*
3 *la 1. C. de falsi. monet.* ibi *cuius obnoxij crimen lesæ maiestatis committunt, vbi Bald. & Salic. Gigans de crim. læsæ maiestat. sub tit. quals. & à quib. quæst. 62. Angel. de malefic. in verb. præsente Caio, & appellante num. 4. Cepoll. cons. 17. col. 4. Gramm. cons. 6. nu. 7. Decia. tract. crimin. in tit. de fals. monet. num. 1. Höded. cons. 92. num. 3. vol. 2.* quia monetam cudere spectat soli Principi, ideo ad ipsius existimationem, & famam spectat, ne moneta sua adulteretur, nimirum si per hos adulterantes dicatur offendi regia Maiestas, & ius ciuile, &
4 gētium, nam cudere monetam † est de regalibus, quę soli Principi sunt reseruata *cap. 1. verb. moneta in tit. Quæ sint Regal. vbi Andr. & Afflict. Decia. tract. crim. tit. de atrocit. fals. monet. nu. 5. D. Octau. Bambaca. Doctus Feudista in repe. cap. 1. §. in generali num. 179. si de feud. defun. mili.*

5 Sed quia fabricans † seu diminuens monetam committit crimen falsi, vt dixit *Clar. in §. falsum num. 37.* & tale crimen nisi exceptum esset, vtique sub generali Indulgētia comprehenderetur
6 † vt est *text. in l. si dotuerit,* & quod ibi nota. *glos. C. de fals. Angel. in cons. 254. Rebuff. in l. diuus ff. ad Syllania. Boer. decis. 117. num. vigesimotertio, additio ad Clar. in §. fin. quæst. 59. in verb. generali abolitione, & ibi etiam Baiard. nu. 98.* licet secùs esset in generali abo-
7 litione, † quæ ad crimen falsi non extenditur, vt dixit *tex. in l. Lutius, & ibi Bart. ff. ad Turpilli. Alexand. in add. ad Bart. in l. Domitianus litera B. vers. statutum ff. ad Senat. consul. Turpill. Ang. de malefic. in verb. nec non ad querelam num. 77. & August. de arimin. in add. sub num. 79.* vbi multa *Afflict. in decis. vlt. nu. 22. Alber. in rubr. C. de crimin. fals. Ange. in disput. sua exorta guerra, Marsil. in sing. 163. incip. crimen falsi, Anchar. in cap. 1. col. 1. extra de constitut. Capiblan. de antbor. Baron. in commen. pragm. 6. num. 41. Decia. tract. crim. cap. 35. tit. de abolitio. num. 10. Muscatell. in pract. crim. titul. de fals. sub. de priuileg. dicti criminis num. 26. fol. mihi 154. Menoch. de arbit. Iud. cas. 302. num. 16. & cas. 306. num. 11. Bonacos. commun. opin. crimin. in verb. Gratia facta à Statutie Gramm. decis. 74. num. 18. & voto 3. num. 11. D. Fabius de Anna in addit. ad sing. illius famosissimi Doctoris genitoris sui 280. Nell. de bann. 3. par. 3. temp. quæst. 12.* vbi dicit quod ita communiter tenetur, *Farinac. de Inquisit. quæst. 6. num. 54. & quæst. 10. num. 7. Clar. in §. fi. quæst. 59. num. 12. vers. in huiusmodi*; merito tales delinquentes fuerunt expressè exceptuati in præsenti decreto Indulgentiæ generalis.

8 Amplia primo prædictā exceptionem procedere etiā in fabricante † monetam bonam, & perfectam, hoc est equi ponderis, & pretij, vt sentit *glos. in l. 2. in verb. obnoxij C. de fals. monet. Bart. in l. qui falsam ff. ad l. Cornel. de fals. glos. in l. sacrilegij ff. ad l. Iul. pecul. Canonis. in cap quanto de iur. iur. Bart. in l. qui falsam ff. de fals. Cepol. cons. 77. num. 4. Peguer. dec. 46. num. 7. Menoch. de arbit. cas. 316. num. 15. Alexand. post Iacob. de Aren. in l. singularia nu. 26. ff.*
9 *si cer. peta.* ratio est † quia licet moneta in se sit vera, & bona, & ita fiat, tamen cum à non habente talem potestatem fabricata fuerit, moneta falsa dicitur, & lędit Principis maiestatem, dū eius authoritatē sibi vult arrogare, quam non habet *Decian. in tract. crim. lib. 7. in tit. de falsa monet. crim. num. 26.* vbi subdit, quod tale delictum immediatē Principis potestatem, & maiestatē offēdit, authoritas enim Principis vires nummis tribuit secundum *Aristot. lib. 5. capit. 5. & libr. 1. polit. cap. 6.* &
10 ideo tamquam falsarium † pœna vltimi supplicij puniendū esse ait *Menoch.*

in

in praalleg.casu 316.*nu*.15. post alios, quos ipse refert, eamdem opinionem tenentes, *& Decian.latè tract.crim.tit. de pan.pro crim.falf.monet. tom.*2.

11 Amplia secundo in fabricante† monetam alterius Principis, quam Regis nostri, ita *Decian.in tract.crim.titu.de falf. monet. crim. num.* 19. *& titu. de excus.ab hoc crimin num.* 3. *à Peguer.d. dec.*46.*num.*15. *Menoch. de arbitr. Iud. cas.*316. *num.*43. vbi hanc conclusionem duabus rationibus defēdit, quas ante ipsum considerauit *Igne.in repet. l.necessarios* §.*non alias par.*2.*nu.*108. *ff. ad Syllani.* quarum Prima est, quia potestatem, quam non habet, sibi tribuit, & ideo reus criminis læsæ maiestatis dicitur; Secunda verò, & melior ne per falsitatem hanc monetæ Reipublicę detrimentum adferatur, nam cū vna ciuitas, populus, & vna Prouincia cum alijs commercia habet, & monetæ vnius loci in altero impenduntur, si impunè hic posset alterius Principis falsas monetas cudere, & bonas mutilare, vtique locus ille, vel illa ciuitas, vbi hoc agit, graue incōmodum sentiret, & hāc rationem esse maximæ cōsiderationis dixit *Inno.in c.quanto, ī ver.super assensu populi, extra de iur.iu.*

12 Amplia tertio in fabricante† monetam falsam rami; nā crimen falsæ monetæ committit, *Innocen.in cap.quanto de iur.iur. Bart.ī l. qui falsam monetam ff.de falf.Cepoll.in cons. crim.*77.*nu.*4. *Alex.cons.*104.*volum.*1. *Affl.in cōstit. adulterinam num.* 4. *Menoch.de arbitr. Iud.cas.*316.*num.*33. *Fab. de Monteleo in prax.arbitr.*3.*part.*4.*partis princip. num.*400.*Bertax.cons.*552.*vol.*2.*Honded.cōs.*92.*num.*4.*vol.*2.*Conarr.veter. collat.numism.cap.fin. sub num.*3. *vers. quòd si quis*, & licet prædicti *Doctores* dicant, quod talis debeat puniri pæna extraordinaria, vt alias in Regno fuit iudicatum contra Dominicū de Neapoli, qui fuit condemnatus super tri-

gijs triremibus; nō per hoc negari potest, quin crimen falsæ monetæ commisisse dicatur *Boss.in titu. de falf. monet.num.*4. & per hoc comprehēdatur sub exceptione præsentis decreti.

13 Amplia quarto in fabricante † monetā falsam, quæ adhùc non erat perfecta, quia fortè fuerit captus, vel ob id bānitus, quia falsam monetam fabricasse dicitur, & pæna ordinaria punitur *Gramm. dec.* 74. qui ita fuisse iudicatum in Sacro Consilio refert, *Afflict.in constit. adulterinam num.* 8. *& in cap.*1.*verb.moneta num.*24. *qua sint regal.Decia.tract.crim.ī tit.de excusat. falf.mon.num.*7.*Menoch.de arbitr. casu* 360.*num.*15.*Marsil.in l.qui falsam ff. de falf.Caball.resolu.crim. cap.*27.

14 Amplia quinto in diminuente† seu tondente, & radente monetam, ita expresè dixit text. noster hic, & de iure in pænam fabricātis falsam monetam incurrit, vt dixit, *text. in l. quicunque ff.de falf.Marsil.in cons.*81.*num.*11.& est communis* opinio vt dixit *Viuius in commun.opin.verb. monetam radens, Clar. in* §. *falsum num.* 38. *Menoch. de arbitr.Iud.cas.*316.*nu.*34.*Decia.tract. crim.falf.monet.num.*25.

15 Amplia sexto in tōdente† & radente monetam ad iustum pondus, vt dixit *Grat. cons.*59. *& cons.*72. *volum.*1. *Vrsil.ad Affl.dec.vlt.num.*6. *Strach.de mercat.num.*12. *fol.*7.*Menoch.de arbit. d.cas.*316.*nu.*36. qui dicit quod Principes iustum existimant monetæ suæ pondus, quod à suis monetarum cursoribus in publicum ex eorum officina mittitur, & quod à se factum est in deterius mutari nolunt, quare Constantinus *in Cod. Theodosiano lib.*9. *tit.*22. *sub rubr. si quis solidi circulum exteriorem inciderit*, prohibuit non solū ponderis diminutionem, verum etiam circuli mensuram, quæ quidem mensura necessario diminuitur, cū mutilatur, & ideo negari non potest, quin circulum

lum verum diminuant, quidquid circa pœnæ impositionem dixerint *Marsil. in l. qui falsam num.* 100. *de fals. Alciat. respõs.* 14. *to* 2. *lib.* 7. *aliàs resp.* 461.

Amplia septimo, vt talis diminuẽs monetam sit exceptuatus à præsenti beneficio nõ solum si monetam ipsam
16 diminuerit ferro,† sed etiam aqua ardẽti, vel aceto superficiem auferendo, & monetæ circulum tondendo vt expressè disponit *tex. prag. Regni*; & alia nouissima *pragmatica*, & est de iure *tex. in l. quicumq. ff. ad l. Cornel. de fals. glos. & Doct. in l.* 2. *C. eod. Marsil. in l. qui falsam nu.* 101. *eod. tit. Decia. tract. Crimin. num.* 25. *Menoch. de arbitr. Iud. cas.* 316. *num.* 42.

Amplia octauo, vt tales delinquentes non solum non gaudent beneficio præsentis decreti, sed nec etiam pos-
17 sunt admitti ad compositionem† vt in Regno dispositum est per Reg. *Pragma.* 4. *sub tit. de compos. & lite. supe. & est c. Carol.* 17. *et cap. Regis Ioannis* 36.

Limita prædictam cõclusionem nõ
18 procedere in expendente† monetã falsam dolosè & scienter: nam isti gaudent præsẽti beneficio, quia decretum nostrum excludit fabricantes, & tondentes, seu diminuentes monetas; qđ tamen cum in criminibus exceptis sit odiosum, in eo non debet fieri extẽsio *l. quidam ff. de lib. & posth.* & in terminis Indulti dixit *Vincent. de Franch. in decis.* 403. *num.* 11. *post Foller.* per eum ibi relatum *in Comment. Indulgent. cõcessa de anno* 1554. quod tamen pre manibus habere nõ potui, & sic vt cõpræhendat expendẽtes monetam falsam. Hinc dixit idem *Vinc. de Franch.*
19 *in decis.* 351. quod *tex.* † *in l.* 1. *C. de fals. monet.* disponens, quod condemnatus de fabricatione falsæ monetæ non admittatur ad appellandum, non procedit in expendente falsam monetam ẽt sciente, per doctrinam *And. in tit. quæ sint regal. in verb. & bona committentiũ col. pen. vers. iura denegantia* vbi dicit, quod iura denegantia appellationem sunt odiosa *l.* 1. *C. de senten. Præfe. præt.* & ideo non extenduntur allegat *Azo. in summa quor. appellat. non recip.* dicẽtẽ, quod lex, quæ denegat raptori virginum appellationem, nõ extenditur ad socios, quorum est idem crimẽ, idẽ *Andr. in const. si quis rapere col.* 2. *vers. item simpliciter*, & ita refert fuisse per Sacrum Cõsilium determinatum; licet pari pœna puniantur, vt est Reg. *pragm.* 2. *sub tit. de monet. Bart. in l. maiorem C. de fals. Bursat. cons.* 146. *volu.* 2. *Vincen. de Franc. d. decis.* 351. *& dec.* 401. vbi post *Salyc. in l. maiorem vers. venio ad secũdam partem C. ad l. Cornel. de fals.* dicit quod punitur tamquam fabricator, & ita fuisse decisum refert, & est in Regno *tex. in const. adulterinam vbi Afft. num.* 7. Ego tamen valde dubito de hac limitatione, clari enim iuris est, quod falsitatem cõmittit ex-
20 pendens † monetam falsam pro bona *Cepoll. cõs.* 77. *Decian. tract. crim. tit. de præstan. opem num.* 4. *volu.* 2. quod crimen falsitatis exceptum est ex præsenti decreto, ideo super hoc credo valdè perpendendam esse qualitatem causę, si casus acciderit, cum simus in atrocissimo delicto vt dictum est, & opera istorum expendentiũ valde necessaria est istis monetarijs, alioquin vt aiunt frustra oleum, & operam impenderẽt, & in dubio præsumitur eos illam fabricasse *Cin. & Petr. in l. maiore C. de fals. Aret. in l. eleganter* §. *qui reprobas ff. de pignor. actio. Couarr. in tractat. de collat. veterum numisma. cap. vlt. num.* 4. *in fin. Menoch. de arbitr. Iud. d. cas.* 316. *num.* 53.

Limita secundo non procedere di-
21 ctam conclusionem in sciente,† & non reuelante tale delictum fabricationis falsæ monetæ, seu diminutionis ipsius per notata in præcedenti limitatione, licet in Regno eorum pęna sit ordina-

ria

ria ex reg. *pragm. sub tit. de monet. aur. & arg.* §.6. & de iure est text. in l. lege Cornelia la 1. ff. ad l. Cornel. de fals. vbi Bar. num. 2. & tex. in l. 1. §. domus, & l. fin. C. de fals. monet. Bero. in cap. 1. n. 65. & seq. de offic. & potest. ind. deleg. Carou. super Rit. 4. n. 3. Decia. tract. crimi. in tit. de praestan. opem consceijs, nu. 2. vol. 2.* licet *Menoch.* post alios, quos ibi refert *de arbit. cas.* 355. velit hos pœna extraordinaria puniri, quod tamen esset contra iura aperta superius relata.

22 Limita tertio, quando isti monetarij † socij criminis (dummodo non sint principales authores) reuelauerint Curię tales delinquentes casum in claris ponendo, nã ex nouissima pragmat. in Sacro Consilio per nos emanata de mãdato Excellentissimi Proregis cõsequuntur remissionem generalem ipsius delicti; quimò ob atrocitatẽ tanti criminis statuitur in eadem constitu-

23 tione, quod tres testes † singulares de visu faciant plenam probationem, vt ibi per eam.

T E X T V S.

Homicidij deliberati ab eo patrati, qui alia duo homicidia commiserit.

S V M M A R I V M.

1 *Homicidij deliberati crimen atrocissimũ est, & ibi ponuntur multa ad detestationem huius criminis.*

2 *Princeps quando possit facere gratiam de homicidio deliberate commisso.*

Amplia parte non concordata, n. 3.

3 *Princeps parte remittente potest remittere delictum homicidij deliberati.*

4 *Homicida plura committens, nõ gaudet indulti beneficio, & ibi multa de reiteratione & geminatione ipsius.*

6 *Gratia concessa, nulla facta mentione homicidij aliàs commissi est subreptitia.*

Intellige si fiat ad petitionem partis, secus si motu proprio, nu. 7.

Contrarium in terminis Decreti nostri, num. 8.

Amplia si de eis dãnatus non fuerit, n. 9

Amplia si de eis fuerit aliàs indultatus, nu. 10. & ratio ponitur, num. 11.

Amplia tertio si alia homicidia fuerint commissa extra territorium Principis indultantis, nu. 12.

Amplia quarto si pro alijs homicidijs fuerit absolutus, & liberatus, nu. 13.

Idem erit si de eis fuerit cõdẽnatus, n. 14

Limitatur quãdo de ipsis tantũmodo fuerit indittatus, & inditia nõ sufficiant ad torturam, nu. 15.

Limitatur secundo, si aggratiatus commiserit alia delicta, sed non homicidia num. 16.

17 *Homicidium si an deliberate, vel ex accidenti cõmissum fuisse clare non appareat, an sit locus gratia.*

18 *Qualitas animi deliberati cum delictum augeat, clarè est probanda.*

19 *Delictum vbi potest dici graue, vel leue, tunc praesumitur leue.*

20 *Qualitas animi deliberati excludens ab Indulto est clare probanda.*

21 *Qualitas homicidij deliberati, an possit verificari post datam Indulti.*

C A P. X X V I I I.



ERTIVM crimen exceptuatum à praesenti Decreto est homicidiũ deliberatum ab eo commissum, qui alia duo homicidia commiserit, quod quidem atrocissimum, grauissimum, & enorme est, † vt dixerunt *Socy. cons.* 157. *nume.* 11. *Ang. cons.* 217. ac sequitur *Cravett. in consil.* 9. *num.* 3. & inter hor-

 ribilia

decretal. ver. Bononia commorantibus, in fine.

Rursus facit, q̃ tales homicidiarij non gaudent immunitate ecclesiastica *in Exod. d. capit.* 21. ibi (*ab altari meo euelles*) & fuit declaratum per *Bullam apostolicam Clemen. VIII.* idque ex pluribus firmat *Farinac. in d. quaest. 6. num. 15. cum sequen.* vbi ampliat † parte non concordata *a Petra de potesta. Princip. nu. 25. fol. mihi 22.*

3

Quidquid sit, quando interuenit remissio partis, vt hic † posse Principes aggratiare delinquẽtes de homicidio deliberatè commisso ait idem *Farinac. in dicta quaestio. 6. nume. 15. & seq.* item & ex causa, *vt n. 22.* & ideo Rex noster Catholicus obtenta partis remissione tale delictum remisit, dũmodo homicidæ † alia duo homicidia non commiserint, quod est conforme dispositioni iuris, ad tex. *in l. 3. C. de Episcop. audien.* vbi Imperator in Indulto concesso in die Paschatis excepit illos, qui sunt consueti similia crimina committere, & ibi glo. ait quod sufficit, si duo delicta commiserit *Boer. decis. 217. num. 22. Baiard. & Clar. quaest. 59. nu. 101. Turet. cons. 47. n. 72.* hinc est quod si fuerit alicui cõcessa gratia † a Principe de homicidio, nulla facta mentione de alio homicidio, tunc gratia est nulla, & homidij reus puniri potest, ita dixerunt *Ioan. de Anan. in cap. 1. de cler. percuss. & ibi Abb. Bal. Paul. de Cast. post Gugl. de Cune. in d. l. 3. & Bal.* infert quod geminans delictum non debet sperare de venia *Specul. in titu. de contu. §. 4. versic. sed pone Iudex Grãm. vot. 17. num. 8. & 11. Gugl. de Benedic. in cap. Raynut. in verb. Mortuo testatore 1. n. 111. & sequen. fol. mihi 88. Affl. in constitu. inconsutilem penult. col. Ioan. de Arnol. sing. 11. idem Batar. ad Clar. in d. q. 59. nu. 73. Cartar. de exequnt. cap. bannit. cap. fi. ante nu. 316. Paris. de Put. de syndic. in verb. latro. Barbat. in capit. super literis de rescriptis*, vbi dicit se vidisse Bononiæ decapitari quemdam non obstante gratia, quam habuerat, ex eo quod ĩ ea non fiebat mentio de primo homicidio *Palat. Rnus. in capit. per vestras in 4. notab. nu. 11. de donat. int. vir. & vxor. Marsil. sing. 3. Dec. cõs. 695. nu. 33. Carrer. in practi. crimi. in §. homicidium verb. vigesimonono excusatur, nu. 13. & sequ. Boss. de remed. ex sol. clemen. Princip. n. 25. & 38. Couar. varsar. resol. lib. 1. capit. 20. num. 8. Farinac. in loco citato, num. 49. Gomez. in tit. de tortu. reor. nu. 38. ver. item adde & de homicid. num. 60. Plaz. epitho. delicto. cap. 38. num. 4. Bursa. cons. 177. nu. 22. cum seq. volu. 2. Menoch. de arbitr. casu 203. nu. 32.* & est communis opinio vt testatur *Medic. de reg. iur. reg. 3. nu. 54.* quem refert *Bonacoss. cõmu. opin. verb. remissio delicti Carol. de Grass. in suo eleganti tracta. de exceptio. except. 14. nu. 51. & sequẽt. Ioa. Vinc. de Ann. in singul. 239. & ibi doctissimus Fab. in addit. Vincent. de Franch. decis. 330. nu. 3. Ioa. Arno. in dict. singul. 11. Ioa. Anto. Trig. sing. 31. Francis. Marc. decis. 503. num. 15. Cassa. in cõsuetud. Burg. tit. des iustices, rub. 1. glos. 13. nu. 166. Ioa. Grand. de Bel. exul. nu. 24. fol. 46. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 838. num. 8.* vbi dicit, quod non præsumitur Principem voluisse remittere delictum geminarum, & reiterarum, nisi expressa facta reiterationis, & geminationis mentione *ex Bald. in l. nemo, C. de Episcop. audiẽt.* & alijs per eum relatis vbi plene, & ob id tenetur aggratiatus omnes qualitates delicti exprimere, aliàs esset nulla *Bertaz. cõsil. 104. nu. 2. Menoch. de arbitr. iud. cas. 201. Mandel. cons. 723. vol. 4.*

4

5

6

Prædicta tamen licet intelligenda veniant in gratia facta ad petitionem partis, † quę q̃dem subreptitia dicitur non facta mentione de alio homicidio,

7

R 2

dio, secus verò in gratia facta motu proprio, vt hic secundum prædictos Doctor. præallegatos, nihilominus in terminis Decreti nostri, in quo expressè hoc cautum est, hmôi cõclusio absque dubio procedet, etiã quod Indultum sit concessum motu proprio, vt in
8 fortioribus terminis tenuit D. *Fabius ibi in add. singul.* 239. & ideo si aliquis fuerit admissus ad Indultum pro homicidio deliberato, & postea fuerit cõpertum, talẽ Indultatum duo alia homidia commisisse, & sic fuisse locũ exceptioni præsentis Decreti, vtique declaratio prædicta est subreptitia, & poterit puniri non obstante gratia, & hec est veritas in terminis nostris, & notat *Ant. de Ball. lib. 4. tractat. crim. quæst.* 10. *num* 4.

Amplia prędictam cõclusionem, si
9 de eis damnatus nõ fuerit, vt dicit tex. noster, & voluerunt *Gomez. de delict. c. 5. num. 9. versic. sed his non obstantibus Bal. cons.* 247. *incip. ad euidẽtiam vol.* 5. *Baiar. ad Clar. in §. furtum, n.* 59. & sic licet de delictis notorijs, vel de quibus adessent solæ suspitiones ad obtinendum gratiam nõ teneretur quis de eis mentionem facere, secundum *Boss. de de remed. ex sol. clemen. Princip. num.* 35 *Bursa post alios cons.* 177. *nu.* 24. *& seq. lib.* 2. *Fariuac. de Inquis. q.* 6. *n.* 50. *ver. limita tertio*, & hoc absq; periculo subreptionis, quia sufficeret, quod de eis non fuisset aliàs obtenta gratia secundũ eos, attamẽ in terminis Decreti nostri id nil releuat, quia satis erit, quod ea cõmiserit, licet dãnatus nõ fuerit.

Amplia secundo si de alijs homici-
10 dijs fuisset indultatus, †q a est exclusus à pręsenti beneficio, vt expressè determinat *Lut. Feller. in comment. ad prag. si de compos. ante nu.* 63. ideoq. si extat statutum, quod ille, qui duo furta cõmiserit furca puniatur, & qui vnũ tantum manu, si quis primum furtũ cõmisit, cuius tamen abolitionem obtinuit, si postea aliud furtũ cõmittat punietur furca, licet primum non esset habendum in cõsideratione, vt quia abolitum *Bar. ĩ l. si cui, §. cum sacrilegiũ de accusa. & in auth. sed nouo iure, C. de ser. fugit. Guliel. de Cune. in l.* 3. *C. de episco. audiẽt. Arno. sing.* 11. *Natt. cons.* 211. *n.* 5. *Gregor. Magalott. de saluocõduc. p.* 3. *fol.* 3. *&* 4. *Ioa. Anto. de Nigris ad cap. Misericordiam, nu.* 3. *fol. mihi* 60. *à tergo, Paris. de Put. de syndic. in verb. Pone quod aliquis num.* 1. *in fi.* quos refert, & sequitur *Decian. tracta. crimin. titu. de abolit. nu.* 51. *&* 71. *& Bertaz. cons.* 21. *nu.* 7. *vol.* 1. *& cas.* 403. *nu.* 11. *vol.* 2. *Vi-*
ui. dec. 232. *nu.* 8. *Cartar. de exeq. capt. banni. c. si n.* 315. *in fi.* & ratio est, quia
11 reiteratio delicti impedit gratiã *Boer. dec.* 217. *nu.* 22. *Carol. de Gras. de excep. excep.* 14. *nu.* 47. *Conar. varsar. resol. c.* 10. *nu.* 2. *in fi. lib.* 2. *D. Mar. Muta super consuet. Panor. c.* 9. *num.* 33. *Azeued. lib.* 8. *recop. tit.* 25. *l.* 2. *nu.* 13. *&* 16. *Didac. Perez. l.* 2. *tit.* 11. *lib.* 1. *ordi. in gl. aunque en ella.*

Amplia tertio, si alia homicidia cõmiserit extra territoriũ, & iurisdĩonem
12 Regis, nã vt dictũ est in pręcedẽti ampliatione, in pñsenti Decreto cõsideratᷓ reiteratio delicti, & mala volũtas homicidę, nõ aũt ptãs puniẽdi, de quo latè scripserũt *Ang. inter cõs. Bal. cõs.* 348. *vol.* 5. *Gomez. de delict. c.* 5. *n.* 9. *Bertaz. cõs.* 39. *n.* 21. *vol.* 1. *Baiard. ad Clar. ĩ §. furtũ, n.* 54. *cũ seq.* & ideo reiteratio ipsa, & cõtinuatio delicti exceptuat gratiam ipsam vt post *Bar. & alios* dixit *Menoc. de arbi. cas.* 295. *nu.* 18. *D. Carol. de Grass. d. excep.* 14. *n.* 49.

Amplia quarto, etiã qđ pro alijs homicidijs, fuerit absolutus, & liberatus, quia, & si ex absolutione habeaᷓ, ac si
13 illa nõ cõmisisset *Cassa. ĩ cõsuet. Burgũ. §.* 5. *sub n.* 16. *ver. cõtrariũ fol. mihi* 160. *add. ad Ang. Aret. de malef. ver. vestẽ celestẽ, nu.* 14. *litera A. D. Carol. de Gras. excep.* 14. *num.* 48. *in d. tracta. de excep.* ve-

verũ prędicta reiteratio aggrauat delictum taliter, quod non potest gaudere beneficio præsentis decreti, quia licet fuerit absolutus, sufficit quod de eis fuerit veraciter adnotatus, ita consuluit *Cels. Vgo. in cons.* 85. vbi latè de hac quæstione tractauit, *Menoch. de arbitr. Iud. cas.* 295. *num.* 91. *& casu* 539. *num.* 21. *Cepoll. in authe. sed nouo iure num.* 95. *C. de ser. fugit. Dec. in l. bona fides non patitur num.* 9. *de reg. iur. Couarr. variar. resol. cap.* 10. *num.* 2. *vers. cæterum*, vbi dicit ita in iudicijs seruari, & in Senatu Mediolanẽsi prædicari ait *Clar. in* §. *furtum ver. quæro et stante statuto num.* 14.

Amplia quinto, etiam quod pro alijs homicidijs fuerit condemnatus
14 † *Menoch. in d. casu* 295. *num.* 19. per doctrinas præallegatas, *Azeued. l.* 2. *num.* 18. *tit.* 25. *lib.* 8. *Recop.*

Sed quid si de alio homicidio fuerit mandãs? vide allegationes impressas apud *Catalan. de Abolit. fol. mihi* 236. *Farinac. q.* 135. *num.* 134. *&* 135. *cum sequen.*

Limita prædictam conclusionem non procedere, si de alijs homicidijs
15 sit inditiatus, † & inditia non sit sufficientia ad torturam, quia tunc non impediunt beneficiũ præsentis decreti, & hoc per verbum illud (commiserit) appositum in nostro *tex.* quod est futuri subiunctiui formatum à præterito indicatiui, & denotat actum esse plenè perfectum cum effectu vt dixit *glos. in cap.* 2. *in verb. commiserint, & ibi Geminia. de constit. Bartol. in l.* 1. §. *hac verba ff quod cuiusque vniuer. iur. glos. in c. ad hac in verb. elegerint de rescrip. Ias. in l.* 3. §. *ex pluribus num.* 20. *ff. de acquir. possess. & in l. filiusfamilias* §. *diui in* 2. *lectu. num.* 51. *&* 52. *ff. de leg.* 1. super hoc cogita.

Limita secundo si talis homicida commiserit alia delicta, sed nõ homi-
16 cidia, † quia nõ erit exclusus ab Indulto, quod expresè loquitur in delicto homicidij, & ideo non debet fieri extensio cõtra reos, vt pluries diximus, & gratia non dicitur subreptitia, neq. est nulla si non fuerit facta mentio de alijs delictis diuersis ab illo, pro quo est petita gratia, ita *Couarr. variar. resolut. lib* 1. *cap.* 20. *nu.* 8. subdens, qđ hoc casu Iudex debet ab executione supersedere, & Principem consulere, si gratia debeat approbari, vel nõ, sequitur *Alciat. in cap. cum ab homine nu.* 43. *de Iudic. Menoch. de arbitr. cas.* 203. *nu.* 32. *Boss. de remed. ex sol. clemen. Princ. nu.* 33. *in fi. Bursat. cons.* 177. *nu.* 24. *& seq. lib.* 2. *Flamin. Cart. de exequt. cap. bannit. cap. fi. nu.* 315.

Sed quid si ex processu appareret homicidium potius animo deliberato factum fuisse, quàm liter, non tamen clarè constaret, an possit reus ad-
17 mitti † ad beneficium præsentis decreti, vide *Boss. de remed. ex sola clemen. Princip. num.* 42. vbi dicit, quod posset torqueri ad veritatem inueniendam sine ipsius iniuria; Sed Indulgentia concessa in anno 1572. casum hunc Excellẽtissimo Proregi cum voto M. R. C. remisit.

Tu distingue, quod aut constat per testes, vel per inditia homicidium deliberatè commissum, & clarum est, quod reus est exclusus à præsenti decreto, aut non constat, & tunc quia
18 hæc qualitas † animi deliberati excludit reum ab Indulgentia, & sic eum aggrauat, & auget delictum, est probanda *Bart. in l.* 1. §. *ait prætor ff. ne quid in flum. publ. in l. qui non ignorat C. qui accusa. in l.* 2. §. *diem vbi etiam Angel. quemadm. testam. aperia. Socy. consil.* 63. *num.* 8. *Dec. consil.* 13. 18. *&* 471. *Cepoll. consil.* 57. *colum.* 1. *versic. & illa qualitas, Marsil. in l. si quis nec quæstio. numer.* 154. *de quæstio. Ioan. Anton. Lanar. consil.* 43. *nume.* 30. & vbi quid potest importare delictum

19 ctum † graue, & leue, præsumitur leue *Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 6.*
20 & ideo cũ hæc qualitas † excludat reũ a beneficio præsentis decreti non præsumitur; imo potius præsumitur casuale *Bart. in l. quoties ff. si quis cautio. in l. 2. colu. 1. ff. si quis in ius voca. non ier. Dec. in l. 1. nu. 8. ff. de reg. iur.* & ita in terminis decreti gratiosi consuluit *Ceph. in cõs. 206. num. 15. & per totum,* & de qualitate probationis dicam *inf. cap. 12. vers. prædicta omnia in fin.*

Posset tamen dubitari, an illa qua-
21 litas † possit per Fiscum probari post publicationem Indulgẽtiæ ad effectũ excludendi reum ab eius beneficio, & videtetur dicẽdum quod sic, quia gratia ita demum dicitur concessa, si homicidium deliberatè commissum non fuerit; & ideo si posset probari illa qualitas, non est conueniens, vt tam atrocissimum delictum remaneat aggratiatum, & non debent crimina indulgentia subleuari *l. si appariter C. de cohor. lib. 12. Boss. in loco prællegato num. 41. in fin.* quod tamen tanto fortius procederet, si adhuc Fisco iniuntiones ad probãdum factæ nõ fuerint, super hoc cogita, quia sumus in gratia, in qua semper debet fieri interprætatio in fauorem reorum.

Quid si ex occisis vnus erat Bannitus, an poterit dici duo homicidia cõmisisse? credo quod non, quia potuit impune occidi *Bald. in l. graccus nu. 2. C. ad l. Iul. de Adult. Farinac. quæst. 119. num. 42.*

Item quæro, an indultatus pro homicidio teneatur filias interfecti dotate? respondeas quod sic, vt in puncto consuluit *Turrett. cons. 14. volu. 3.* sicut dicitur, quando esset absolutus, *Batard. ad Clar. in §. Homicidium nu. 70. Menoch. de Arbitr. cas. 122. in addi. & post eos Farinac. dict. quæst. 119. num. 116.*

T E X T V S.

Vulneris proditoriè sub spe amicitiæ sclopo rotato, aut alitèr illati, vel assassinio mediante, etiam si mors sequuta nõ fuerit, quòd tam in mandante, quàm in mandatario locum habere volumus.

S V M M A R I V M.

1 *Delictum proditorium atrocissimum est. Idem in crimine assassinij num. 7. & quale sit num. 2.*

2 *Proditor non gaudet immunitate ecclesiastica. Idem in assassinio num. 10.*

4 *Delictum proditorium non comprehenditur sub generali delictorũ remissione. Ampliatur in crimine assassinij nu. 8. Ampliatur ẽt in simplici vulnere nu. 5.*

6 *Proditor an dicatur, qui de proditorio delicto fuit Indultatus.*

9 *Crimina atrocissima nõ veniunt sub generali Indulgentia.*

11 *Crimen assassinij dicitur, quãdo pecunia mediante committitur, quid in vulnere, an requiratur mandatum ad occidendum num. 12.*

12 *Conatus quando puniatur in crimine assassinij.*

14 *Delictum mandantis, & mãdatarij vnicum est.*

15 *Clericus pro crimine assassinij non gaudet foro ecclesiastico.*

16 *Princeps secularis potest indultare clericum, & quando.*

17 *Episcopus quando possit indultare, & gratiam facere.*

18 *Qualitas proditorij, vel assassinij, qualiter probari debeat, vt excludat ab Indulti beneficio remissiuè. Et quid si constaret ex facie accusationis, vel banni nu. 19. vbi latè, & an si ex rubrica informationum nu. 20.*

Qua-

21 *Qualitas proditorij, vel assassinij dicitur sufficiẽter probata per inditia indubitata ad excludendum ab indulto.*
22 *Gratia impunitatis alicui concessa ponendo casum in claro, valet, si delictũ probetur per inditia indubitata, vel sufficientia ad torturam.*
23 *Accusator quando excusetur ab infamia & pena talionis, si probet delictum per accusationem propositum per semiplenam probationem.*

C A P. X X I X.



Ex. iste diuiditur in
duas partes, in prima loquitur de de-
licto proditorio, in
secunda de assassi-
nio, secũda ibi (*vel
assassinio mediãte*)
quoad primum dicas, quod Delictum
1 proditorium † atrocissimum est *l. propter insidias C. qui accusa. non poss. l. 4. ff. ad l. Iul. maiest. a. l. fin. C. de delat. lib. 10. & vbique Luc. de Penna, & cæteri Doct. Gigans de crimi. læsæ maiesta. lib. 3. rub. de prodito. quæst. 6. & lib. 1. rub. 1. de origine legis læsæ maiesta. quæst. 19.*
2 *nu. 19.* vbi latè de eius materia, & propriè dicitur ille, qui eum occidit, qui suus inimicus non est, nihil tale præcauentem, fingens se illi amicum, & aliud in pectore, & corde, aliud vero in ore habẽs, de quo propriè loquitur *text.* noster ibi (*sub spe amicitiæ*) & dixerunt *Couarr. var. resolu. lib. 2. cap. fi. num. 7. vers. tandem his prænotatis per tex. in d. l. fi. vbi Luc. de Pẽna, Bonacos. in quæst. crim. in verb. Proditor. Clar. in §. Homicidium vers. proditoriè vero vbi Baiard. Gomez. titul. de Homicid. cap. 3. num. 5. Plaz. epitho. delicto. cap. 21. nu. 1.* & de cõmuni post alios testatur *Menoch. de arbitr. Iud. cas. 316. nu. 24. Farinac. de delict. & pæn. quæst. 18. nu. 74. vers. vel qui eum, cum alij per eũ ibi cumulatis, Decian. tract. crim. de prodit. c. 29. nu. 19. lib. 7. vol. 2.* hinc talem pro-
3 ditorem † ab immunitate ecclesiastica exclusum esse ob eius atrocitatem dixerunt *Doct. in cap. 1. de homicid. in 6. Decian. de atrocit. prodit. lib. 7. cap. 30. num. 6.* & declarauit summus Põtifex in Bulla Apostolica, & ideo Rex noster immane hoc delictum exceptuauit sub hac generali remissione delicto-
4 rum, quod esset † secundum dispositionem iuris dixerunt *Baiard. ad Clar. in §. fi. quæst. 59. nu. 99. Carrer. & alij per eum relati Azeued. l. 1. num. 49. cum seq. tit. 23. lib. 8.* vbi ampliat, quod non cẽseatur remissum etiam cum clausula non obstantibus, *Anto. Gomez. cap. 13. lib. 3. num. 38.*

Amplia prædictam conclusionem nõ solum in proditoriè occidente, sed
5 etiam in proditoriè vulnerante † sclopo rotato, vel aliter, dum tamen, sub spe amicitiæ vulnus commissum fuerit, vt expressè dixit tex. noster hic, & voluerunt omnes præallegati *Doctor.* de quo tamen fuit valde disceptatum in Regno Neapolitano, in quo huiusmodi verba (*sub spe amicitiæ*) apposita non fuerãt in indulto ibi eodem tempore cõcesso, & ob id secũdũ prædicta interpretatũ, vt per *Vinc. de Franc. dec. 713. per totam, & Ioan. Alois. Catal. de Abolit. cap. 31.* vbi inserit allegationes iurium fisci contrarium tenentis.

Sed pone, quod talis proditor fuisset à Principe restitutus, & aggratia-
6 tus, an põssit amplius dici † proditor, adeo quod possit agere actione iniuriarum contra ipsum eo verbo iniuriantem. Hanc quæstionem mouet *Andr. de Isern. in cap. 1. §. præterea si vassallus sub num. 15. vers. vnde & qui vocaret hunc*, & dicit quod teneretur actione iniuriarum, sequitur *Affl. ibidem num. 93. per text. in l. imperialem §. 2. C. de nupt. Gigans de crimi. læsæ maiest. titulo de pro lit. quæst. 7. Decia. tract. crim. de pæn.*

mixe

prodit.

*prodit.cap.*31. *lib.*7. *volum.*2.*num.*17.
vbi limitant, quãdo dictum fuisset tu
fuisti proditor, quia tunc ad nil tene-
retur secũdum *Andr. in d.loco*, licet de
hoc dubitet *Decian.* quia Princeps nõ
potest facere, quod qui fuit proditor,
non fuerit proditor, cum facta pro in-
fectis haberi nõ possint *l. in bello* §. *fa-*
cta de capt. sed benè poterit addere pœ-
nam proferenti dicta verba, vt in spe-
cie dixit *Afflict. ibi num.*104.*vers. fa-*
teor tamen.

Sed quid si maritus occidat vxorẽ
honestam, an dicatur proditor, & per
consequens sit exclusus ab huiusmodi
gratiæ beneficio? Affirmatiuè iudica-
uimus in M.C. die 16. Octobris 1615.
contra Antoninum Pitruni, & aliàs
contra Martinum Barbanigra, secus
vbi constaret de adulterio, vt pari-
ter determinauimus die 13. Settemb.
1607.& pluries in alijs causis.

Venio ad secundam partem tex.dũ
idem disponit in vulnere commisso as-
sassinio mediante vt hic, nam cum ta-
7 le delictum assassinij † enormissimum,
& horrendum sit crimen, vt scripsit la-
tè *Decian.in tract.crim.lib.*9.*cap.*30.*in*
tit. de manda. pecun. interced. fol. mihi
289.*volu.*2.vbi multa ad hoc ex anti-
quis scriptoribus deduxit more suo,
adeo quod ob eius atrocitatem nõ cõ-
8 prehendi in generali † delictorum re-
missione dixerũt *Carrer.in pract. crim.*
§.5.*num.*28.*Bajard.ad Clar.quæst.*59.
*num.*104. *Decian.in loco præallegato nu.*
28.*Farina.quæst.*123.*num.*72.& ratio
9 est, quia atrocissima delicta † non ve-
niunt sub generali abolitione *Marsil.*
in pract.crim.§.*diligẽter nu.*161.*Grat.*
*cons.*40.*nu.*10. *& seq. & idem Decian.*
*in titu.de abolitio. num.*26.*Ioan.Maria*
*Monticell.in sua pract.crim.regu.*8.*nu.*
30.*vers.decimum speciale.Gram. vol.*3.
10 *nu.*10.immo nec tales assassinij † gau-
dent immunitate ecclesiastica, & ad
eas fugientes possunt inuiti ab ea ex-
trahi, vt probat *tex.ĩ cap.*1.*de homicid.*
in 6.*Specul.in tract. de Consilio par.*2.
*cap.*45.*Remig.Gon.in tract. de Immun.*
ecclesiast.in 15.*fallen.nu.*8.*Mar. Mant.*
*obseruat.lib.*5.*obseruat.*41.*Plaz. epith.*
*delict.cap.*19.*num.*24.*& seq.* vbi testa-
tur de crebriori, & magis recepta sen-
tentia apud *omnes*, & seruari commu-
niter testatur *Farinac. in tit. de carcer.*
*& carcera. quæst.*28.*num.*26.*Couarr.*
*varia.resol.lib.*2.*cap.*20.*num.*10.*ĩ vlt.*
versic. qui incipit septimo vt ad institu-
*tum, Decian. in d.cap.*30.*titul. de man-*
*dat. pecun.lib.*9.*num.*12.*Clar. in* §. *as-*
*sassinium num.*4.

Nota ibi (*assassinio mediante*) hoc est
pecunia mediante commissi, tũc enim
11 dr̃ assassinium † qñ pro delicto inter-
uenit pecuniæ datio, aut alterius cer-
tæ rei, aut saltem certa promissio, quæ
à mandatario acceptatur, & sub certa
spe habendi promissa mãdatum exe-
quatur, seu ad actum proximum de-
ueniatur, ita dixerunt *Decl. in cap. pro*
*humani de homicid.in*6.*Bart. in l. non*
solum, §. *si mandato*, *ff. de iniur. post*
*multos Gabr.de malefi. concl.*1.*n.*1.*Ber-*
*tazz.cons.*341.*nu.*38.*vol.*2.*Bursa.con-*
*sil.*20.*n.*4.*lib.*1.vbi de communi te-
statur *Decia.in tracta.crim.lib.*9.*c.*30.
*n.*17.*Vulpel.cons.*143.*nu.*5.*& seq.Ga-*
*bri.cons.*130.*nu.*18.*lib.*1.*Rim.iun.con-*
*sil.*685.*nu.*12.*& seq.lib.*6.*Honde.cons.*
93.*nu.*66.*lib.*2.*Farin.d.q.*123.*in spec.*
5.sed quia *Vinc.de Franch.in dec.*176.
tenet sufficere promissionem genera-
lem, & incertæ rei, & ita iudicatũ fuis-
se asserit in Sacro Consilio Neapoli-
tano facta longa discussione, in qua
causa vnus Iudicum fuit Vincentius
Mastrillus patruus meus bonæ memo-
riæ, tunc vnus ex Regijs Consiliarijs,
vt inueni notatum manu propria su-
per allegationibus Fisci, quæ in illa
causa factæ fuerunt, quas habeo, ideo
super hoc cogitandum esse arbitror,
quia authoritas Sacri Consilij est ma-
axim

xima apud me.

Secundo nota, qđ ad hoc vt vul-
12 nus † assassinio mediante commissum
iuxta *tex.* nostrum dicatur, oportet,
quod præcesserit mandatum ad occi-
dendum, licet postea vulnus sequutũ
fuerit, aliàs enim si mandatum fuisset
ad vulnerandum tantum, non potest
dici assessinio mediante cõmissum ita
firmant *Gabrie. de malefi. d. concl. 1. nu. 30. in 9. amplia. Alciat. cons. 11. nu. 17. lib. 1. vulpel. cons. 143. nu. 1. Mascard. de probat. concl. 138. num. 10. & seq. vol. 1. Decian. d. cap. 30. nu. 41.* & in statuto
determinat *Honded. d. cons. 93. nu. 95. & nu. 69. vol. 2. Farin. d. q. 123. n. 139. cum sequen.* eaquè tanto fortius pro-
cedunt in terminis Decreti nostri, ibi
(*etiam si mors sequuta non fuerit*)
quo casu præsupponendum est man-
datum esse debere ad occidendum, vt
mox, & ita iudicatũ fuit de anno 1607
ꝑ Bartolo Marino, & Antonio Gior-
dano, & in alia causa pro D. Vincen-
tio Rao, & Grimaldi.

Nota tertio ibi in *tex.* (*etiam si mors sequuta non fuerit*) quod in his crimi-
13 nibus puniť affectus† licet non sequať
effectus *Marsi. in tract. de bãnit. in ver. atrocioribus nu. 16. fol. mihi. 75. Ang. in cons. 14. Conar. in repet. clemen. si furiosus vers. secundo proponitur Gom. de immuni. ecclesiast. fallen. 15. post num. 8. Plaz. epit. de delicto. cap. 19. nu. 9. Affl. in const. Regni par. 1. rub. 12. num. 11. in fi. Gramm. voto 8. & 9. Capic. decis. 155. Clar. in §. assassinium nu. 6. vers. Scias etiam, & ibi Baiard. nu. 23. & 24. Gabriel. in concl. suis lib. 7. concl. 1. nu. 7. & seq. vbi nu. 10.* cõcludit conatũ puniri
pœna mortis, ẽt non obstãte generali
cõsuetudine, quod conatus nõ punia-
tur pœna mortis, & hoc propter atro-
citatẽ delictis, *Decia. tract. cri. lib. 9. tit. de mãdat. pecuni. interced. nu. 13. Grãm. voto 9.* & cęteri per ꝑdictos cumulati.

Nota quarto in *tex.* ibi (*qđ tã in mã-
dante, quã in mãdatario locũ habere volumus*) qđ ratio *tex.* nostri est, quia se-
quuto homicidio, seu vulnere delictũ
† mãdãtis & mãdatarij vnũ & idẽ est,
nã vnicũ est homicidium, seu vulnus,
& finis mãdãtis fuit ipsũ homicidiũ,
seu vulnus, ergo vnũ delictũ ita *Bart. ĩ l. sed si vnius §. seruus meus nu. 5. de in. iur. Bal. ĩ l. 1. §. ne autẽ C. de caduc. tollen. Aug. de Malefi. in ver. sẽpronitũ mãdatorẽ nu. 25. & ibi Angel. in add. Nell. de bãnit. p. 2. prim. tẽp. q. 7. in fi.* & mã-
dans, & mãdatarius sunt correlatiua,
sicut dñs & procurator, pater & filius,
vxor & maritus, actor & reus, & ideo
secundũ naturã correlatiuorũ posito
vno ex eis necessario ponitur, & aliud
l. vlt. C. de Ind. vidu. tollen. cũ alijs simi
libus adductis per *Decia. tract. cri. lib. 9. c. 33. in princ. vol. 2.* vbi plura ad hoc
cumulat, qñ ea quæ disposita sunt in
mandante procedant in mandatario.

15 Nota quinto, quod Clericus † pro
hoc crimine assassinij non gaudet fo-
ro ecclesiastico *cap. 1. & ibi oẽs de homicid. in 6.* sed cognoscitur per Iudicem
laicũ, & ideo licet per Principẽ secula-
16 rẽ† possit aggratiari de hoc delicto, &
alijs in quibus est ipse cõpetẽs vt dixi
supra in c. 3. nu. 13. & 19. quibus addo
Steph. Aufrer. ĩ tract. de potest. secul. sup eccles. reg. 4. fallen. 2. Guid. Pap. q. 562. sub n. 3. Mãdel. cõs. 62. Frãs. Marc. dec. 515. n. 2. cũ seq. vbi ponũt, qñ Princeps
secularis possit indultare clericũ; tñ cõ
prehendiť sub exceptione ꝑsentis de-
creti, & ideo ei⁹ beneficio gaudere nõ
poterit, & id qđ diximus de Principe
17 seculari, intellige ẽt in Episcopo† quia
licet de iure cõmuni non possit facere
gratiam delictorum, vt notat *Diaz. in sua praxi, in verb. in exilium mitti, & Foller. in prax. canon. in verb. & si confessi, & conuicti nu. 121.* tamen de con-
suetudine generali faciunt gratiam de
omnibus delictis, & ita seruari in Cu-
ria Archiep. Neapol. refert *Marc. Ant.*

Genu. in praxi Episcop. quaest. 55. vbi subdit, quod etiam concedunt indultum reuelātibus delinquentes;& ideo stante prædicta consuetudine possunt tam clericos, quam laicos in causis in quibus sunt cōpetentes facere gratiā, *Doct. in cap. cum te de re iudica. Borell. de praestan. Reg. cap* 38. *nu.*6.& quid in Vicario Episcopi? *Sbroz. in tractat. de Vica. Episco. lib.*2 1. *quaest.*38.

Prædicta omnia tam in prima parte *tex*; quam in secunda intellige, qđ ad hoc vt tales proditores. & Assassinij dicantur exclusi à beneficio pręsē-
18 tis decreti; debet qualitas † proditionis, siuè delicti commissi sub spe amicitiæ,vel assassinio mediante constare in processu,vt dixi *in cap. praeceden.*

Quæro modo an sufficiat si probe-
19 tur ex facie ipsius accusationis?† Dic quòd nō,primo quia hæc est qualitas escludens ab Indulto, & ideo debet cōstare per probationes factas per testes,vel indicia, & non per simplicem accusationē,& ratio est, quia qui dat regulam generalem excipiens aliquos casus operatur effectum, vt illa exceptio, seu qualitas verificetur claré & plenè,aliàs regula obseruatur *Bart. & Doct. omnes in l.* 1. *ff. ne quid in flumi. publi. Pedemon. decis.*7 1. *num.* 22. *Ioan. Anton. Lanar. cons.*38. *nu.* 1. *&* 2. maximè quando ista qualitas est fundamentum ipsius rei *Rot. Iannen. decis.*3. *num.*2. *Mascard. de probat. cōclu.* 1248. *lib.*3. *Ioan. Andr. & omnes in cap.* 1. *de Homicid. in* 6. *Dec. cōs.*550. *nu.* 4. *Alex. cons. vlt. lib.* 2. *quod est cons.* 224. *& ibi Natt. in addit.* vbi non probata qualitate in accusatione, vel prosequutione, non pōt sequi cōdemnatio, quinimo nulla redderet accusatio, seu prosequutio fin *Roman. cōs.* 1 *o. Marsi. sing.* 187. *incip. qualitas*, vbi dicit,quod nisi constet de qualitate facti, non dicitur cōstare de facto *l. si per alium* §. *docere ff. ne quis eum qui. Boss. de delict. nu.*4.

Secundo faciunt ea,quæ per Doct. dicūtur, quod ad hoc vt Clericus inculpatus de assassinio tradatur Curiæ Seculari,& ab ea cognoscatur, necessè est,quod hęc qualitas assassinij plenè probetur ita *Ioan. Andr. in d. c.* 1. *de homicid. in* 6. *Gramm. voto* 1 1. *nu.*5. vbi multa *Fab. de Monteleo. in sua pract. arbit. secunda par.*7. *par. nu.* 22. *Marsil. in pract. crim.* §. *examinata nu.*24. *& in l.* 1. *num.* 106. *C. de rap. virgin. Merend. cons.*88. *nu.*7. *to.*2. *cons. crimin. Matth. Brun. cons.* 1 15. *nu.*79. *eod. tom.* 2. *Rim. iun. cons.*685. *nu.*9. Et declaratoriam requiri super hoc dixerunt *Doct. in d. cap. pro humani de homicid. in* 6. *post infinitos quos refert Farinat. de Inquis. q.* 7. *num.* 1 1. *Capic. decis.* 1 12. *& Gabr. de malefic. conclus.* 1. *num.*37. qui de communi* testatur.

Tertio cōfirmatur,quia nō pōt aliquis dici delinquēs cū qualitate assassinij, seu proditorij ex sola facie ipsius accusationis, cū in criminalibus non cōsideretur,sed tunc demum, qñ talis qualitas cōstaret in informationibus, & ad hoc in Regno habemus *Cap. Regis Ferdināďi sub nu.*23. *&* 119. per q̄ expresse mādať,quòd in criminalibus delictis nō consideretř per Iudices cartula illa accusationis,nā in ea solēt vt plurimū partes accusatrices arduas ꝓponere accusationes, sed debeāt cōsiderare,& rectè perpēdere informationes,si delictum cōstet, & facit ad hoc *tex.* in terminis *i l. Diuus Adrianus ff. de Custo. reo. & gl. ī c. si.* 3. *q.* 2. *ī ver. donec*,nā ibi in *tex.* disponit,quòd qñ aliquis accusatř statim ab eo remouenda est administratio, *dicit gl.* illud esse intelligendum, quod non ad accusationem simplicem Iudex statim remouebit accusatum ab administratione, sed quod sūmatim cognoscat prius, an calumniosè accusetur, an non, & postea interdicatur administratio, accusationis enim effectus est, vt crimē pro-

betur, quo objicitur vt dixit *gl. in ver. forma in qualiter, & quando extr. de accusat.* Hinc inoleuit practica in Regno, quod ex sola facie accusationis nemo bannitur, neque foriudicatur, sed captis post accusationẽ informationibus, & cõstito initialiter de delicto proceditur ad sententiam banni, quæ practica à iure communi desumpta est, & à *tex. in d. l. Diuus Adrianus ff. de Custod. reor.* quia illa simplex formula accusationis est potius quędam informatio, & differunt accusatio, informatio, inquisitio, ac denuntiatio *cap. qualiter, & quando §. contra quos & ibi notab. Canonist. extra de accusat. gloss. in cap. 1. in ver. de accusatione 2. quæst. 8.*

Et prædicta intelligo etiam procedere, si talis qualitas probaretur per
20 Rubricam† informationum tantum, quia nil disponit, nec probat si in ipsis informationibus non adest id qđ indicatur in rub. & propterea rubrica ipsa allegari non potest *Dec. in l. 1. ff. si cert. peta.* & solus titulus non facit quẽ esse reum, sed probatio ipsa *l. qui ad statum ff. de pen. Vinc. de Frãch. dec.* 330 *in fi.* & hæc est* commun. *Doct.* omnium. resolutio secũdum quã fuit alias iudicatum in M.R.C. pro Marcello Muntilione cõtra Marium l'Aurifici, & in pluribus alijs causis.

Vltimo circa prædicta aduertendũ est, quòd licèt hæc qualitas excipiens
21 ab indulto debeat cõstare in processu, tamen hoc intelligo procedere, si saltim appareat, & probetur per indicia indubitata ita dixit *Fely. in cap. afferte num. 9. de præsumpt. & sequitur Rim. iun. in d. cõs.* 685. *nu.* 10. *vol.* 6. *D. Tap. lib. 1. Iuris Regni in Constit. de personis nu.* 18. & ex hoc aliàs Iudicaui, quod
22 impunitas † à Principe alicui cõcessa, ita quod ponat casum in claro, intelligatur concessa, si cõstiterit per inditia indubitata, vel saltim sufficientia ad torturam, & fuit etiam pluries iu-
23 dicatum per M. R. C. Et faciunt ea, quæ dixerũt *Marsil. in sing.* 47. *Menoc. de arbitr. Iud. cas.* 321. *num.* 7. 9. & 34. *Mascard. de probat. conclus.* 254. *nu.* 15. & 16. *Petr. de Gregor. Tholos. in lib.* 32. *Syntagmat. cap.* 20. quod non renetur
24 accusator† ad pœnam talionis, seu infamiam, si delictum contra accusatorem probet per semiplenã probationẽ, & post multos alios latè deduxit *Farinac. de accusat. quæst.* 16. *num.* 41. cũ plurib. sequent. quæ notanda sunt in Regno ad intellectum *pragm. 1. in tit. de pen. temerè accusãt. Cæsar. Barz. dec.* 145. Sed quid si testes super hac qualitate deponẽtes sint infames, vel aliud huiusmodi defectum paterẽtur, adeo quod eis minime credendum essent; possit reus admitti ad Indultum; quod sic fuit iudicatũ in Sacro Consilio Neapol. vt testatur *D. Tap. in loco citato nu.* 19.

T E X T V S.

Decoctionis Bancheriorum, & Magazeniorum.

S V M M A R I V M.

1 *Bancherij, & Magazenerij vitio deficientes in Regno puniuntur pœna mortis.*
Idem in Regno Neapol. num. 2.
Et si absentauerint post quindecim dies ad sententiam foriudicationis condemnantur, num. 3.
4 *Terminus anni ad foriudicandum potest in criminibus attrocioribus abbreuiari.*
5 *Bancherij, & Magazenerij decocti non gaudent Indulto generali.*
Limita num. 9.
Imo nec possunt guidari num. 6.
Nec admittũtur ad beneficiũ cessionis bonorum

norum, num. 7.
Nec gaudent immunitate Ecclesiastica.

C A P. XXX.



1 STI Banchetij, & Magazenerij† deficientes non necessitate, sed vitio in Regno puniuntur pœna mortis naturalis, vt est dispositũ per Carol. V. Imper. *in pragm. 2. sub tit. de Bancher.* quæ fuit ampliata etiã in Magazenerijs, qui sunt ad instar Bãcheriorum: nam præstant fideiussionem de reddendo iustum, & legale cõporum de tritico in eorum posse deuenturo, *vt in pragm. 6. sub eod. tit.* quæ pęna seruatur etiam ĩ Vrbe Romana, & statu Ecclesiastico ex Bulla Pij V. data de anno 1570. vt refert *Farina. de delict. quæst. 26. num. 29.* & in dominio Mediolani, de quo meminit *Plot. de in lit. iuran. §. 4. nume. 93. Iodoc. in pract. crim. rubr. de violat. templo. capit. 106. num. 17. Conar. variar. resol. lib. 2. cap. 20. nume. 14. versic. nec Iasonis argumentatio ad finem.* idem disponitur

2 in Regno Neapolitano † *sub titu. de Nummularijs pragm. 1.* & ratio ponitur in eisdem constitutionibus, nam adeò decoctorum numerus hodie increscit, vt propterea ex earum seuerissima animaduersione maxima oriatur mercaturę salus argum. *text. in l. aut facta in fi. ff. de pen.* sequitur *Strac. in tract. mercatu. titu. de decoctor. part. nu. 7. in fi.* licet de iure pęna sit extraordinaria, de qua per *Menoch. & alios* relatos per *Farinac. de delict. d. quæst. 26. numer. 27. & sequen.*

Hinc est quod si se absentauerint

3 † post citationem, quæ fieri sufficit per proclama statim post quĩdecim dies, contra eos proceditur ad sententiam foriudicationis ad instantiam procuratoris Regij Fisci, & ita in vtroque Regno Siciliæ dispositum est hic per *reg. pragm. 4. sub eod. tit. de Bancher. in vlt. cap.* & ibi *in ead. pragm. 1. & vlt. sub*

4 *tit. de Nummularijs*, qui terminus † ad foriudicandum licet per constitu. Regni sit vnius anni, & per reg. pragmat. istius Regni quatuor mensium, potest per Illustrissimum & Excell. Proregẽ abbreuiari in delictis atrocioribus, vt dixit *Affl. in d. constit. Regni pœnam eorum D. Io. Francisc. de Pont.* præceptor, & consanguineus meus *in cons. 69. nu. 1. Vinc. de Franch. dec. 213. nu. 35.* vbi ita seruari ait, & ego seruari vidi pluries in Regno Neapolitano, tẽpe, quo erat Fisci patronus Mag. C. V. Petrus Antonius Mastrillus patru᷒ me᷒, inde Regiæ Cameræ Sũmariæ eiusdẽ Regni Præsidens, licet in hoc Regno nũquam hucusq. viderim talem terminũ abbreuiatũ. Et ideo stante prędicta ratione Rex noster † in omnibus Indul- 5 gentijs, & pręcipuè in hoc Decreto excepit hos bãcherios, & magazenerios à beneficio præsentis gratiæ.

Ampliatur prædicta cõclusio, vt nõ possint tales bancherij, & magazenerij guidari † à creditoribus per eãdẽ reg. 6 pragmaticam, nisi accedente consensu Excellentissimi Proregis, qui hoc facit maxima cum causa habito respectu ad infortunia ipsius decocti.

Ampliatur secũdo, vt nec ad bene- 7 ficium † cessionis bonorum admittãtur *Bar. & Doct. in l. alia causa, §. elegãter, ff. solut. matrim. & in l. etiam, §. licet eod. tit. Plot. de in lit. iuran. §. 4. num. 64. Stracc. de decoctor. part. 3. num. 8.* vbi alios adducit concordantes Farinac. post cęteros relatos, qui de cõi testatur *in d. q. 26. nu. 26.*

8 Ampliatur tertio, vt nec gaudeant immunitate ecclesiastica *Beer. dec. 215 num. 7. par. 1. Conar. variar. resol. lib. 2. c. 20. n. 14. d. vers. nec Iasonis argumentatio, Decia. tractat. crim. lib. 6. cap. 28.*

sub

sub nu.34. fol. mihi 76. à tergo Rebuff. ad constit. regia. tom.2. sub titu. de immun. ecclesiast. art.1. num.1. & sequ. Io. de Visch. in tract. de immun. ecclesiast. num.55. Farinac. de carcer. & carcerat. quaest.28. nu.33. licet Petr. de Bellapert. & Cyn. in l. praesenti C. de his qui ad ecclesia. confug. & Cassan. in consuetud. Burgund. nu.111. fol.54. teneant quod debeat dari terminus triginta dierum, quo tẽpore possint, vel retineri si debita nõ agnoscunt, vel soluere, aut cũ creditoribus componere, quòd si non fecerint, tunc iudex ecclesiasticus illum extrahet, vel citabitur à creditore in ipsa ecclesia.

Limita praedictam conclusionem non procedere, si tales bancherij, & magazenerij defecerint non vitio, &
9 dolose, sed propter infortunia, quia tunc sicut puniendus non veniret, nec esset infamis, tam ex lege communi, quam municipali vt dixerunt *Strach. in titul. de decot. par.3. num.2. versic. si igitur quaeramus, & num.3. versic. dic igitur distinguendo per text. in l. diuus ff. de offi. praesid. Menoch. de Arbit. Iud. quaest.90. num. 19. post alios Farinac. d. quaest.26. num.30. & 31.* & sunt expressa verba *Reg. Pragm.* ita & similiter non debet priuari à beneficio praesentis decreti, quia non est delictum secundum praedictos, & decoctus ille dicitur, qui vitio, & dolosè decoxit.

TEXTVS.

Excipimus etiã crimen nefandi.

SVMMARIVM.

1 *Sodomia crimen atrocissimum est.*
2 *Sodomia poena qualis est, & quid in Clerico num.3.*
4 *Sodomia crimen non comprahenditur in generali delictorum remissione, & est expresse exclusum ĩ praesenti indulto.*
5 *Indultum cõcessum sodomitis est nullũ.*
6 *Indultatus sodomita an possit non obstante indulto molestari remissione.*
7 *Poena sodomitis commutari nõ potest per Proregem.*
8 *Sodomita non possunt guidari.*
Limita quando hoc fieret pro bono pacis num.9.
10 *Compositio non admittitur in crimine nefandi.*
Amplia in Barone num.11.
12 *Sodomiam committens cum femina non gaudet indulto.*
Amplia si femina illa esset eius vxor num.13.
Item in committente sodomiam cum animalibus brutis num.14.
Item in tentante sodomiam committere num.15. & in extra vas polluente ibidem.
Item in polluente se manibus proprijs, num.16.
Item in duobus mulieribus se inuicem actum venereum facientibus, num.17. Intellige vt num.18.
19 *Auxiliatores sodomitarum, putà domum accomodantes, vel aliter gaudẽt Indulto.*

CAPVT XXXI.



1 ODOMIÆ crimẽ atrocissimum est vt dixerunt *Sebastian. de Medices in summa peccatorum par.2. titul.8. quaest.34. Francis. Marc. dec.687. par.2. Menoch. de Arbit. Iud. cas.286. nu.7. & in addit. nu.4. cũ mult. seq.* Hinc sodomitas infames esse ait *glos. in l.1. §. remouet ff. de postulan. & in l. cum vir C. ad l. Iul. de adult.* & adeo crimẽ hoc graue existimatur, *vt in sacra Genesi cap.37* pessimũ crimen appelletur, *& cap.18.* sic legitur, *& pec-*

& peccatum eorum aggrauatum est nimis, & ideo exclamabat *Paul. ad Romanos primo, & tradidit illos Deus in passiones ignominia*, nam feminæ eorũ mutauerunt naturalẽ vsũ, quinimmo grauius est, quam si propriam matrẽ quis cognosceret *cap. adulteri. 32. q. 7.* vnde *Bald. in authen. sed nouo iure C. de seru. fugit.* dixit sodomitis assignãdos non esse aduocatos, vt defendãtur sequitur *Barbat. in conf. penult. in fi. col. 2. lib. 1. Foller. ad pragmat. primam de Sodomi. nu. 4. Menoch. vbi supra in add. nu. 34.* & eorum pœna de iure ciuili tã
2 agẽtis, quàm patientis est mortis naturalis *l. cum vir nubit C. de adulte. §. item lex iulia institu. de publ. iudic.* &
* est communis *Docto.* conclusio vt dixit *Socy. iun. in cons. 7. lib. 3. Gomez. super l. 80. Taurt. num. 32.* etiam de iure pontificio *cap. sollicitatores §. 1. de penit. distinct. 1.* qui canon est desũptus ex *l. prima §. vlt. ff. de extraordin. crim.* vt aduertit *Menoch. de arb. Ind. d. casu 286. nu. 2.* vbi ad hoc alia dicit. Item & de iure Regni est pœna mortis, & comburationis *ex Prag. vnica sub tit. de Nefand. accusat.* quę pęna ignis hodiè de consuetudine quasi per totum orbem seruatur, secundũ *Angel. in d. l. cum vir*, quem refert *Affl. super 3. par. constit. Regni rub. 42. qua incipit Legum asperitate in princip. post num. 13. Papon. lib. 24. tit. 10. Arresto 5.* vbi refert ita seruari per parlamãtum, & de statu Mediolanẽsi *Clar. in §. Sodomia nu. 4. in fi.* & in Regno Neapolitano extat similis *Pragm.* prout in hoc Regno, & licèt viui comburi deberent, nam cum *tex. nostra Pragm.* hoc non dixerit, sic veniret intelligẽdus secundum *Foller. in prædicto comen.* attamẽ de consuetudine nõ comburuntur viui, sed prius laqueo furcarum suspenduntur, seu suffocantur in palo, & demùm eorum cadauer igni, & flammis traditur, ne lẽta morte in desperatione salutis æternæ inducantur *Couarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 10. nu. 9.* & ita ego iudicaui, & iudicari vidi in vtroq; Regno Siciliæ, & seruari ait *Foller. in Comment. Pragm. 2. nu. 24. de Sodomia*, & in alijs locis, quos refert, & sequitur *Baiard. ad Clar. in d. §. Sodomia nu. 8. Farinac. q. 148. per totam Azeued. lib. 8. tit. 21. in l. 1. & in rub.*

3 Hinc clericus † sodomita efficitur irregularis tali irregularitate, quæ nisi à Summo Pontifice remitti potest, *Apostilla ad Diaz. in Pract. Crim. cano. cap. 80. Specul. in tit. de dispẽsationibus §. instam num. 17. Archid. in cap. infames 3. quæst. 7. Thomas Maiol. in tract. de irregular. lib. 5. cap. 43. nu. 1. Clar. in §. sodomia num. 5. & ibi Baiard. nu. 15.* qđ procedit secundũ prædictos ẽt in clerico sodomita occulto; licet in hoc dissentiant *Nauarr. in Manuali confes. c. 27. n. 249. & Menoch. de arbi. ind. cas. 286. in nouissimis add. nu. 31. Farin. vbi sup. n. 26. cũ seq.* meritò tã immane de-
4 lictum † numquam compræhenditur sub generali delictorum remissione, & quia crimẽ atrox, & quia ita expresse dispofuit Rex noster in *d. Pragmatica* Regni, sed quia posset dubitari, an per sona Regis possit comprẹhendi in illa prohibitione, vt mouet *Foller. in prædict. Prag. nu. 56.* nõ ab re voluit illud hic expresse excipere.

Ampliatur prædicta conclusio in
5 vtroque Regno, vt talis sodomita † si fuerit indultatus à Prorege, tale indultum erit nullum, & eo non obstante poterit puniri pœna prædicta, ita expressè in prędicta *Pragma.* cautum est ibi (*quam pœnam remittere, aut perdonare dictus Prorex, neque dicti officiales præsentes, aut futuri nullatenus possint, imò illis prædictam pœnam remittendi, aut perdonandi omnem cum nullitatis decreto abdicamus potestatem, ita quod non obstante illorũ remissione, aut perdonamento, qui præfatum abominabile*

*bile crimen, aut confessi, aut cõuicti fue-
rint post præsentis legis publicationem
commisisse, supradicta pœna subiaceãt)*
de hoc tamen articulo vide *à Peguer.
dec. crim. 39. per totam* vbi defendit,
quod non obstãte tali clausula indul-
6 tatus † non poterit molestari, *Cancer.
varia. resol. lib. 2. cap. 2. nu. 292.* & dixi
infra Cap. 45. nu. 12. in fi.

Prædictam ampliationem amplia,
vt Prorex, aut quicumq. officialis, nõ
solum non poterit indulgere, sed nec
7 commutare pœnam, † ex illis verbis
appositis in Reg. *Prag.* ibi (*absque ve-
nia igne comburatur*) *Foller. in eius cõ-
mento num. 50.* licèt *Bald. in l. data ope-
ra colu. 2. C. qui accusa. non poss.* teneat
contrarium; immò nec affidari, seu
8 guidari † etiam spatio dimidiæ horæ
vt per *tex. d. Pragma.* & voluit *Nell. de
bãnit. 3. par. 2. temp. quæst. 19.* qui hoc
limitat, quando tractaretur de bono
9 pacis, † vel alia vrgẽti causa *Scipio Ro-
uit. in Commen. Pragm. 2. de sodomi. per
tradita per à Peguer. d. dec. 39. num. 11.
& 14.* & dicam alibi latius.

10 Item non admittitur † compositio
*Baiard. ad Clar. in §. fin. quæst. 59. ante
nu. 51.* quæ quidem omnia procedunt
11 etiam in Barone † *Capiblan. de authori.
Baron. pragm. 6. num. 78.* & declarauit
Rex noster per Reg. *Pragm.* in Regno
Neapolitano *in pragm. 3. de sodomia,
& ibi Scipio Rouit.* vbi dat rationem,
quia Princeps potest priuilegium cõ-
cessum circa iurisdictionẽ pro suo ar-
bitrio moderare, & ex causa superare
per supremam authoritatem, quæ cẽ-
setur semper in cõcessionibus reseruata
*Pereg. de iur. fisc. lib. 1. titu. 3. nu. 31. &
75. cum seq. Surd. cons. 152. n. 17. vol. 2.*

Amplia secundo principalem con-
12 clusionem in nefando † cõmisso cum
fœmina *Dec. in l. si qua mulier num. 9.
C. de secund. nupt.* & est cõmunis* opi-
nio vt testatur *Viuii. in commun. opinio.
in ver. Sodomia delictum Clar. in §. So-
domia num. 2.* qui dicit ita iudicatum
Ant. Gomez. super l. 80. Tauri num. 33.
etenim Sodomia cõmittitur tam cũ
masculo, quàm cum fœmina *Cardin.
in Clemen. 2. quæst. 13. de cõsang. & af-
finit. Dec. in l. 1. nu. 9. C. de secun. nupt.
Affl. in cõst. Regni legum asperitate lib.
3. num. 23. Viuii. commun. opin. in verb.
Sodomia delictum Gomez. d. l. 80. Tauri
num. 33. Bermond. in tract. de publi. cõ-
cubin. rubr. de coitu sodomitico num. 3.
vers. peccatum istud & num. 10. Cotta
in memorabil. in verb. Pedicones Plot.
in l. si quando nu. 311. in fi. C. vnde vi,*
& esse veriorem sententiam affirmauit
*Menoch. de arbitr. dicto casu 286. nu. 5.
& in nouissimis addit. nu. 40.* id quod
expressè fuit declaratum per Regem
nostrum *in Pragm. de sodomia*, Et hæc
ampliatio tanto fortius procedit si fœ-
13 mina illa esset eius vxor † *Gomez. in præ-
citato loco*, vbi refert, quemdam in op-
pido Talaueræ combustum fuisse, qa
propriam vxorem cõtra naturam car-
naliter cognouerat, & *Menoch.* nõnul-
la super hoc dicit in prædictis *addit.
num. 41.* Licet quoad pœnam vxoris
varij varia dixerint, vt refert *Baiard.
ad Clar. in d. §. sodomia; & Foller. in cõ-
ment. d. Pragm. nu. 25. cum multis sequ.
Farin. d. q. 148. nu. 35. & 36.*

Amplia tertio in sodomita cõmit-
14 tente † sodomiã cum animalibus bru-
tis, *vt in exod. cap. 20. in cap. reos §. qui
coierit 25. quæst. 5. Roland. à Vall. cons.
7. nu. 1. lib. 1. Clar. in §. fornicatio vers.
cũ animali bruto vbi ex Boe. quæst. 116.
num. 1.* testatur ita fuisse iudicatum in
Curia Burdegalensi. *Petr. de Greg. lib.
36. Syntagm. cap. 14. num. 1.* & Sodo-
mia pessima committitur *Menoch. d.
casu 286. num. 6. & 7. & in addit. nu.
43. & 46.*

15 Amplia quarto in tentante † crimẽ
hoc, licet nõ perfecerit, vel si extra vas
pollutionem commisisset cum puero,
vel muliere vt dictum est, & ad actum

pro-

proximum deueniſſet, quia nefandũ committitur tentando, licet non quo ad pœnam ordinariam, vt dixerunt *Menoch.d.caſu* 286.*num*.7.*verſ.ſed an quis & num.* 16. poſt alios per eum ibi relatos, & melius *in add. nu*.30. *Clar. in d.§.ſodomia num*.8.*vbi Baiard. Foller. in Comment.d. pragm.Afflict. in d. conſt.Regni legum aſperitate,Farina.d. q*.148.*num*.48.

Amplia quinto in eo, qui proprijs
16 manibus ſeipſum polluit, † hic enim ſodomiticum delictum, & nefandum committit,vt dixit *Bermõdus Chouero in d.tract.de publ. concubinarijs Rub. de peccato ſodomitico nu*.14.& veris ſodomitis equiparet *Paulus ad Corinthios prima cap*.6. vbi hos molles appellat dicens (*Nolite errare neque fornicarij, neque idolis ſeruiẽtes, neque molles, neque maſculorum cõcubitores*.Ita & molles ij appellantur *à Diuo Thoma in* 2. 2. *quæſt*. 154. *art*.11. & ſequitur *Menoch.in d.caſu* 286.*in addit.nu*.52.*Farinac.d.q*.148.*nu*.38.

Amplia ſexto in duabus mulieribus inter ſe actum venereum facientibus fricando,& ſe corrumpendo,nam de-
17 lictum contra naturam † naturæ ſexus committunt,quæ eſt vt cum maſculo coeunt *glo. in l. fœdiſſimam C.ad l.Iul. de adult*. & ideo pœna mortis puniri dixerunt *Boer. d.quæſt*.316. *in fin. Gomez.in l*.80.*Tauri nu*.34.*Petr.Gregor. lib*.36.*Syntagm. capit*.14. *num*.2.*Menoch.in add.ad d.Caſ*.286.*de arbit.nu*. 47.*& ſeq*. vbi ſecundũ prædictos hoc
18 intelligit, † quando dictæ mulieres ſimul coeunt non ſimpliciter fricando, ſed imponendo aliquod inſtrumentũ materiale putà ligneum,vel vitreum, & ideo nefandum crimen committere dicuntur,*Farin.in loco citato nu*.40.

Amplia ſeptimo in homicidio, & alio delicto commiſſo ex cauſa nefandi, vt bis iudicauimus contra Nuntiũ la Giglia,pro quo faciunt not.p *D.de Ponte in tract. de poteſt. Proreg.titu. de proniſ.fier.ſolut*.§.2.*num*.16.

Limita prædictam concluſionem non procedere in præſtantibus opem
19 †ſodomitis in hoc vitio,putà domum commodando,vel recipientes pretiũ, quia iſti licet debeant puniri,& grauiter,vt dixit *Affl.in d.conſt.legum aſperitate in vlt.col. Foller.in d.commen.nu*. 58. quinimo,& ad pœnam mortis,vt fuiſſe iudicatũ teſtatur *Caball. reſolut. crimin.caſ*.16. tamen nõ comprehendũtur ſub ſtatuto puniente nefandũ, & hoc eſt clarum,& idem dicẽdum in officialibus diſſimulantibus tale delictum, qui ex prædicta Reg. *Pragmat*. puniuntur, & in Regno Neapolitano eſt impoſita eadem pœna,vt in *pragm*.1.*tit.de Sodomia*,licèt ſit neceſſe, quod eis fuerit denũtiatum ſecundũ *Foller.in d.comment.num*.46.

TEXTVS.

Vſum venereum cum ſantimoniali clauſtrata, & intra monaſterium degente.

SVMMARIVM.

1 *Cognoſcẽs monialem clauſtratam an ſacrilegium committat.*
Item inceſtum num.2.
Item adulterium num. 4.
Item ſtuprum num. 5.
3 *Inceſtum committitur cum affine.*
6 *Statutum puniens cognoſcẽtem nuptam procedit in cognoſcente monialem.*
7 *Cognoſcens monialem grauiſſimum delictum committit.*
8 *Violatores monialium dicũtur ſacrilegi.*
9 *Moniales apud antiquos venerata.*
10 *Tranſactio in hoc crimine non valet.*
11 *Monialem non conſecratam cognoſcens non gaudet indulto.*

Amplia

Amplia in moniali professa num.12.
Amplia in raptu, num.14.
Amplia in simplici osculo, num.13.
15 *Raptus monialis est grauior eius violatione.*
16 *Raptus monialis non cõprehenditur sub indulto.*
17 *Conatus punitur in raptu monialium.*

CAP. XXXII.



PLVRA, & enormia crimina committere dicitur, q
1 in delictum † hoc atrocissimũ incurrit,& primò sacrilegiũ cognoscẽdo carnaliter monialẽ professam, & violãdo virginitatem Deo dicatã ita *glo. in c.virginibus 27.q.1.* ex illo *tex. Farinac.q.145.§.Sacrilegium per totam,* vbi multa in materia addit. Secundo
2 committit incestum,†quia est sponsa Dei,qui pater noster est *cap.qui abstulerit 12.q.2.*& incestus † committitur
3 cum affine sicut cum consanguinea *cap.de incestis 35.q.3.*
4 Tertio adulterium†cõmittit ea ratione,quia cũ sponsa Christi,& adulterium cõmittere dicitur is, qui cum spõsa alterius miscet ita notant *Doct.*
* oẽs* cõmuniter *in d.c.virginibus 27.q.1.Abb.ĩ c.monasteria de vit.& hone. cleri.& in c.At si clerici de Iudic. Dec. cõs.611.n.2.Vtus.dec.314.nu.19.latè Ghirland.in tracta.de pan.omnifariam coitus quast.1.n.10.& seq.* vbi addit
5 quartũ delictum, videlicet stuprũ † & singula probat,quæ adeo vera sunt vt
6 statutum † puniens aliqua grauissima pena cognoscentẽ nuptã,habebit locũ ẽt in cognoscente monialẽ vt consuluit *Dionis.Perus.*quem refert,& sequitũ *Soc.sen.in c.qualiter & quando il. 2.in 8.p.princ.q.7.n.110.vers.septimo quaro pone de accusat.Fel.in c.non satis nu.4.de simo.*& hãc esse cõmun.* opi. dicit *Hyppol.sing.215.vers.& teneat menti.quod adeo est verũ, Decia.tract. cri.lib.6.cap.20.num.1.& 2.*subdens
7 quod hoc delictũ † cæteris carnalibus est detestabilius vt not. *in cap.adulterij 32.q.7.* ideo violatores † moniali
8 ũ sacrilegi dicuntur, eosq. filios perditionis *Apostolus* appellat,& templum Dei violãt, vt habetur *ex Cõcilio Arelatensi in cap.sciendum est 27 quast.1.* & vt inquit *tex.in cap.decreuimus 28. distin.*cum ipse virgines templũ sint, & vasa domini, & sacrarium Spiritus sancti, indignũ est eas cubilibus immũditijs deseruire, quinimo nõ tantũ corpus suũ, quod templũ Dei effectũ polluit,sed ẽt illud quod dicitur,quia oĩs ecclesia corpus Christi est, & in omnẽ ecclesiam videtur delinquere, qui corpus suum maculat, nam per vnũ membrũ macula in omne corpus diffunditur *c.sed & illud 26.q.2.* Hinc
9 est quod istæ moniales, † quæ apud antiquos vestales dicebanẽ, qui Deũ nõ cognoscebant maximo cũ honore habitæ erant, & in periculis maximis vitæ delictisq. deprecãdis vestales adhibere solebãt,quarũ reuerentię putabant oĩa concedi debere, vt ex multis Historiografis refert *Decia.in pradicto loco,*& ideo ob huius criminis atrocitatẽ seuissima mortis pęna, tam apud ethnicos castigabanẽ,quàm ẽt hodie ex cõstitutionibus nostris puniunẽ,vt refert *Menoc.de arb.Iud.casu 398.nu. 26.Decia.in p̃dicto loco,Clar.in §.Fornicatio,& ibi Baiard.& ĩ §.stuprũ nu. 4.*& in Regno habemus *cõst.si qs rapere sub tit.de rap.& viol.monial.illat.* vbi pęnã mortis imponit cognoscentibus carnaliter monialẽ, & plura ibi adducit *Affl.*adeo ꝙ trãsactio†in hoc crimine non valet,quia cũ sit offensus sponsus, idest Deus, requiritur pax à Põtifice, qui illũ in terris repręsentat *Boer. dec.91.n.3.Bal.& Sal.in l.vnica*

T C.de

C.de rap.virgin.Io.de Anani.in cap.1.
col.1.de rap.virgin.Decian.d.lib.6.cap.
20. num.7. qui ſubdit, quod etiam ſi
eſſet ſacta non valeret, quod tãto for-
tiùs procedit, nam ſi eſſemus in ſim-
plici adulterio, de eo Princeps ſecula-
ris gratiam facere non poſſet, vt dixit
Franc.Marc.deciſ.152.nu.7.par.2. &
prædictis ex cauſis motus, Rex no-
ſter delictum hoc excepit ab eius In-
dulgentia, quibusadde Azened.l.6.n.
51. cum ſeq. tit.20.lib.8.

Amplia prædictam concluſionem
procedere etiam, quod talis monialis
11 †non eſſet cõſecrata vt expreſsè dixit
text. hic, ſufficit enim, quod ſit clau-
ſtrata intra monaſterium, & profeſſa
iam dicitur Deo dicata, licet nõdum
ſit conſecrata, & dicitur verè monia-
lis, neque poteſt monaſterium exire
cap.ſuper eo de reg. iur. & clemen.1.eo.
tit.Decian.tract.crim.lib.8.cap.11.nu.
12.in 2.par.

12 Amplia ſecundo in moniali cõuer-
ſa, † quia tales faciunt profeſſionem,
& ſunt veræ religioſæ, & habẽt requi-
ſita ſtatuti noſtri, nempè profeſſionẽ,
& clauſuram, & licet de iure non ſit
eadem pęna ſtatuta cognoſcenti præ-
dictas conuerſas, vt conſuluit Fider.
de Sen.conſ.213.tamen negãdum mi-
nimè erit, quòd vt plurimum iſtæ mo
niales cõuerſæ ſint virgines, & omnes
faciunt profeſſionem, & promittunt
clauſuram, & ideo militat eodem ra-
tio, prout hoc intelligendum eſſe
arbitror.

Amplia tertio, vt dicatur excluſus
à præſenti indulgentia nõ ſolum, qui
carnaliter cognouerit monialem clau
ſtratam, ſed ſetiam ſi eam ſimpliciter
13 oſculatus † fuerit, quia vſus venereus
verificatur etiam in oſculo, cum ſit
actus carnis, & caro corrupta Neapol.
in conſuet.incip.quartat autem in ver.à
quodam viro ſuo col.44.verſ.item indu-
cunt.Vincen.de Franc.dec.503. & dec.
333. vbi refert in Regno illo pænam
oſculi eſſe mortis naturalis, & ita fuiſ
ſe ſeruatum aliàs, idem ſequitur Vinc.
deciſ.117.per totam, tamen ſuper hoc
cogita, quia nõ credo prędictam am-
pliationẽ procedere poſſe in præſenti
decreto, cũ vt aliàs diximus in exce-
ptis ſit odioſũ, & ideo non extenden-
dum, & licet in Regno Neapolitano
pęna ſit mortis, attñ eius pęna de iure
eſt arbitraria vt dixerunt Affl. in cõſt.
ſi quis non dicam rapere n.8.Decia. lib.
6.tit.20. num.16. idem Afflict. & alij
relati per Vinc. d. deciſ.117.

Amplia quarto prędictã cõcluſio-
nẽ, ſi cũ vſu venereo interuenerit rap-
14 tus†ipſius monialis ab ipſo monaſte-
rio, eo q̃d ẽ caſu penitus erit excluſus
15 à p̃ſẽti beneficio, cũ raptꝰ ſit grauior,
q̃ ſimplex vſus venereus cũ ipſa mo-
niali Marſil.in l.1.n.38.C.de rapt.vir-
16 gin.Decia.in praalle.n.8.† imò raptus
monialis ſolus de per ſe nõ cõprehen-
ditur ſub diſpoſitione huius Decreti,
vt in ſtatutis dixit Bald. in d. l.1.C.de
rapt.virg.& in 2.not.ſubdit, qđ ſolus
Põtifex poteſt remittere talẽ iniuriã,
& ſequit̃ ibi Sal.in 2.not.Marſil.in d.l.
1.n.39.& Decia.tract.crim.tit.de pan.
rap.lib.8.c.11.n.5. Hinc eſt, qđ cona-
17 tus†tantũ punit̃ in raptu moniali ũ, vt
eſt tex.in l.ſi qs non dicã rapere, ſed at-
tentare C.de epiſc.& cler.c.ſi qs nõ dicã
de paniten.diſt.1.Bal.in l.nõ ideo minus
nu.10.C.de accuſa.ẽt ſi conatus in ali-
quo eſſet remotus a facto idẽ Bal.in l.
3.n.3.C.de ſeru.fug.Marſi.in l.q falsã
n.14.ff. de falſ.Menoc.de arb. Iud.caſu
292.ĩ add.n.35.Conar.in rep.cle.ſi fu-
rioſus ĩ 2.p.in princ.n.8.verſ.ſed in ra-
ptu alicuius monialis de homic.& ꝑpea
cũ in p̃ſenti Decreto excipiat̃ vſus ve-
nereꝰ, & violatio monialis, multo for
tius cẽſet̃ exceptꝰ ipſius raptus, cũ ſit
grauior vt dixi. Nec obſtat dicere, qđ
in criminibus exceptis in hoc decreto
nõ dẽt fieri extẽtio, q̃ p̃dicta per me
fir-

firmata non procedunt per viam extensionis, sed comprehensionis ex grauitate delicti, vt not. *Vinc. de Franc. dec.* 142. *nu.* 5. & aliàs per Regem nostrum Philippum II. felicissimæ memoriæ in omnibus Indultis cõsueuerat expresse Raptus monialis exceptuari, & ita fuit declaratum in Sacro Consilio de anno 1588.

T E X T V S.

Spoliatores viatorum, seu dirobatores stratarum, captiuantes personas, vel eas componentes, vel componere tentantes in quocumque loco, tã habitato, quàm in campis, piratas, eorum receptatores, & auxiliatores.

S V M M A R I V M.

1 *Spoliatores viatorum dicuntur latrones publici.*

2 *Latrones puniuntur pœna mortis naturalis in Regno, intellige vt ibi.*

3 *Latrones publici non gaudent immunitate Ecclesiastica.*

4 *Spoliatores viatorũ, & dirobatores stratarum non gaudent Indulto generali.*

Amplia siuè intra Vrbem, siuè extra in campis num. 5.

Amplia, vt nec admittantur ad compositionem num. 6.

Amplia si semel tantum spoliassent viatores num. 7.

Amplia si vias non frequentatas insidiauerint num. 8.

9 *Captiuantes personas sunt exclusi à beneficio indulti. Idem in componentibus, seu componere tentantibus ibidem, & qui dicantur isti de iure.*

Et an procedat in eorum auxiliatoribus numero. 13.

Pirata nõ gaudet indulto, & q dicatur. Nec immunitate ecclesiastica num. 11.

Amplia in eorum receptatoribus, & auxiliatoribus num. 12.

C A P. XXXIII.



1 Isti spoliatores viatorum, seu dirobatores stratarũ † dicũtur latrones publici, & grassatores *l. capitaliũ* §. *famosos*, & §. *grassatores ff. de pæn. Salic. in l. fin. col.* 2. *C. de accusat. Abb. Fel. & alij in cap. inter alia de immuni. ecclesiast. Ioan. Vtsch in tract. de immuni. eccles. nu.* 19. & 20. *Muscatell. in pract. crim. tit. de fur. & rap. num.* 15. & *seq.* vbi multa refert, *Gram. cons.* 37. *nu.* 14. *in fin. & cons.* 59. *nu.* 4. & eorum

2 pœna † in Regno est mortis naturalis, etiam quod furtum sit minimum, dũmodo sit cõmissũ cũ violentia, & eorũ cadauera postquã laqueo suspenduntur in quatuor partes diuiduntur, & singulæ partes diuersis in locis appẽduntur, & præsertim vbi grassari consueuerũt, & ita ego iudicaui, & seruatur quotidie p M.R.C. & adeo odiosi sũt, & omnibus dãnosi, quod vt refert *Hostien. in summa de senten. excomm.* ter in anno à Papa sollemniter excõmunicantur; sequitur *Barbas. in capit. cum sit generale nu.* 240. *de foro compe.* & possunt ab ecclesia extrai, quia non

3 gaudent eius immunitate † *cap. sicut antiquitus* 17. *q.* 4. *Franc. Marc. decis.* 989. *nu.* 3. *col.* 2. *tom.* 2. *Doct. d. cap. inter alia*; latè multa proferendo cõtra istos lattrones dixit *Decia. trac. crim. lib.* 6. *c.* 28. *num.* 2. & *seq.* & *cap.* 75. *lib.* 9. *vers. totum velu.* 2. & ideo sicut ob criminis atrocitatem excipiuntur ab immunitate ecclesiastica, eademmet causa

4 sunt priuati † à Rege nostro bene-

ficio præsentis Decreti, & facit quia hoc delictũ ob pacis violationem est de regalibus,& exceptis *Bellug. i Spec. Principum rub.* 38. §. *conqueruntur*.

Amplia prædictam conclusionẽ,si-
5 ue spoliassent viatores † extra Vrbem in campis,siue intra Vrbem, ita dicit *Decia.in loco præallegato,num.* 2. *vol.* 2. *vers. Cum igitur hoc genus hominum,& in vers. Item & secundo extendenda*,& ita pluries iudicaui.

Amplia secundo, vt nec etiã ad cõ-
6 positionem admittantur isti latrones stratarum, vt dixit *Baiard. ad Clar. in* §.*fi.q.*59.*sub nu.*55.*Ioa. Anto. de Nigr. in c.Regni* 243.*incip.de peruerso*, *nu.*6. *Capibl.de Baro.& eor.offic.prag.* 6. *nu.* 29. *Muscatel.in pract.tit.de fur. & rap. rub.de priuileg.prædictorum,nu.*50.*fol. mihi* 173. Sed hoc procedit in Regno Neapolitano ex quodam speciali statuto,vt ibi per eos,& appellatione dirubatotum stratarum, veniunt etiam dirubantes in mari, secundum *Vinc. de Franc.dec.* 142.

Amplia tertio prędictã cõclusionẽ,
7 etiã si hmõi latrones semel, vel bis tãtum spoliassent viatores in strata publica,seu priuata, quia licet de iure latro public⁹ nõ dicatũ,si pluries hoc crimen non commiserit, *ad text.in dict.l. capitalium*, §. *grassatores*, *ff. de pœn*. ibi (*vtiq. si sæpius,atq. in itineribus hoc admiserunt*) & tenet *Ang.in cons.*403.*incip.formata fuit in princ. Fulgos.consil.* 157.*nu.*3.*Decia.tract.crim.lib.*6.*c.*27. *nu.*2. *Peguer. dec.*40. *nu.*4. vbi ex hoc inferũt,quod ille,qui nõ est solitus furari non põt ab ecclesia extrahi, & per cõsequẽs gaudet immunitate ecclesiastica,& ita iudicatũ fuisse refert *Peguer*, tamen quidquid sit de iure, secũdũ ter minos Decreti nostri,ẽt,qđ semel hoc delictum commiserint sunt exclusi ab eius beneficio, quia textus noster simpliciter eos excipit ibi (*spoliatores viatorum,& dirubatores stratarum*)& prędicta allegata per *Doctor*. procedunt ad hoc, vt aliquis dicatur publicus latro,& grassator, & ideo sufficit, quod semel tantum spoliassent, item & ob atrocitatẽ delicti, quod tñ licet sit minus secundum prædictos Doct.nõ per hoc negari potest, quin sit graue delictum exceptum à pręsenti Decreto,itẽ & hoc procedit ratione loci,& non ratione frequẽtię ipsius delicti, atrocitas enim consideratur, quia vias obsidẽt, & insidijs viatores depredantur, & in Regno ita fuit semper iudicatum,tãto fortius, qđ ex forma Pragmaticę puniuntur pœna mortis etiam quod semel,tantum tale delictum cõmiserint, & ita ego pluries iudicaui, licet in M. Curia aliter seruatum, & iudicatũ viderim in eo, qui semel tantum viatores spoliauerit.

Amplia quarto,etiam si tales dirobatores stratarum vias nõ frequẽtatas
8 insidiauerint, & ibi eius viatores spoliauerint, quia text. hic loquitur generaliter ibi (stratarum) & ideo generaliter debet intelligi, qđ est cõforme dispositioni iuris,ad tex.ĩ d. §. *grassatores* ibi (*in itineribus*) & licet de iure adhoc vt aliquis dicatur publicus latro, requirat̃ quod vias frequentatas obsederit, vt voluit tex. expressus *in l.* 1.*C.quand.lice.vnicuique si.iud.vendi.* ibi (*aut itinera frequentata insidijs aggressionis obsederit*) *Igne.in l.*3. §. *subueretur,nu*107.*in fi.ff. ad Sylla. & n.* 117.vbi asserit hãc esse communẽ opinionem,& eã tenuisse totã Cano. ceteruam, *Remig. de immun. eccles. in* 2. *fallen.Clar.in* §.*fi.q.*30.*ver. quare nũquid Oldra.cons.*154.*num.*4. *Decian. in loco præallegato*, verum vt dixi *in præcedenti amplia*. hæc procedũt in statuto mentionem faciente de publico latrone,quod non verificatur, nisi in eo qui frequentatas vias insidiauerit, sed in terminis Decreti nostri, dum excipit dirobatores stratarũ loquitur simplici-

pliciter, & interpretationem recipit à statutis regni, quibus siue frequẽtatę, siue insuetæ fuerint stratæ, puniuntur huiusmodi delinquentes pœna capitis, & in Regno de hoc numquam fuit dubitatum, nisi tamen spoliare attentauerit tantum, vt in Mag. C. iudicauimus pro Nicolao Bonauolto de anno 1607. nam tex. loquitur de spoliãtibus cum effectu.

9 Amplia quinto à præsenti beneficio exclusos esse captiuãtes † personas, & eas componentes, vel componere tentantes in quocumq. loco, tàm habitato, quàm in campis, ita expressè dixit text. hic, & de iure isti prędones dicuntur *l. mulier, & l. hostes, ff. de cap. & post li. reue. l. hostes, ff. de verb. signif. & in l. 1. ff. de leg. 3. l. si pater qua est penul. §. vlt. ff. de donat.* immo in Regno tales sunt rebelles, vt disponit reg. *Prag. vlt. edita de anno* 1571. *in* 2. *tom. reg. Pragmat.*

10 Amplia quinto ĩ piratis, vt dixit tex. hic, & isti sunt, qui in mari depredantur, secũdum *tex. in d. auth. sed nouo iure, C. de seru. fugit.* & publicis latronibus ęquiparantur *Auth. nauigia, C. de fur. l. in rebus, ff. de commod. Ias. in §. rursus, nu. 46. instit. de actio. latè Vinc. de Franc. in dec. 142. & Decia. tractat. crim. lib. 6. tit. de casib. qui delit. & can. cap. 28. num. 2. & lib. 9. cap. 29. tom. 2.*

11 vbi hos piratas † exclusos esse à beneficio immunitatis ecclesiasticæ asserit, & multa contra istos piratas adducit.

Subamplia hanc pręcedentem ampliationem, vt non solum piratæ, sed

12 eorum receptatores, † & auxiliatores sunt exclusi ab hoc Indulto, vt determinat tex. noster hic, & in Regno isti puniuntur grauissimis pœnis, *tomo 1. pragm. tit. de pan. cler. & laic. recept.*

13 *banni.* & licet aliàs fuerit † in M. R. C. dubitatum, an ista exceptio auxiliatorum, & receptatorum se extendat etiã ad spoliatores viatorum, captiuantes, & componẽtes, vt eorũ receptatores, & auxiliatores sint excepti, & vt audio hoc non fuerit ibi determinatum, ego credo quod licet tales grauissimis pęnis in Regno puniantur ex *pragm.* dispositio. nihilominus prędicta clausula eos non comprehendit, quia referẽ ad proxima præcedẽtia, & ita fuit determinatum in Sacro Consilio de anno 1588. nam exceptuando crimina atrociora, in piratis tantũ excepti fuerunt eorum auxiliatores, & receptatores, & non in grassatoribus captiuãtibus, & componentibus, & vna lex per aliam recipit interpretationem; Item si hoc esset, vtique ad omnes casus exceptos præcedentes extenderetur, qđ non est verum, & secundum prædicta iudicauimus in Magna Curia pro Erasmo Miuccio de mense Octobris 1607.

T E X T V S.

Adulterantes sigillum Principis, aut cuiuscumque Regij Tribunalis.


S V M M A R I V M.

1 *Sigillantes literas alieno sigillo crimen falsi committunt, quid in sigillo Regis, nu. 2.*

3 *Crimen falsi non comprehenditur sub indulto generali, idem in falsificante sigillum Principis ibidem.*

4 *Adulterans sigillum Principis non gaudet indulto.*

Amplia in sigillo cuiuscumq. Regij Tribunalis ibidem.



CAP.

*d.conf.*71.*Boff.de homicid.nu.*14.adeo quod crimen deteſtabile dixit *Rolan. à Valle conſ.7.num.*41.*vol.*1. imò, & execrabile, & deteſtandum, *idem Rol. conſ.*12.*num.*71.*vol.*3. Hinc eſt quod
3 eius pæna † de iure eſt pæna mortis *l.*1. *&* 3.*ff. ad l. Cornel. de ſicar.* maximè quãdo eſt ſequuta mors, (vt ex communi* teſtatur *Plat. epith. delicto. lib.* 1.*cap.*20.*poſt.num.*1.*Clar.in* §. *Homicidium num.*11.vbi dicit, quod de hoc non eſt dubitandum, & dicunt *Doct.* quod ob atrocitatem huius criminis
4 punitur conatus, † licet non ſequatur effectus *gloſ. in l.*1.§. *has autem verba in verb. putamus ff. quod quiſque iur.* & eſt communis* opinio ſecũdum *Clar. in pract.*§. *fi.quaeſt.*92.*verſ. ſcias tamẽ cum alijs ibi per eum relatis*, *Boff. de homicid. num.*11.*Gramm.d.conſ.*36.*& in dec.*2.*Viui.d. deciſ.*487.*nu.*6. *Decian. tract.crim. lib.*9.*c.*23.*n.*3. & ibi plenè
5 animò tales † veneficos excluſos eſſe à beneficio immunitatis eccleſiæ dixerunt *Io.de Anani. in cap.*1.*de homic. in* 6. *Boer. deciſ.* 109. *num.* 5. *Decian. tractat.crim.rubr. de atrocita. veneſis.*
6 *num.*4.& ob id Rex † noſter Catholicus tam atrociſſimum crimen à præſenti decreto excluſum eſſe voluit, vt dixit *tex.*hic.

Amplia prædictam exceptionem
7 in deferente † venenum, quia tenetur, ac ſi porrexiſſet ad *text. in l.*1.*ff. ad l. l. Cornel. de Sicar. & in l.* 1. *in fin. vbi Bart.ff. ad l. Pompe. de parricid. Ang. de malef. verb. & ex interuallo dictus Titius*, *Ioan.Fab.in* §.*alia inſti. de publi. Iudic. Salic. in l.*1.*C.de maleſic. & & Mathema.Vulpel. conſ.*145 *Viui.d. deciſ.*487.*num.*9.
8 Amplia ſecundo in eo, † qui Sacerdoti celebranti in calice Sacro, in quo Sanctiſſimus ſanguis Saluatoris conſecratur, venenum miſceatur, is enim erit excluſus à beneficio præſẽtis Decreti; quæ enim condigna pœna poterit tanto ſceleri, ac tàm perditis hominibus, qui cũ ipſo vitæ æternæ poculo ſaluberrimo temporalem miſcẽt interitum, & cum ipſo redemptoris ſanguine prætioſiſſimo, quo cunctorum animę redemptæ sũt, necem corporum inuoluunt, ita exclamat & refert ſuis temporibus contigiſſe *Bernard.Diaz. in pract. crim. ſub rubr. de veneſic.quaeſt.*89.*Decian.vbi ſuprà nu.* 13. & non ſunt multi dies caſus accidit in hoc Regno, & cauſa pendet in M.R.C. cauſarum criminalium.

Amplia tertio, in eo qui vt homi-
9 nem occideret venenũ conſecerit † ad tex. *in l.*1.*ff.ad l.Corn. de Sicar. Decia. tract.crim.lib.*9.*cap.*21.*in princ.Cepol. conſ.*5.*num.*30.

Intellige modo prædictam cõcluſionem ſupra firmatam cum præce-
10 dentibus ampliationibus, ſi mors † ſequuta fuerit ex veneno, ita diſpoſuit *tex.* noſter hic, Et ideò licet ſecũdum magis communem* *Doct.*opinionem, ſi mors ſequuta non fuerit, pœna erit extraordinaria vt tradunt *Menoch. de arbit.caſ.*360.*nu.*46.*Boff.de Homicid. num.* 13. ſubdens ita fuiſſe iudicatũ in Senatu Mediolanenſi, *Batard. ad Clar.in* §.*Homicidium nu.*26.*cum ſeq.* verum in caſu Decreti noſtri, quando mors ſequuta nõ fuerit, veneficus poterit gaudere præsẽti gratia, qđ nota, quia non ſemper Rex noſter conſueuit hoc concedere cum hac clauſula, ſed ſimpliciter in gratijs generalibus excipit propinationem veneni, proût diſpoſitum fuit in Indulto conceſſo de anno 1572.& benè, quia negari nõ poteſt delictum eſſe proditorium, & atrociſſimum, & ita ego ſemper conſulerem Principem in hoc crimine.

TEX-

TEXTVS.

Cædem officialis Regalis.

SVMMARIVM.

1 *Officialem offendens grauiter punitur.*
2 *Magistratibus maximus honor debetur, & quarè.*
3 *Officialis condemnatus non potest amplius ad officia concurrere.*
4 *Iniuria facta officiali censetur facta ipsi Regi.*
5 *Crimen cadis in personam officialis Regalis est exclusum ab Indulto.*
6 *Verbum (eadem) qualiter intelligatur.*
7 *(Cades) verbum in Indulto capitur pro Homicidio.*
8 *Occidens officialem Regalem nō gaudet Indulto.*
Amplia in officiali, qui stat in syndicatu num. 9.
Item in officiali, qui post finitum officiū colligebat sarcinulas, vt recederet numer. 10.
Item in eo, qui post finitum officium occisus fuit contemplat ione officij num. 11. & Intellige vt ibi.
Item in officiali non habente annexam dignitatem num. 12.
Item in officiali Baronis habentis iurisdictionem, & merum, & mixtū Imperium num. 13. Contra num. 17.
Item in Marchione, Comite, vel Barone, qui officiales sunt. num. 18.
Item in officiali electo ab vniuersitate numer. 19.
15 *Statutum loquens de officiali Regio habet locum in officiali Baronis.*
15 *Contumax Baronis dicitur contumax Regis.*
16 *Fiscus Baronis dicitur Fiscus Regius.*
20 *Officiales iurisdictionem non habentes gaudent Indulto generali.*
21 *Homicidium commissum in officialem ex odio particulari comprahenditur sub Indulto. Et quid si esset dubiū n. 22.*
23 *Occidens eum, qui fuit electus officialis, sed non cœperat aministrare gaudet Indulto.*

CAPVT XXXVI.

1 Ffendens officialē † atrocissimum committit delictum, adeò quòd atrociter puniendum esse ait *tex. in l. Prator §. vlti. ff. de iniur. Salic. in l. non ideo minus ff. de accusat. Doct. in cap. cum illorum de senten. excommu. Franc. Marc. quaest. 34. p. 2. Menoch. de arbitra. casu 263. nu. 5. & sequ. lib. 2. Farinac. de delict. & pan. q. 17. n. 37.* & ratio est, quia magistrati-
2 bus † propter præcipuam, quam habent gubernandæ republicæ curam maximus semper honor haberi consueuit, vt ait iureconsultus *in l. semper ff. de iur. immunit.* dū præcipit Imperator honorē iudicibus impēdi, quod etiā mandat summus Pontifex *in cap. vt debitus de appelat.* & facit *tex. in l. 3. §. 1.* ibi (*iure honoris*) *ff. quod met. caus. & in l. 1.* ibi (*indicium dignitatis tuenda. & decoris causa*) *& in l. obseruandum in fin. ff. de offic. Praes.* vbi Iudex ita ius reddere debet, vt authoritatem dignitatis suæ ingenio suo augeat, & *in l. vlti. in princip.* ibi (*omnem honorem saluum iudicibus reseruantes*) *C. quand. prouoc. nō est necess. & in l. cui muneris ff. de muner. & honor.* & faciūt ad hoc multa alia iura, quę allegat *Tiraquel. in tract. de Nobilita. cap. 28. nu. 3.* vbi infert iudicandi muuus honorē esse, & ideo amotū à Senatu propter turpitudinem vitę, iudicandi authoritatem perdere, nam cum iudicandi munus honor sit vt dixi, reatus omnē honorem excludit *l. 1. C. vbi Senat. vel Cla. cum simil. Matthesil. sing. 83. Clar. in prac. §. fi. quaest. 73.* & in Regno habemus

bemus *capit. Ferdinandi Regis* 118.
3 volentem officialem † pro quacumq. causa etiam minima condemnatum, ad illa amplius concurrere non posse, & ideo ob dignitatem, & honorem debitum officialibus, scribit *Cicero* 3. *de legib.* Charondam in suis quoque legibus hanc sanciuisse, vt ciues obtemperẽt, obediantque Magistratibus, atque etiam eos colant, diligantque, & *Plato* eòs è genere Titanum statuit, quod vt illi celestibus, sic hi aduersantur magistratibus, & multa alia de his notant *Tiraquell. in loco praallegato, & Plaz. epith. delicto. capit.* 6. *num.* 3. *& sequen.* vnde iniu-
4 ria † & offensio facta officiali regio, ipsi Regi facta dicitur vt dixit *Lacell. Corr. in templ. omni. Iud. lib.* 1. *cap.* 1. *titu. de Imperat.* §. 4. *versic. obedire & omnes debent num.* 10. quia in quolibet officiali, seu magistratu repræsentatur persona Regis, sicut persona domini in seruo *l. si Pamphilo ff. de op-*
5 *tio. leg.* merito Rex † noster Catholicus præsens delictum commissum in personam eius officialis à pręsenti decreto exclusum esse voluit.

Nota primo, quod hoc verbum
6 (cædem) † appositum in præsenti decreto multipliciter declarat, aliquando enim, & primo significat verberare vt dixit *tex. in cap. nullus clericorum* 17. *quast.* 4. Item & secundo vulnerare animo occidendi *l. cedere ff. arb. fur. caesa.* Item & dare alapam *Alber. in dictio. in verb. cedes ex dicto Ioan. cap.* 18. Dum Dominus noster Iesus Christus habuit alapam ab illo Pontificis ministro, cui respondidit, si malè loquutus sum, testimónium perhibe de malo, si autem benè, quid me cedis, Item verberare cum dolore *l. lex cornelia* §. *apparet il primo ff. de iniur.* Postremò etiam significat homicidium, vt intelligit *text. in l. quoniam C. ad l. Iul. de vi publi. & text. in l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil.* vbi probatur, quod homicidium dicitur, quasi hominis cædes, seu occisio *capitul. cum homo vbi Archid.* 23. *quast.* 5. *Abb. in capit. sicut de homicid.* Vnde *Ouid.*

Infalix cadis imago.

Carrer. in pract. in titul. de homicid. num. 2. subdens, quòd hoc verbum (*cades*) est generale, & comprehendit quomodocumque homo occidatur, & sic cædes generaliter sumatur pro quacumque occisione, vt siue veneno, seu alijs modis, de quibus *in l.* 1. *ff. ad l. Cornel. de Sicar.* semper homicidium dicitur *l.* 1. §. *occisorum ff. ad Sillani. & in l. qua actione* §. *occisum ff. ad l. Aquil.* cum alijs traditis per *Decian. in tractat. crimin. lib.* 9. *capitul.* 18. *num.* 1. *&* 3. & multa ponit *Muscatell. in sua praxi crim. titul. de homicid. simplic. nume.* 2. *fol.*
7 *mihi* 76. & ita fuit interpretatum in † hoc Regno per Sacrum Consilium in Indulto generali concesso de anno 1587. & alio de anno 1589. hoc est pro homicidio tàm accidentali, quàm appostato, & vna lex per aliã declaratur, & interpretationem accipit *l. vtrum vbi Bald. Bart. & Angel. ff. de petit. hared. Bald. in capitul. secundo requiris colum. vltim. de appella.* eoq. pertinet, Indultũ hoc, quod excipiẽs delictum exceptũ per alia Indulta olim concessa, licet generaliter loquatur, debet intelligi, & declarari secundum prædicta Indulta *ad text. in authenti. offeratur C. de lit. contesta.* vbi noua lex distinguitur per textum antiquum *l. sciendum ff. qui satisd. cogan. Andr. in capitul. Imperialem colum.* 3. *de prohibit. feud. alienatio. per Federic. & dicit Bartol. in l. sed & possessiones ff. de legat. per illum text.* quod si præcedit statutum, quòd furtum de

 nocte

nocte commissum emẽdetur per custodes loci, & sequitur aliud dicens, quod si furtum est commissum de nocte, & non reperitur fur, & quod emendetur per omnes de ciuitate, vltimum statutum intelligitur secundum primum scilicet, quod emendetur p omnes custodes ciuitatis, quia speciei per genus non derogatur ita *Io. Anto. Lanar. in cons. 43. num. 26.* & sic quia hoc Indultum excipit cędem officialis regalis, debet intelligi secundum alia Indulta, hoc est de homicidio appostato, vel accidentali commisso in personam regalis officialis, prout pluries fuit iudicatũ in M. R. C. causarum criminalium. Et ideo licet dans alapam, vel aliter percutiens officialem puniatur pæna mortis, vt post alios refert *Farinac. de delict. & pæn. quæst. 17. num. 36.* tamen non erit exclusus à præsenti beneficio gratioso per prædicta, vnde remanet firma
8 conclusio, vt occidens † officialem regalem non gaudeat hoc Indulto.

Amplia prædictam conclusionem non solum in officiali, qui actu offi-
9 cium administrat, sed etiam in eo † q post finitum officium stat in sindicatu vt dixit *glos. in §. illud in verb. mortis in Auth. vt Iud. sine quo suffrag. colla. 2. & voluit Bald. in l. obseruare §. proficisci quæst. 7. ff. de offic. procons. & in tract. de sindica. num. 36. Paris. de Pute. de sindicat. in verb. An si potestas num. 16. fol. mihi 24. & verb. officialis durãte officio vers. Statutum puniens fol. mihi 120. à tergò Ias. in l. principalibus num. 4. ff. si cer. peta. & in l. si ita stipulatus §. Chrisogonus in 5. notab. ff. de verbor. obligat. August. ad Angel. de malefic. in verb. Caium Sempronij in fin. vers. & diligenter, Marsil. sing. 176. incip. viget statutum num. 3. Catald. de sindicat. sub num. 15. Guid. Pap. quæst. 557. Plaz. epitho. delicto capit. 6. num. 5. Tiraquell. de Nobilita. cap. 28. num. 7. in tractat. cessant. caus. limit. 15. num. 9. fol. mihi 156. Bonacos. quæst. crimin. verb. offensio versic. statutum quòd punit offendentes officiales, & in commun. opin. verb. iniuriam inferens officiali Brun. de statu. & consuetud. in verb. offendo in fin. vers. Afflict. in constit. cos tamen in 2. nota. lib. 3. Cotta. in memora. in verb. Dignitas in princip. in versicul. Potestas, Arnon. singul. 13. Marant. in disputa. 3. colum. 7. Vinc. decis. 46. num. 9. Clar. in practi. §. final. quæst. 68. versic. iniuriam faciens, & ibi Baiard. num. 55. Farinac. de delict. & pæn. quæst. 17. num. 38. versic. contrariam tamen, Menoch. de arbitr. Iud. casu 263. num. 9. versic. Quaquidem*, & in terminis indulgentiæ voluit *Vincen. de Franch. in decis. 403. num. 1.* vbi hoc absolutum esse in Sacro illo Cõsilio refert, *& decis. 713. num. 6.* subdens ita fuisse iudicatum, *Caball. resolut. crimin. cas. 111. Afflict. in capitul. 1. syndicat.* nam adhùc remanent reliquiæ officij idest appendices arg. *l. 1. C. vt caus. post publ.* Hinc est, quod secundum prædictos *Doct.* ex communi, & magis recepta sententia pari pæna puniuntur offendentes officiales in syndicatu existentes, & officiales durante officio, quinimo in crimen lesæ maiestatis incidere tradit *Riminald. iun. cons. 659. vers. 6.*

10 Amplia secundo in officiali, † qui finito officio moram trahebat in ciuitate, vt sarcinulas colligeret, vt dixit *Angel. in l. tribunus ff. de milit. testam. Alber. in 2. part. statuto. quæst. 20. incip. quid si statuto*, cuius opinionem intrepidè defendit *Marsil. in d. singul. 179.* vbi ad hoc allegat multa iura, *Paris. de Put. de syndicat. in ver. officiales durante officio vers. an statutum fol. mihi 120. à tergò, idem Vinc. de Franch. in terminis Indulti d. decis. 403. num. 1. vers. & similiter.*

Amplia

Amplia tertio in homicidio commisso in eum, qui nõ est officialis, sed occisus fuit †cõteplatione, & occasione officij, quod antea administrauerat, vt voluit *Alber. per illum tex. in l. ordo ff. de publ. Iudic. & in 2. p. statuto. quaest.* 20. dum dixit, quod si statutũ dat certam pœnam offendenti Antianum, intelligitur etiam, quòd Antianus esset ab officio remotus, & ibi allegat alia iura, eamdem opinionem tenet *Hippol. de Marsil. d. sing.* 179. *incip.* viget statutũ, *Tiraq. ĩ tract. cessãt. caus. in d.* 15 *limit. vers. cui & illud. n.* 10. *Ioan. Igne. in l. si quis in graui* §. *de his num.* 6. *vers. vnde ff. ad Syllania. Paris. de Put. de sindic. in verb. remotus ab officio vers. an statutum de offendente fol. mihi* 257. *à tergò Scipio. Ronit. in comment. prag. de exuls. in rub. num.* 4. & in hanc eamdem opinionem si bene aduertaẽ inclinauit *Vinc. de Frãch. in d. decis.* 403. *nu.* 5. *&* 6. qui loquitur in terminis Indulti, *& dec.* 713. *nu.* 6. ratio est secundũ prędictos *Doct.* quia remotus à dignitate habet reliquias proximæ dignitatis, vt dixit *tex. in l. fin. ff. de decurion. Tiraq. vbi supra nu.* 11. *Caball. resolut. crimi. cas.* 148. *Bonadill. lib.* 5. *polit. cap.* 1. *num.* 54. *&* 55.

Et licet contrarium tenuerit *Rom. in d. l. si quis in graui* §. *de his ff. ad Syllania.* & eum sequitur *Ang. in tract. de malefic. in verb. Caium Sempronij col.* 6. *vers. & diligenter, & Ang. ibi ad eum,* tamen eorum opinio procederet, qñ offensa non esset facta intuitu, & pretextu officij secundum propositam ampliationem, & ita firmat *Paris. de Put. in loco praeallegato*, vbi ità cõciliat prædictos *Doct.* Quidquid tamen fit, quia in præsenti ampliatione ĩnuenio quod *Vincen. de Franc. in d. decis.* 403. *num.* 11. refert contrarium tenuisse in terminis Indulti generalis *Pet. Foller. in commento super Indulto* concesso de anno 1554. quem præ manibus habere non potui, nec non & decisionem Sacri Regij Cõsilij, arbitror super ea cogitandũ esse, & in facti contingentia mirum in modum considerãdam esse qualitatẽ offensæ factę, & officialis, cui facta esset, vt putà si fuisset Regius Consiliarius, & secundum eam determinare.

12 Amplia quarto in officiali, qui nõ habeat annexam dignitatem, sed tantum administrationem iustitię, proùt sunt in Regno nostro officiales inferiores, & ratio est, quia crimen hoc nõ fuit exceptum ratione dignitatis, & honoris personæ officialis, sed ratione administrationis iustitiæ, & ne iustitia offenderetur ex offensione facta ipsi officiali, quæ ratio militat etiã in eo, qui non habet dignitatem, ita determinat *Vincent. de Franch. in d. decis.* 403. *nu.* 9. asserens hanc esse veram cõclusionem, & subdit procedere in exequtoribus iustitiæ, & Algozinijs, qui in Regno à Rege eligũtur, secundum quam semper fuit iudicatum, & licet loquatur in resistentia, tanto fortius procedet eius opinio in homicidio in eos commisso secũdum terminos Decreti nostri.

13 Amplia quinto in officiali Baronis, †nã & ipsi mediatè officiales regales sunt, siquidẽ cũ ipse Baro, qui eos cõstituit habeat à Rege merum, & mixtum imperium, & iurisdictionem, cuius occasione eligit officiales, ita & suus officialis dicitur habere iurisdictionem à Rege, quia omnia nostra facimus, quibus à nobis impartitur authoritas *l.* 1. §. *omnia enim C. de vet. iur. enucle. & cap.* 1. 94. *distin.* & statu-

14 tum †loquens de officiali regio procedit etiã in officiali Baronis, vt tradũt *Affl. in cap.* 1. *in verb. Potestas nu.* 1. *in tit. Quae sint Regal. & in constit. Capitaneorum num.* 15. *Foller. in d. Constit. Regni Capitaneorum nu.* 146. *fol. mihi* 145. *& in pract. in verb. panis debitis*

feriantur num.41. Anton. de Ball. lib.3. tit. de liter dispensat. cas.7. nu.1. vbi ait quod Rex Martinus in Cap. Regni 47. vocat officiales nostros Carouti. super Rit.49. num.7. Frec. de subfeud. lib.2. auth.45. num.4. vbi subdit, quod contumax Baronis, † dicitur etiam contumax Regis, quia non paruit domino, & Iudici per eum constituto; Nellus de bannit. quaest.46. par.3. & Alciat. in rubr. de offi. eius num.30. qui dicũt, quod dum Ianuenses dominũ haberent Mediolanensem Ducem, Prætorem à Ianuẽsibus creatum magistratum dici Ducis Mediolanensis.

16 Item facit, quia Fiscus † Baronis, Fiscus Regius dicitur, & in illius locum subrogatus, vt notabiliter tradunt, Natt. in cons.346. Roland. à Vall. cons. 21. num.23. lib.4. Carroc. de excussio. bonor. quaest.14.10. q. princip. num.18. fol. mihi 107. Peregr. de iur. fisc. lib.5. titul.1. num.139. Surd. cons.53. nu.4. & cons.152. num.3. Postremo in terminis, quod si statutum puniat offendẽtem officialem Regium aliqua pęna, quod eadem debeat puniri offendens officialem Baronis per rationem prædictam determinat Afflict. in constitut. si quis aliquem num.15. vbi refert ita fuisse iudicatum per optimos viros, & eum sequitur Ioan. Anton. de Nigris in cap. nuper ad vindictã nu. 79. de pan. & vendic. prodito, fol. mihi 65. & ita alias fuit iudicatum in hac Vrbe, vt dicam infra.

Cõtrariam tamen opinionem, qđ si statutum mentionem facit de officialibus regijs, non compræhẽdantur

17 officiales Baronis † tenuit Doctissimus Pyrrhus Alfan. præceptor meus in Gymnasio Neapolitano in repet. rub. de offic. eius (me tũc vno ex suis auditoribus) quæ commentaria vidi postea impressa, & est in nu.215. mouetur ipse tribus ex fundamentis, & primo, quia communis vsus loquendi pluris est, quam quęuis propria significatio vocabuli, & omni regulæ, omnique constitutioni derogat in interpraetationibus faciendis per glos. in l. librorum §. quod tamẽ Cassius ff. de leg. 3. cap.1. de iniur. & dam. dat. libr.6. Alexan. cons.69. perspectis his lib.6. & cons.25. consideratis num.13. volum.7. Soc. cons.152. Casus iste in initio vol.1. quod procedere ait etiam in materia odiosa, & pænali Bart. in titul. de non. oper. nunttat. Abb. cap.2. de arbitr. in princip. at ex communi loquendi vsu Regiorum officialium appellatione ij continentur, qui à Rege sunt creati, & non à Baronibus.

Secundo, quia proxima causa spectanda est, non remota l. Socium qui in eo §. vlt. ff. pro Soc. l. qui domum ff. loca. quod locum obtinet si proxima causa absque lõginqua apta, habilisque est effectum parere Rim. iun. in d. rub. de offic. eius num.133. Sed Baro sine Rege officiales suos creat, Baronis itaq. non Regis officiales dicunt, qui à Baronibus sunt creati. Postremo prædictam suam opinionem confirmat, qa in lege nullum verbum superuacuum esse debet l.1. ff. quòd met. caus. & l.1. in fin. ff. ad municip. & si mẽtio Regiorum officialium non esset facta, vt excluderentur officiales Baronis, verbũ (regalis) nil operaretur, & esset otiosũ, cum Regij & Baronũ officiales essent compræhensi, & singula verba legis, seu statuti aliquid operare debent, & ad aliquem effectum aptari vt inquit Bald. in cons.51. incip. generals statuto num.7. lib.5. per iura, quæ ad hoc ipse refert; Ego tamen & si præceptoris sententiam sequi deberem, tamen in terminis decreti nostri gratiosi à præcedenti conclusione per me supra firmata recedendum nõ esse arbitratus fui, & quia verissimo fũdamẽto supra relato corroboratur, tũ ex eo qđ in iudicando receptam esse apparet; prout

in

in Magna Curia fuit iudicatum contra Lazarum Spataro qui interfecerat officialem comitis Mohac die 24. Octobris 1611. Nec obstant superius in contrarium adducta, quia ad primum respondetur eodemmet medio, quod vtique ex communi loquendi vsu, officiales Baronis, Regios esse officiales dicimus, & ideo in omni mãdato consueuerunt dicere, vti officiales Suæ Catholicæ Maiestatis, ab eo enim fluunt, & refluũt iurisdictiones, vti à flumine *Andr. & Affl. in tit. quæ sint Regal.* & sunt loci vulgares, & vassallus eligens officiales gerit vices Principis, & eius authoritate hoc facit *Amad. de Ponte quæst. Laudim. 24. col. 5. in fin. Brun. cons.* 103. *nu.* 4. *Surd. cons.* 152. *num.* 3. *volu.* 2. vnde in Regno nostro Sicilię officiales Baronum non habentium merum, & mixtum Imperium syndicantur per syndicatores electos per Excellẽtiss. Proregẽ, & M. R. C. & ab ea condemnantur, vel absoluuntur, & prædicta faciunt pro responsione secundi argumenti; Tertium & vltimum fundamentum non obstat, quod verbum (*regalis*) appositum in statuto nil operaretur, quia satis operatur tamquam genus, quod cõpræhendit oẽs alios officiales, qui sub regalibus cõpræhenduntur, & quidquid sit præcedens opinio fuit in iudicando recepta.

Amplia sexto etiam in ipso Baro-
18 ne, † Comite, seu Marchione, qui Regij officiales dicuntur, vt dixit *Vinc. de Frãch. in dec.* 211. *nu.* 7. *ex Affl. in d. tit. quæ sint Regal. in verb. potestas in princip. & in alijs locis supra allegatis,* imò in Regno sunt Regij Consiliarij; & faciunt rationes allegatæ in præcedenti ampliat. & aliàs de hoc fuit dubitatum in Senatu Panormitano in electione Gubernatoris tabulę, in qua electione non possunt interuenire officiales Regij ex expressa *Capitulorum* huius Vrbis dispositione, fuit cõclusũ Barones tãquàm Regios officiales interuenire nõ posse; quinimò cũ fuisset facta quædã electio D. Gubernatoris Tabulæ, in qua interuenit Dñ Ludouicus Spatafora, qui erat Locũtenens officij Magni Admiratus, fuit dicta electio declarata nulla; cũ dictus Locumtenens vti officialis Regius interuenire non potuisset, & ita inueni notatum in Repertor. Doctissimi Regij Consiliarij Octauij Corsetti.

19 Amplia septimo in officiale † electo per vniuersitatem per rationẽ supradictã, & dixit *Casa. Imbria. super prag. vnic. de Ecclesiaſ. perso. Dialog.* 3. *n.* 87.

Limitatur primo supradicta principalis conclusio, vt procedat in offi-
20 cialibus † iurisdictionalibus tãtùm, & non in alijs iurisdictionẽ non habentibus, ita dixit in statuto *Anchar. in Rubr. de offi. delega.* vbi habetur, quod apud vulgares officialis ille dicitur, q iurisdictionem habet, & ideo statutũ debet intelligi secũdum verbum vulgaricũ *Bonacos. in q. cri. in ver. officiũ,* ratio huius cõclusionis est, quia causa exceptionis criminis prædicti fuit ratione iustitiæ, quæ administratur, & nõ ratione personæ, quæ cessat in istis officialibus vt dixit *Vinc. Frãc. in dec.* 403. *nu.* 9. Et dixi *supra in princ. huius cap.* & dicam alia *infra in cap.* 40. quæ facient pro hac conclusione.

21 Limita secundo in Homicidio † cõmisso cõtra officialẽ Regalẽ prætextu officij tantũ, & nõ ex aliquo odio, & inimicitia particulari, & licet tex. noster simpliciter exceperit cędem officialis Regalis, tamen debet intelligi secundum *Regni Consti. Eos tantùm, vbi Afflict. in* 3. *notab. Capic. decis.* 130. *num.* 7. & in terminis *Vincen. de Franc. d. decis.* 403. *nu.* 11. siquidem vna lex per aliam declaratur *l. sciendum ff. qui satisda. cogant. iunc. Auth. offert. C. de lit. cõtest.* Hinc est qđ *Rit.*

Regni

eius præsentationem, & ratio est, quia ante præsentationem non dicitur officialis *Bald. per illam text. in l. sed & milites* §. *quæsitũ ff. de excus. tuto. & in ead. l. in verb. principalis* dicit, quod priuilegium concessum ratione officij, requirit officium in actu, nec sufficit habitu tantum. *Paris. de Put. de sindica. verb. electio officialium cap. 3. incip. in officijs tria requiruntur nu. 7. Boer. decis. 150. col. 2. Frec. de subfeud. lib. 2. tit. quis dica. Dux num. 52. quos refert D. Fabius de Auna in consil. 42. num. 12. & voluit Bonacos. in commun. opinio. crimin. in verb. officialis fol. mihi 122.* & in terminis Indulti hoc firmat *Vincen. de Franch. in d. decis. 326. nu. 1. & 2. Caball. resolut. criminal. cas. 248. sub num. 7. vsq. ad finem.*

TEXTVS.

Qui seditionem mouent populorum contra capita, & principales authores ipsius.

SVMMARIVM.

1 *Seditionis crimen quando dicatur.*
2 *Seditiosus cõmittit crimẽ lesæ maiestat.*
3 *Pœna seditionis est mortis naturalis.*
4 *Tex. in l. 1. C. de seditio. declaratur.*
5 *Seditionis crimen non comprehenditur sub indulto.*
6 *Seditionis delictum, quando remitti possit per Principem.*

CAPVT XXXVII.



1 EDITIONIS crimen † cõmittitur, quando aliquis seditionem, aut proditionẽ tractat de aliqua Ciuitate, vel castro habẽdo, vel dãdo causa faciendi bellum cõtra publicam vtilitatem, vel tractat facere nouitatẽ in ciuitate, vel contra publicum statum alicuius ciuitatis, vel tractat se fieri dominum terræ, vel loci alterius ad tumultum populi, vel similia faciendo contra quietum statum reipublicæ *ad tex. in l. 1. & 2. C. de sedit. sos.* vel tractat proditionem de Terra, & dare eam inimicis *l. proditores C. de re milit. l. penul. ff. ad l. Iul. de Adulter.* Item seditio dicitur quando concitatur populus ad aliquid illicitum perpetrandum, etiam quod non fiat directe contra patriam, seu rempublicam *l. 3. §. qui seditionem vbi glo. ff. de re milit. Ludouic. Montal. in tract. de reprobat. senten. pil. in princip. 2. art.* Item seditionem committere dicitur ille, qui concitat populum ad tumultum vociferando, viuat talis, aut moriatẽ exclamationibus, vt dixit *Capic. decis.* 130. vel clamando (arma arma) *Boss. de crim. lesæ maiest. nu. 17. in fin.* vel exclamãdo (populo populo) *Luc. de Penna in rub. C. de pulsic. letit. lib. 12.* vel aliter cõcitando *Capic. d. dec.* 130. *Carrer. in pract. crim. verb. 29. excusatur*; Item qui dissentionem animorũ facit, & discordias gignit, & tumultũ ad pugnã excitat *D. Thom. 2. 2. quæst.* 42. & multa alia dicuntur in materia per *Boer. in tractat. de seditio. quæst. 2. Io. Andr. Archid. & Geminia. in cap. decet col. 2. vers. quare qualiter fiat seditio de immun. eccles. in 6. Decian. tract. crim. tit. de conitur. fac. & seditio. lib. 7. cap. 7. num. 16. fol. mihi 112. Clar. in §. fin. quæst. 68. num. 37. & ibi Baiard.* & delictum hoc grauissimum est *Farin. de crim. lesæ maiestat. q. 113. num. 42.*
2 adeò quod ille, qui seditionem † excitat, duo committit crimina, videlicet lesæ maiestatis *ad tex. in l. 1. in fin. ff. ad l. Iul. Maiesta. Boss. de crimi. les. maiest. nu. 17. in fin.* & crimen de vi publia *l. 3. in princip. & §. in eadem ff.* ad

ad l. Iul. de vi publ. Hinc est quod eorum pęna † est mortis naturalis vt est
3 *tex. in l. 3. §. item si quis author. ff. ad l.*
4 *Iul. de sicar. & text. l. 1.* † *C. de seditio.* & licet *text.* expressè pęnam mortis non imponat, sed tâtum dicat, quod multam grauissimam substinebit, tamen *gl. ibi in verb. grauissimam in prima opinio.* interpraetatur idest mortẽ, & illam opiniónem approbatam esse in practica *dixit Sal. in d. l. 1. post nu. 1. Clar. in d. q. 68. nu. 37.* vbi hoc intelligit, quando tractatus praecessit seditionem, secùs autem si accidentaliter euenerit aliqua seditio in populo citra animum turbandi quietẽ populi, secundum *Ias. conf. 167. lib. 4. Dec. cõs. 256. Gramm. vot. 19. Menoch. de arbit. cas. 394. num. 78.* quae tamen limitatio non procedit in terminis decreti
5 nostri, sub quo tales seditiosi † nõ cõprehenduntur, siue ex tractatu, siuè ex accidenti seditio processerit.
6 Nota vnum, quod delictum seditionis † non potest remitti per Regem sine consensu populi, & subditorum suorum secundum *Fortun. Gars. in l. Gallus §. & quid si tãtum num. 240. ff. de liber. & posth.* licet durum esset hoc in practica obtinere vt aduertit *Sfor. Odd. de restit. in integ. quaest. 92. art. 2. num. 17.*

T E X T V S.

Qui testimonium falsum in aliqua ex causis praedictis dixerint, aut ab alio dici curant, aut mandant.

S V M M A R I V M.

1 *Falsi crimen quod modis committatur.*
2 *Falsitatis crimen atrocissimum est.*
3 *Falsi crimen non comprehẽditur sub generali delictorum remissione.*
4 *Testis falsum deponens non gaudet indulto, intellige vt num. 14.*
5 *Testes falsarij puniuntur vti homicida.*
6 *Testes ad deponendum falsum subornantes non gaudent indulto.*
Idem in mandante testes falsos produci, num. 7.
Idem si falsitas non esset nociua nu. 8.
Idem si nocere poterat num. 9.
Item si testimonium non esset iuratum, num. 10.
11 *Iuramentũ non est de forma testimonij.*
12 *Testes falsum deponẽtes sine iuramento puniuntur vt falsarij.*
13 *Testes falsum deponentes non admittuntur ad compositionem.*
15 *Testis qui falsum deponere volebat, sed nõ deposuit, gaudet indulti beneficio.*

CAPVT XXXVIII.

1 
CRIMEN falsi † tribus modis cõmittitur; primo circa monetas, vt aliàs dixi *in cap. 27.* Secundo loco committitur circa scripturas, & instrumenta, de quo dicemus *infra in cap. 41.* Tertio & vltimo cõmittitur circa testes, & de hoc dicemus *in praesenti cap.*
2 Est igitur falsitatis † crimen atrocissimũ, & durius omnibus alijs criminibus vt dixit *Marsil. in rub. ff. ad l. Cornel. de sicar. Boss. in tit. de fals. nu. 72. Clar. in §. Falsum in princip.* adeò quod nullum crimen est, quod maiorem infamiam irroget, famã, & statũ hominis vituperet, quàm crimen hoc secundum *Paul. de Castr. in conf. 151. incip. videtur dicendum post princip. Clar. in §. fin. quaest. 58. num. 17. & in dict. §. Falsum* vbi ait, quod propter eius frequentiã solet à legibus, & statutis grauiter puniri, & cõnumeratur inter

inter publica delicta, & propter eius grauitatem multa habet specialia, & præcipuè, quod sub generali delicto-
3 rũ remissione † non cõprehenditur vt dixit *tex. ĩ l. Lutius ff. ad Senat. cõsul. Turpillia.* & cæteri *Doct.* quos cumulaui *supra in cap. 27. nu. 5.* cũ alijs de quibus per *Marsil. cõs. 105. n. 7. Gram. dec. 2. n. 28. latissimè Mõticell. in pract. crim. reg. 15. nu. 80. cum seq. Corrad. in*
4 *pract. tit. de falsar. nu. 34.* meritò Rex Catholicus † tales testes falsum deponentes in causis prædictis capitalibus à beneficio præsẽtis Indulti exclusos
5 esse voluit, isti enim deponentes † cõtra innocentem tamquam homicidę puniunt̃ *l. 1. in princ. ff. ad l. Cornel. de Sycar. Alex. cons. 55. lib. 7. Boss. de fals. nu. 138. & 169. Clar. in §. Falsũ nu. 6.* qui ita iudicatũ fuisse refert ꝑ Senatũ, & in Regno pluries fuit iudicatũ.

Ampliatur ꝑdicta conclusio in su-
6 bornãtibus † testes ad dicẽdũ falsũ vt notat *tex.* noster hic ĩ ver. (*aut ab alio dici curant*) & militat eadem ratio de qua supra secundũ *Clar. in d. §. Falsũ nu. 4.* idque probatur per testes deponentes se eorũ precibus falsum deposuisse vt in practica seruari ait idem Clar. in præallegato loco, licet de iure contrariã opinionem cõmunẽ esse dicat ex multis, quos ipse refert.

7 Amplia secũdo in mandante † produci falsos testes in causis prædictis per *tex.* nostrum ibi (*vel mandant.*)

Amplia tertio prædictam conclu-
8 sionẽ procedere, et quod falsitas † non fuerit nociua, nec nocere poterat, qa tex. noster simpliciter loquutus est & in distinctè, & ideò eodem modo intelligi debet, sufficit enim, quod falsũ deposuerit, licet exindè falsitas non nocuerit, & sit talis qđ de iure pœna extraordinaria vel falsarius puniri debeat, secundũ *Affl. in dec. vlt. nu. 8. & 13. Cef. cons. 230. nu. 8. & cõs. 355. n. 44. vol. 3. Bertaz. cons. 71. n. 51. vol. 1. Baiard. ad Clar. in d. §. Falsũ n. 7.* &
* hæc est magis * communis opinio de qua per *Marsil. in l. 1. n. 23. ff. ad l. Cornel. de Fals. Menoc. de arb. Iudi. ca. 206. n. 22. Baiar. ad Clar. in d. § Falsũ ver. Itẽ excusatur in fin. Addit. ad Magon. dec. 43. litera G.* quæ conclusio tanto fortius procedit, si falsitas nocere po-
9 terat, † q̃a tũc ex veriori *Doct.* conclusione pena erit ordinaria secũdũ *gl. in l. damus in verb. priuatus C. ad l. Corn. de fals.* quã ibi communiter * sequũtur * *DD. Clar. Menoc. & alij* supracitati de qua materia scripsi ĩ *dec. 43. in 1. vol.*

Amplia quarto et si tale testimo-
10 nium † nõ esset iuratũ, quia licet testis nõ iuret, cum iurare teneatur de iure diuino ex traditis per *Viui. in Silua. comm. opin. 931. nu. 4. vol. 3.* non tñ ex hoc infertur, quod eius dispositio sit sine forma debita, vt testimoniũ dici nõ possit vt inquit *Bart. in l. si qs legatũ nu. 4. ff. ad l. Cornel. de fals.* & iura-
11 mentũ † non est de forma, & substãtia testimonij, quia potest à partibus remitti vt no. *in l. 1. ff. de fer. cap. tuis de testib.* vnde falsum deponentes et
12 sine iuramento † puniuntur pęna falsi
* *Bar. ibidem nu. 3. & 4.* & est * cõmunis opin. vt dixit *Alex. in l. edita §. cũ autẽ nu. 7. ff. de eden. Cur. sene. de testib. cõcl. 15. n. 34. Clar. in d. §. Falsũ nu. 12.* falsitim pœna extraordinaria *Bal. cõs. 106. vol. 1. Angel. cõs. 194. vol. 2. Marant. in Specul. p. 6. art. 6. nu. 21. Caromt. in cõmẽt. ad prag. quoniã falsorũ tit. de fals. nu. 38.* & ideo procedit dispositio tex. nostri, qui loquitur tantum in testimonio falso nulla facta mentione si fuerit iuratum, vel non.

Amplia quintè in hoc Regno Siciliæ, in quo nec ad compositionem
13 † prædictam admitti poterunt *ex capit. Imperat. Carol. sub nu. 17.*

Limita ꝑdictam cõclusionẽ procedere, si hmõi testes falsũ deponentes, mãdantes, seu subornantes † in aliqua

X ex

ex causis exceptis à præsenti decreto, & non in alijs criminibus,& causis & quod sint atrocissima,vt dixit *tex.* noster hic ibi (*in aliqua ex causis prædictis dixerit*)

Limita secundo non procedere in
15 eo,qui tentauerat † falsum testimoniũ dari, sed effectus non fuerit sequutus quia *text.* hic loquitur per verba præteriti temporis,& sic in casu,quo delictum fuerit consumatum , pro quo faciunt notata per *Vulpel. in cõs. 25. per totum Batard. ad Clar. in d. §. Falsum num. 22.*

T E X T V S.

Qui eximunt,aut eximi curant, seu mandant cõdemnatos ad mortem , vel mutilationem membrorum, vel ad triremes à manibus officialiũ eos ducentium ad supplicium.

S V M M A R I V M.

1 *Eximentes condemnatos à manibus familiæ incidunt in crimen lesæ maiestatis.*

2 *Text. in l. cuiusque ff. ad l. Iul. Maiesta. declaratur.*

3 *Eximens condemnatos à manibus officialium eos ducentium ad supplicium non gaudet Indulto.*

Amplia si duceretur ad carceres num. 4.

Item si exemerit a carceribus num. 5.

Item si delictum commissum non esset de exceptis num. 6.

Item in auxiliatoribus , & mandatoribus num. 7.

Item in ipsismet condemnatis num. 8.

9 *Eximens condemnatum ad pœnã exilij vel similis gaudet Indulti beneficio.*

Idem procedit in eo qui voluit condẽnatum eximere, sed non exemit num. 10.

C A P V T XXXIX.



1 STI qui eximunt † condemnatos à manibus familiæ incidunt in crimẽ lesæ Maiestatis *ad text. in l. cuiusque versi. item qui confessum ff. ad l. Iulia. Maiesta. & ibi Bart. num. 3. & cæteri Docto. Alexand. consil. 35. num. 4. versic. quandoque punitur crimine lesæ maiestatis volum. 2. Alexand. & Iason in l. 1. §. 1. colum. fi. si quis ius dicen. non obtempe. Nell. de bannit. 4. part. 2. tempor. quæstio. 29. Boss. de crimi. lesæ maiestat. num. 61. & in titul. de Captur. num. 16 & sequ. Angel. consil. 74. num. 16. tom. 1. inter consil. crimin. diuersor. Luc. de Penna in l. quoties num. 5. C. de exact. trib. libr. 10. Guid. Pap. quæst. 579. post num. 1. versic. nunc ergo quæritur, & ibi in addit. litera D. in princip. in vers. in crimine lesæ maiestatis, & num. 2. in fin. versic. quod intellige verum Marant. in sua prima disputat. num. 11. Carrer. in practi. in versic. Item eorum , qui manifestam violentiam commiserunt num. 91. Cagnol. in l. 1. §. is non videtur nume. 27. versicul. si vero eximatur ff. si quis ius dicen. non obtempe. Gigans de Crimi. lesæ maiestatis lib. 1. titul. qualiter & in quib. crim. lesæ maiestat. committa. quæst. 58. Duen. regul. 281. in verb. Eximens Plaza epit. de delicto. libr. 1. capit. 38. num. 7. Clar. in §. fin. quæst. 68. verb. Eximens de manibus familiæ Bursat. cõs. 210. nu. 1. & 25. vol. 2. Vinc. de Franc. decis. 91. nu. 4. Gomez. de delict. cap. 2. nu. 7. Menoch. de arb. cas. 583. nu. 1. in ribus ssimiis ibidem Farin. de carcer. & carcera. q. 32. num. 22*

2 vbi plus dicit, quod licet *text.* † in d. l. cuiusq. videatur loqui in eximẽte cõfessum, & cõdẽnatum.. à manibus fami-

familiæ, sed ex vinculis, & sic ex carcere, tamen secundum *additio. ad prædictam decis. Guid. Pap.* dicta *lex.* debet intelligi etiam de eximente captum ex manibus satellitum, quia dum in illorum manibus sunt, dicuntur esse in vinculis, & in custodijs *l. 1. iuncta l. in eos ff. de custod. reor. Farina. de cri. lesæ maiest. q. 114. num. 38. cum sequen.* nec minus delictum est eripere captũ ex manibus officialium, quã ex carcere, cũ vtroque casu pariformiter lædat maiestas Principis, & cõsequẽter nõ minor pœna in vno casu, q̃ in alio imponenda est vt dixit *Cagnol. in d. §. his videtur nu. 27. vers. si vero eximatur ff. si quis ius dicen. non obtempe. Aug. ad Angel. de malefi. in loco præallegato post num. 56. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 11. num. 1. Bertazol. consil. 35. num. 25. vers. sed & hoc minus cæteris obstat lib. 1.* vbi ita intelligendum esse ait *tex. in d. l. cuiusque;* Hoc itaque delictum, etsi exceptum in præsenti decreto dici possit ex exceptione facta de crimine lesæ maiestatis in genere,
3 tamẽ Rex noster† Catholicus in specie crimen hoc excipere voluit, Adde *Azeu. lib. 8. tit. 22. l. 2. n. 14.* qui allegat *Didac. Perez. l. 5. tit. 12. lib. 8. ordin.*

Amplia prædictam conclusionem
4 procedere in eximente cõfessum, †cõuictum, vel cõdemnatum à manibus officialium eos ducentium ad carceres, quia & isti crimen lesæ maiestatis cõmittunt secundũ prędictos *Doct.* & ideo cõpręhẽduntur sub generali exceptione facta de crimine lesę maiest.

Amplia secundo, & fortius in exi-
5 mente † condemnatum à carceribus, quia incidit in crimen lesæ maiestatis vt expresse voluit *text. in relata l. cuiusq. vbi Bart. & cæteri Bal. in l. addictos nu. 4. in fi. vers. si autẽ aliquis C. de Episcop. audien. Io. Fab. ĩ §. Pænales quoq. actiones vers. itẽ aduersus eũ post nu. 7. instit. de actio. & ibi Iason. nu. 104. Marsi. de bãn. in verb. capti. n. 8. vers. si autẽ captus Gigãs de crim. lesæ maiest. tit. quali. & à quib. d. q. 58. in fi. nu. 8. Decia. d. c. 11. n. 7. Bursat. post alios cõs. 216. nu. 5. Bertaz. cõs. 35. nu. 25. & ibi Claud. in add. litera D. Farinac. de carcer. & carcera. quæst. 30. num. 101.*

Amplia tertio hoc pcedere in eximente condẽnatum ad mortẽ, mutilationẽ membrorum, vel ad triremes
6 pro quocumq. † delicto capitali, ẽt q̃ non fuerit de exceptuatis, quia text. noster simpliciter loquutus est, & est conforme conclusioni communiter *à DD.* approbatę, vt post alios tradiderũt ex multis rationibus, & argumẽtis *Gigans in d. q. 58. per totam Decian. in d. c. 11. nu. 12. vers. Quare concludo. Farin. de carcer. & carcera. q. 32. nu. 4.*

Amplia quarto non solum in eximẽte, sed etiã in eius auxiliatoribus,
7 & † mandatoribus, vt expresse voluit *tex.* noster hic *in vers. (aut eximi curant seu mandant)* & faciunt dicta per *Farina. in d. q. 30. n. 97. Caball. resolut. criminal. cas. 8.*

Amplia quinto, vt non solum eximentes alium, non gaudeant benefi-
8 cio præsentis decreti, sed etiã ipsimet condẽnati, † qui se eximerũt a manibus officialiũ, dũ ducebãtur ad supplicium, ita in statuto arguit *Boss. in tit. de captu. n. 19.* & dat ipse rationẽ, nã qs fugiendo à familia non solũ impedit, sed resistit secũdũ *Bal. in l. fi. in fi. C. de exib. re.* & sicut ex pręsẽti decreto excludunẽ auxiliatores, & mãdantes, vt
9 dictũ est *in precedẽti ampl.* ita & fortiꝰ dẽt excludi ipsemet ereptus, vti principalis *l. si is q rẽ §. si titiũ & ibi Bart. ff. de fur. & Bart. ĩ l. si qs obrepserit ff. de fals.* nisi dicas, quòd oĩbus licitum est redimere sanguinẽ suum *l. 1. ff. de his q sib. mort. cõsci. & ibi Alex. & alij.* super hoc tñ cogita, & secũdùm qualitatem ereptionis factæ per se ipsum poterit super hoc iudicium ferri.

Limita prædictam conclusionem principalem primo non procedere in
9 eximente † condemnatum ad pœnam exilij, fustigationis, & similis huiusmodi, quia tex. noster loquitur tantũ de condemnatis ad mortem, mutilationis membrorum, vel ad triremes, & ideo in cęteris locum habet Indultum præsentis Decreti.

Limita secundo non procedere in
10 eo † qui voluit eximere condemnatos à manibus officialium eos ducẽtium ad supplicium, sed non exemit, nam in hoc tex. præsupponit delictum cõsumatum per illud verbum (*eximunt*) & sumus in gratia, in qua fieri debet interpretatio in fauorem indultati, vt pluries diximus.

Sed quid dicendum in eximente cõdemnatum ab ipsis regijs triremibus? casus accidit tempore regiminis Ducis Feriæ de anno 1606. in causa cuiusdã nobilis Panormitani, in qua ego interueni, & iudicaui nõ esse admittẽdum ad huiusmodi Indulti beneficium, arguendo a maioritate rationis, quandoquidem maius delictũ committere dicitur eximens carceratum ab ipsis carceribus, quàm à manu officialium, & cõsequenter maius erit delictum eximere condemnatum ab ipsis regijs triremibus, quàm à manu officialium eum ad triremes ducentium, vt notanter tradidit *addict. ad Guid. Pap. dec. 579. in verb. in crimine læsæ maiestatis*, vbi allegat *text. notab. ad hoc in l. 1. iuncta l. in eos ff. de custod. reor. & notat Bart. in l. cuiusq. in 3. notab. ff. ad l. iul. maiest. cum similibus traditis per Farin. in tit. de carcer. & carcerat. q. 32. nu. 3. & Caball. resolut. criminal. cas.* 8, & ita fuit exequutum.

T E X T V S.

Sicut neque eos, qui dum Officiales essent in eorum officijs deliquerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Principis Indulgentia generalis non comprehendit delicta commissa per officiales.*

2 *Officiales delinquentes in officio non gaudent Indulto, intellige num.* 8.
Ampliа in arbitro, vel arbitratore n. 3.
Item in Comite, vel Barone delinquente in administratione iustitiæ nu. 4.

5 *Officiales sine iurisdictione non comprehenduntur sub exceptione præsentis decreti.*

6 *Officialium appellatione in statuto comprehenduntur qui iurisdictionem habent.*

7 *Notarij, Custodes carcerum, & similes officiales non veniunt appellatione officialium facta in præsenti decreto.*

9 *Officialis delinquere in officio quando dicatur, & quid in dubio num.* 10.

C A P. XXXX.



RINCIPIS Indulgentia non extẽditur ad delicta
1 commissa per officiales † in eorũ officijs, ita dixit *tex. in l. Mancipia C. de seru. fugiti. iuncta glos. in verb. rescriptum, quem ad hoc inducunt ibi Bal. nu. 1. & nu. 6. Sal. num.* 8. *in vers. & dicit glo. Paris. de Pute. de syndicat. in ver. an si potestas condemnauit nu. 9. fol. mihi* 25. *à tergo* vbi ait ita obtinuisse in pleno consilio *Plaz. epithom. delicto. cap.* 38.

38.*num.4.verf. Hinc & illud, Farina. de Inquif. quaft. 6. num. 56. Decian. de abolitio. nu.* 14. licet dicat *text. in d. l. mancipia* hoc non probare, quod non eft verum vt *ex Bald. Salycet. & alijs.* dixit *Carrer. in pract. crim.* §. *circa nu.* 336. quẽ refert *Baiard. ad Clar. quaft.* 59. *fub num.* 103. & ideo fub generali
2 Indulto † non comprænhenduntur fecundum relatos *Doctor.* nifi Princeps fpecialiter dixiffet non obftante *d. l. Mancipia vt ait Bal. ibidem & Sal.* fed Rex nofter in præfenti Decreto eos exclufit, vt hic. *Azeved. l.* 1. *nu.* 57. *tit.* 25. *lib.* 8. *Recopil. Sefe de inhib. inft. Arag. cap.* 1. §. 5. *D. Io. Andr. de Georg. alleg.* 42. *nu.* 11.

Amplia prædictam conclufionem
3 procedere etiam in eo, † qui deliquit, vt arbiter, vel arbitrator *Abb.* fingulariter *in cap. vno delegatorũ ext. de offic. & poteft. iud. deleg. D. Carol. T ap. fuper prag.* 2. *de Arbit. rub.* 2. *nu.* 8. vbi refert ita fuiffe iudicatũ per M.C. Vicariæ.
4 Amplia fecundo in Comite, † vel Barone, qui iurifdictionem habent, & appellatione officialium comprænhenduntur *Soc. fen. conf.* 272. *fub num.* 11. *vol.* 2. & ideo ratione iuftitiæ, quã adminiftrãt vti officiales delinquendo funt exclufi à beneficio præfentis decreti vt hic, & ammittunt forum vt dixit eruditiffimus *Marius Mut. in cõfuetud. Panor. cap.* 32. *nu.* 13. & melius *cap.* 3. *num.* 85. vbi ad hoc allegat *Afflict. in conft. pœnam eorum & cõft. ea quæ ad decus.*

Limita primo prædictam conclu-
5 fionẽ non procedere in officiali † abfq. iurifdictione, quia ifti delinquendo non funt exclufi à beneficio pręfentis decreti, cum appellatione officialium
6 † in ftatuto ij tantum, qui iurifdictionem habent, comprehendantur, ita *Doct. in rub. ff. de offic. eius, Anchar. in rub. de offic. delega. Bonacof. in quaft. crim. in verb. officium*, vbi habetur, quòd apud vulgares officialis ille dicitur, qui iurifdictionẽ habet, & ideo ftatutum debet intelligi fecundũ verbũ vulgaricum, idem tradit *Andr. in tit. Quæ funt Regal. in verb. ad iuftitiã miniftrandam verfic. ftricto vero modo nu. mihi* 67. *& ibidem Affl. d. num.* 47. *Vinc. de Franc. decif.* 407. *num.* 5. & fic fuit per nos alias iudicatum.

Hinc eft quod ftatutum prohibẽs officiales mercari non comprehendit eos, qui iurifdictionem non habent, vt in Thefaurario confuluerunt *Ioan. Anton. Lanar. in conf.* 43. *fub num.* 15. *verf. circa quartam, & feq.* & D. Marchio *Ioan. Franc. de Pont.* præceptor, & confanguineus meus *in fuo cõf.* 49. *nu.* 54. qui ambo in eadem caufa fcripferunt, & prædicta tãto fortius procedunt in terminis Decreti noftri, qđ licet fit fauorabile, & latè interpretãdum, & confequenter contineri debuiffent omnes officiales largo modo fumpti per doctri. *Alex. in l.* 1. *num.* 2. *ff. de iurifd. omn. Iud.* tamen, quia fumus in cafibus exceptis, Decretũ hoc eft odiosũ, & ftricto modo interpretandum ex traditis per *Caruuit. fuper Rit.* 49. *num.* 22. & melius *Vincen. de Franc. decif.* 403. *nu.* 10. ideoquè non debet intelligi nifi de officialibus iurifdictionem habentibus.

Item pro hac ampliatione facit decifio *Martin. Landen. in fua difput. as. qua incipit Angerius*, quem refert, & fequitur *Iaf. in l. id quod apud Hoftes num.* 24. *ff. de lega.* 1. *Bõben. in conf.* 27. *nu.* 1. vbi habetur, quod habens à Papa, vel Imperatore poteftatem legitimandi quofcumq. exceptis filijs Comitum, vel Baronum, poterit nihilominus legitimare filium Comitis ex priuilegio, vt puta palatini, vel facri palatij, nã cũ huiufmodi non dicantur propriè Comitès, fed abufiuè, quia comitatum non habent vt per *Bald. in cap.* 1. *quis dica. Dux, Comes,* ideo

ideo in tali exceptione non comprehenduntur, quia exceptio debet intelligi de Comite vero, qui habet comitatum, non de abusiuo, & obid in exceptione de officialibus in præsenti Decreto facta, non comprehenduntur officiales iurisdictionem non habentes, vnde notarij, qui officiales sũt
7 largo modo sumpti secundum *Andr. & Affl. in loco prallegato.* & Aduocati, & Procuratores *Butr. in cap. 2. de postul. Geminia. in cap. si q de procurat. in 6.* Sic Ambasciatores secundũ *Alber. in 4. p. statuto. quæst. 86.* & pariter Custodes carcerum, vel Castellani, qui nec iurisdictionem habent *Vinc. de Franch. decis. 505. nu. 20. Capiblan. de Baron. & cor. offic. pragm. 5. nu. 84. Bonacos. in d. quæst. crim. in verb. officiũ ver. statutum de officials.* & demũ actuarij *Vinc. de Franch. d. decis. 407. nu. 5.* non comprehenduntur in præsenti Decreto, *Fab. de Ann. cons. 107. num. 20. & seq.*

Limita secundo prædictam conclusionem principalẽ in tantùm pro-
8 cedere, quatenus officiales ipsi † deliquissent intuitu, & contemplatione officij vt expresse dixit *tex.* noster ibi (*in eorum officijs deliquerunt.*)
9 Dicuntur autem delinquere † in officio non ex eo, quod delictum commiserunt tempore officij, sed vbicumque quis fauore, calore, colore, authoritate, prætextu, vel contemplatione officij delinquit, vt colligitur ex traditis per *Paris. de Pute. in tract. de syndicat. verb. Iudices ad syndicatum qui sint num. 6. 7. & 8. fol. mihi 22. à tergò, & in verb. officialis offensa nu. 6. vers. nisi adulteraffet fol. mihi 22 t. Guliel. de Cune. in l. nullis C. quor. appella. non recip. Bal. in l. 2. in fine & ibidem Saly. C. vbi de ratiocin. Corne. cons. 132. col. 2. Baiard. ad Clar. quæst. 73. nu. 1. Farina. de delict. & pæn. quæst. 19. nu. 44.* vbi refert ita fuisse iudicatũ in Curia Romana, & ꝓpea si officialis Adulterium, Homicidiũ, vel Furtum cõmisisset, licet hoc delictum non spectet ad Syndicatorẽ, sed ad potestatẽ ordinariam, tamen hoc nõ procederet, si talis officialis adulterasset, vel aliud simile delictũ cõmisisset cõtẽplatione officij, vt quia mulierem citari fecisset in curia causa testimonij, vel sub colore inquirendi contra ipsam delictum, & cum fauore officij, aut eius pretextu eã adulterasset, vel si fuisset detẽcta pro aliqua causa, vel si litigaret in curia, & ea de causa fuisset adulterata, quia tunc cognosceret syndicator, ex quo delictum esset cõmissum nõ vt ab officiali, sed prætextu, & occasione ipsius officij ita notãt *Bald. Gulsel. de Cun. & Paris. de Pute. in locis prallegatis, & Carouit. super Rit. 49. num. 27.* Confirmantur prædicta, quia sicut Notarius condemnatus de delicto commisso aliter, quàm in suo officio nõ priuatur officio notariatus, cũ in eo non deliquerit vt dixit *Bart. in l. eadem §. hac lege ff. ad l. Iul. repet. & in cons. 74. incip. ser. Ioannes, & in l. non potest ff. de furt. Angel. de malefi. in verb. Falsario num. 16. versic. quaro aliquis notarius, Doct. in l. ex militaribus C. de testam. milit. a. Carouit. in loco proximè allegato*, ita & consequenter dicendum videtur in officiali, qui dũ cõmittit homicidium, vel adulterat, & quid simile non exercet officium, sed agit vt quilibet priuatus faceret, nisi tamen in præfatis delictis cõmissis authoritas officij esset in causa, vt cõmitterentur, tunc enim dici potest talia delicta fuisse commissa in exercitio officij, & ideo nõ semper officialis delinquit contemplatione officij, sed si materia, qñ vti officialis, & prætextu officij delicta iudicentur vide *Affl. in const. volumus iit. quant. temp. offi. sta. in syndic. nu. 5. & 6.*

Limita tertio & vltimo, quãdo essemus

ſemus in dubio, & non cōſtaret ſi de-
10 lictum fuiſſet cōmiſſum ab officiali † prætextu officij, vel nō, quia tunc nō præſumeretur fuiſſe commiſſum prę textu officij ad euitādū maius delictū *Rol.cōſ.1.vol.3.Baiard.ad Clar.quaſt.35.nu.34. Capic. deciſ.130.nu.12.& dixi ſupra in cap.36. verb.Eadem officialis regalis.*

T E X T V S.

Neque notarios, qui falſitatem aliquam in inſtrumentis, aut publicis ſcripturis commiſerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Notarius falſitatem committens in inſtrumentis non gaudet Indulto.*
Limita in producente falſum inſtrumentum num.10.
2 *Falſitas qualiter cōmittatur per notarios in inſtrumētis, & nu.3.4.& 5.*
6 *Notarius fabricans falſum inſtrumentum eſt exceptus à præſenti gratia.*
7 *Inſtrumentum ex quibus præſumatur falſum remiſſiue.*
8 *Notarij falſarij non admittuntur ad cōpoſitionem.*
9 *Notarij actorum falſificantes publicas ſcripturas comprehenduntur ſub indulti beneficio.*

C A P V T XXXXI.



E hoc falſitatis crimine bis ſcripſimus *in præcedentibus cap. nempè 27. & 38.* ſed quia vt ibi diximus falſitas cōmittitur etiā circa inſtrumenta, & ſcripturas, voluit Rex noſter, & hanc tertiam falſi-
1 tatis ſpeciem excipere † à beneficio præſentis Decreti.

2 Committitur autem falſitas † per notariū in inſtrumentis, vtputà ſi inſtrumento mutui apponat verbū numerauit, cum tamen tēpore celebrati cōtractus nulla pecunia fuerit numerata, vt dicit *gl.in l.ex cautione in glo. magna ff. de pac.* quam ſequuntur oēs ſecundum *Alex. in l.prædia nu.1.ff.de acquiren.poſſeſſ.* de communi omniū *Docto.* poſt alios refert *Clar. in §. Falſum num.20.& ibi Baiard.in addic.* ratio eſt, quia notarius non debet conficere inſtrumentum, niſi de his, quæ ſenſu corporis tunc percipit vt tradit *Bart.in auth.ſi quis in aliquo circa fin. C.de eden. Curt.iun.in l.ſingularia nu.36.ff.ſi certa peta.*

3 Item ſi notarius † appoſuit in aliquo inſtrumento, quem ſibi eſſe cognitum, & tamen nō erat, quia de falſò punitur iuxta formam *pragmaticã Regni de notarijs*, licet de iure cōmuni ad hoc notarius nō cogatur, vt dixi *in deciſ.58.*

4 Item ſi notarius omittat † apponere ſolemnitates requiſitas in inſtrumento, de quo eſt rogatus, nam incidit in pœnam falſi, & eſt magis communis opinio ſecundum *Clar. in d.§. Falſum num.22.& poſt alios. Maſcard. cōcluſ.644.* Hinc eſt quod ſi notarius omittat aliquid in inſtrumēto, quod noceat parti tenetur de damno & intereſſe, & de damnis ſtatur iuramento partis, ſi notarius illud dolosè omiſit, ſed ſi culpa, debet plenè probari *Boſſ.de falſ.num.68.* vbi multa ponit in materia. *Alciat. de præſumpt. reg.3. præſumpt.13.num.13.*

Item ſi aliquid addit in inſtrumen-
5 to, † de quo nil fuiſſet ſtipulatum *Bertaz.conſ.543.per totum, & ibi Claud. in addi.* latiſſimè, & multi alij ſunt caſus de quibus vide *Clar.in d.§.Falsū,*

&

& alios ibidem cumulatos per *Baiar. in additio. in verb. sunt alij casus.*

Amplia prædictam exceptionem factam in præsenti decreto in notario
6 †fabricante falsum instrumentũ, quia maius delictum committit, quàm si aliquid adderet, vel diminueret in instrumento *Clar. in d. §. Falsum nu. 20. Menoch. de præsumptio. lib. 5. præsumpt. 29. Mascard. de probatio. conclus. 740.* & ibi habetur, ex quibus instrumentũ
7 †præsumatur falsum *Bertaz. cõs. 521. num. 6. cum seq. vol. 2.*

Amplia secundo, vt tales notarij
8 † non possint admitti ad compositionem in Regno ex dispositione *Capit. in Carol. 17.*

In *tex.* ibi (*aut publicis scripturis*) nota prædictam exceptionem proce-
9 dere etiam in notarijs actorum, †quia isti appellatione tabellionis, seu notarij comprænhenduntur ad *tex. cum glo. in cap. quoniam contra de probat. & ibi Canonistæ* omnes, & in statuto puniẽte notarium, quòd procedat in notario actorum voluit *Afflict. in constit. Regni Iudices num. 9. in octauo notab. Bart. in l. instrumenta ff. de iur. fisc.* & fuisse iudicatum refert *Grammat. in d. const. Iudices nu. 6. & 7.* vbi mul-
* ta ad hoc adducit, ac est communis opinio, de qua per *Crot. cons. 151. num. 22. vol. 2. Balard. ad Clar. in §. Falsum num. 95.* eaq. tanto fortius procedunt in terminis Decreti nostri ex prædictis verbis (*aut publicis scripturis*) quæ in alio non possunt verificari, nisi in actis iudicialibus, & libris publicis, vt dixit *Mascard. de probat. cõclus. 31. nu. 2. & seq.* & ita tenendum esse arbitror in facti contingentia, quia hæc nõ est extensio, sed comprehensio ex supra deductis, alioquin illa verba superflua essent, quod in statuto nõ est admittendum *l. item veniunt §. aptanda ff. de petitio. heredita. l. 1. ff. ad munic. Bald. cons. 51. incip. generali statu-*
to num. 7. lib. 5.

1 Limita prædictam conclusionem non procedere in tertio producente
10 †falsum instrumentum, vel eo vtente, quia licet de falso teneatur, vt dixit *Clar. in §. Falsum nu. 18. & ibi Balard. nu. 111.* cum alijs per eos cumulatis, nihilominus ex quo Indultũ loquitur tantum de notario, nõ porrigitur ad aliũ falsum cõmittẽtem, vt in statuto docuit *Fulgos. in cõs. 123. col. 3.*

T E X T V S.

Damnatos vero ad triremes in ipsis seruientes præsentis gratiæ beneficio gaudere nolumus, donec à nobis maturiùs intellecto clasis nostræ statu aliud ordinatum fuerit.

S V M M A R I V M.

1 *Indulgentia generalis delictorum non extenditur ad condemnatos.*
4 *Limita num. 2.*
3 *Condemnati ad triremes an gaudeant Indulto, & num. 4.*
* *Intellige num. 5. & 6.*
7 *Cõdemnati ad triremes, qui in illis seruiunt post datam Indulti, in eo comprahenduntur.*

C A P. XXXXII.

1 INDVLGENTIA generalis † de iure non porrigitur ad cõdẽnatos, vt dixit *tex.* (quem ad hoc allegauimus *in cap. 3. nu. 23. &*
2 *cap. 11. num. 4.*) *in l. acta §. de amplianda ff. de re iudic.* nisi expræsse † à Principe dictum fuerit, vt ibi not. *glos. &*
sequ.

sequitur Feller. in Commen. ad pragm. de exulib. num. 47. *&* 48. *in fin.* tamen quia in præsenti decreto condemnatos expressè Rex noster aggratiauit, *vt in dict. cap.* 11. nulla prorsus cadere poterat difficultas, quin condemnati † ad triremes præsentis beneficio
3 gaudere potuissēt, vt in terminis Indulgentiæ generalis aliàs seruatum fuisse pluries in Senatu Mediolanensi refert *Clarūs* §. *fin. quæst.* 59. *num.*
4 13. *vers. Quinimmò*, & ideò Rex † noster eos expressè exclusos esse declarauit vsque ad aliud mandatum.

Prædictam exceptionem intellige de condemnatis ad triremes, & in ip-
5 sis seruientibus, † secùs autem si adhùc super Regijs triremibus ductinō fuissent, vt limitat *tex.* ibi (*in ipsis seruientes*) & sic censentur in Indulto compræhensi, qui non seruiunt ex regula, quod in non exceptis firmatur regula in contrarium, vt omnes alij condemnati ad triremes, qui tamen in ipsis non seruiant sint remissi. *l. non solum* §. *idem respondet ff. de fund. instru. cum simil.* Item facit alia regula, quod inclusio vnius est exclusio alterius, & ita iudicauimus in Magna Curia, sed an fugientes ab ipsis triremibus gaudeant huiusmodi Indulto? affirmatiuè fuit me præsente determinatum, quando non fuisset condemnatus pro aliquo ex criminibus hic exceptis.

Intellige secundo dūmodo, quod tales condemnati ad triremes, & non
6 seruientes fuerint condemnati † pro causis, & criminibus non exceptis in præsenti Decreto, vt not. *Feller. in d. Comm. de exulib. nu.* 48. *in fin.*

Sed quid si isti condemnati inceperint seruire post datā Indulti, † an
7 gaudeāt eius beneficio. Teneo quod sic, quia à die datæ fuerunt ipso iure, & ipso facto absoluti, & liberati, vt aliàs dixi per *decis. Vincen. de Franch.* 62. & ab illo die gratia ipsa est perfecta *idem Franch. in decis.* 316. *per totā*, & licèt fuerint postea ducti ad seruiēdum, hoc processit vigore cōdemnationis anteà factæ, quæ iā per Indulgentiam fuerat extincta, vt dixi *suprà in c.* 23. & cōfirmat, quia Decretum hoc est fauorabile, & latissimè interpretandum *Gramm. decis.* 4. & in dubio contra ipsum Regem concedentē *Ias. in l. si quis pro emptore nu.* 336. *ff. de vsuca.* prędicta tn̄ & si vera sint, ego credo quòd difficilè esset id obtinere.

T E X T V S.

Crimina vero, in quibus est processum ad sententiam foriudicationis arbitrio dicti nostri Proregis remittantur.

S V M M A R I V M.

1 *Foriudicati qui sint in Regno. Et quæ requirantur, vt quis possit foriudicari num.* 2. *remissiuè.*
3 *Foriudicatorum delicta per Indultum sunt remissa arbitrio Excellentissimo Proregis.*
4 *Occidens foriudicatum indultatum, cuius gratia non erat publicata, est in pœna, contra num.* 5.
Amplia si sententia banni adhuc non esset cancellata num. 6.
Item si soluerit pœnam num. 7.
Intellige in ignorante bannitum fuisse indultatum num. 8.
9 *Foriudicatus ostendendo gratiā an impediat exequutionem sententiæ.*
Amplia si eam non haberet in promptu, sed peteret dilationem ad eam exhibendum num. 10.
11 *Foriudicatus, (cuius sentētia fuit nulla declarata) an cōprahendatur simpliciter sub hoc Indulto.*

CAP. XXXXIII.

1 ORIVDICATI†in
Regno sũt illi, qui lapso
anno à die publicatio-
nis bãni per *Constit. Re-
gni pœnam eorũ*, vel qua-
trimestre *ex Reg. Pragmatica*, ad sen-
tentiã foriudicationis condemnãtur,
hinc est, qđ habentur pro confessis.
Item reputanť, ac si per sententiã dif-
finitiuam de illo crimine cõdemnati
fuissent. Item sibi denegatur omnis
audientia. Item non poterint appel-
lare, vel reclamare à sentẽtia foriudi-
cationis. Itẽ quoad omnia pro mor-
tuis existimãtur. Itẽ vt hostes publici
reputantur: Postremò ab omnibus
impune offendi possunt, vt refert *Af-
fl. in d. const. Pœnam eorum nu.* 1. quæ
omnia satis abundè per *Docto.* expli-
cantur, quos latissimè cumulat *Fa-
rin. in tit. de Inquis. quæst.* 11. *Vinc. de
Franch. dec.* 213. *Cartar. de exequut. c.
bannit. cap. fin. Cumi. in c. si aliquem in
verb. morte. nu.* 4. & multa requirũtur
2 ad hoc, vt quis † possit foriudicari, vt
ex eodẽ *Affl. n.* 15. *cum seq. D. de Põt.
de potest. proreg. tit. de prouisio. sie. solit.*
§. 4. *n.* 47. & quia hęc non est materia
præsẽtis Decreti, si casus acciderit ad
prædictos *Doct.* recurrendum est.

Quæro primo quid si foriudicatus
3 habuerit gratiã à Prorege † cuius ar-
bitrio est remissa stante Decreto nřo,
& antequã ista gratia fuerit publica-
4 ta, fuit occisus, an occidẽs † sit in pœ-
na? videbatur dicendũ, q; sic, quia sta-
tim atq. Prorex fecit gratiã vtiq. ipso
iure dicitur absolutus, & liberatus ex
verbis Decreti nostri hic secũdũ *Bar.
in l. fi. C. de senten. pass.* & sicut condẽ-
natio immediatè operať contra reũ *l.
quidã sunt ff. de pœn.* ita & gratia, quæ
solo vocis oraculo, quoad se perfecta
est absq. scriptura, & ex ea statim ac-
quiriť ius parti *c. si pro te de rescript. in
6. cũ simil.* traditis ꝑ *Peregr. de iu. fisc.
5 lib. 5. tit. 2. nu.* 12. Sed contrariũ † dixit
Affl. in d. cõst. pœnã eorũ n. 59. siquidẽ
non debet nocere tertio *l. Gallus* §. *&
quid si tantum ff. de lib. & posthu.* & sic
ignorãri dictã gratiã, & indulgentiã,
cum eum occiderit lege permittente
ob publicã vindictã *cap. excellentissi-
mus* 11. *q.* 3. ibi (*qui ex necessitate, aut
ignorãtia delinquũt authoritate nostra
per te absoluantur*) & hæc est veritas
in ignorãte secundũ *Alex. in cõs.* 114.
incip. Põderatis in 1. *vol. latè Clar. in* §.
homicidiũ n. 52. *& Mascard. cõcl.* 162.

Ampliatur pręedicta cõclusio, si sẽ-
tentia foriudicationis adhùc nõ esset
6 cãcellata, † vt dixit *Paul. de Castr. in l.
si duo ff. de acquir. hered.* quia excusať
authoritate publicæ scripturæ *Alex.
d. cons.* 114. *& cons.* 164. *incip. visis, &
ponderatis col.* 2. *vol.* 7. vbi refert hanc
* esse cõmunẽ * opin. *Ias. in l. si credito-
ris col.* 1. *C. de fideicomm. Bal. in l. labeo*
§. 1. *in fi. ff. de pact. & in l. de ætate* §. *ex
causa ff. de interrog. actio.* qui dicit, qđ
ista est ipsa veritas *Alber. de stat. ĩ vlt.
p. q.* 34. *incip. trãseundo ad secũdã quæ-
stionem*, vbi refert de facto obtinuisse
Buss. in tit. bannit. quid ammitt. nu. 3.
Clar. ĩ §. *Homicidiũ n.* 52. *Gabr. de reg.
iur. cõcl.* 6. *nu.* 11. *cũ seq. Menoc. de arb.
q.* 90. *& cas.* 283. *Mascard. de probat.
conclus.* 162. vbi latissimè, *Farinac. q.*
103. *num.* 79. *cum seqq.*

Secundo amplia ẽt qđ soluerit pę-
7 nam, † quia nisi sit cãcellatus de bãno
adhùc enĩ poterit impunè offendi, &
donec est scriptus inter bannitos, ista
appellatio (bãnitus) sẽper sibi inest, &
sic si durat istud nomen, scilicet (for-
iudicatus) durat ẽt effectus nominis
*l. tutelas ff. de cap. dimin. Cumi. in c. Ri-
tus Regni Siciliæ* 64. *n.* 46. *Mascard. de
cõcl.* 162. *n.* 13. *Marsil. sing.* 340. *incip.
Cautè agant*, vbi plus dicit, qđ non
solum talis bannitus debet cancellari
de

de vno libro bānitorum, ſed etiam de oībus libris, ſi eſt deſcriptus in pluribus libris, aliàs habetur ac ſi nō eſſet cancellatus, & ita tenent * cōmuniter *Doct.* vt refert *Marſil. in conſ.* 55. *& conſ.* 97. *Franc. de lignan. in conſ. crim.* 45. *lib.* 2. *Duen. reg.* 68. *num.* 2. *&* 3. *Blanc. in pract. crim. in verb. ignorantia num.* 168. *vbi latè Maſcard. concl.* 162. *num.* 22.

Prædictas ampliationes intellige
8 in ignorante † bānitum fuiſſe aggratiatū, ſecùs ſi illud de facili ſcire potuiſſet *Cepoll. conſ.* 39. *crim. col. penul. Nell. de Bānit.* 1. *par.* 3. *temp. quæſt.* 2. *Clar. in præallegato loco verſ. antequam enim*, quæ ſcientia quomodo probari poſſit vide *Maſcard. remiſſiuè concluſ.* 162. *num.* 26.

9 Quæro ſecundo an † foriudicatus captus oſtēdendo gratiam impediat exequutionem ſententiæ? Breuiter dicas, quod ſic, vt in terminis conſuluit *Marſil. in conſil.* 55. & eandem opinionem ſequuti ſunt poſt alios, quos allegant *Farin. de Inquiſ. quæſt.* 6. *num.* 1. *in fin. Sforz. Odd. de reſtit. in integ. quæſt.* 100. *art.* 1. *Cartar. de exequut. cap. bann. cap.* 3. *num.* 57. *&* 64.

Amplia prędictam concluſionem,
10 ſi talis foriudicatus † allegaret ſolum gratiam, & dilationem peteret ad illam exhibēdum, vel ſi bannitus proteſtetur, quod gratiam habet: nam etſi ſecundum aliquos *Doct.* illi credere non teneatur tàm Iudex, quàm priuatus, niſi eam oſtendat, vel exhibeat, vt de communi dixit *Rip. in cap. cum M. num.* 56. *de conſtit. Marſil. d. conſ.* 55. *num.* 5. *Goz adin. cōſ.* 61. *nu.* 9. *Phicard. comm. opin. verb. Bannitus in tom.* 2. *commun. opin. tit. de ſentent. paſſ. & reſtitu. nu.* 61. *Clar. in d.* §. *Homicidium num.* 53. tamen negari non poteſt, quin talis proteſtatio, & petitio dilationis ad exhibēdum gratiam iuſtam præbeant cauſam ſaltem indagandi, an ille verè gratiam habeiet, vt optime conſiderant *Ruin. conſ.* 85. *num.* 8. *volum.* 4. *& Flam. Cartar. in d. tractat. de exequut. cap. bannit. cap.* 3. *nu.* 67. vbi ſubdit talem Iudicem ſententiam exequentem, vel bannitum occidentem puniendum eſſe arbitrio Iudicis, & hæc eſt æquior opinio, & ſeruāda meo iudicio, & tanto fortius eam procedere arbitror, ſi vltra proteſtationem bannitus offerret ſe paratum ire ad iudicium *Roman. ſingul.* 276. *Baiard. ad Clar. in d.* §. *Homicidium num.* 254.

Quęro tertio, quid ſi ſententia foriudicationis ſit nulla, & ita fuerit de-
11 clarata; an tales foriudicati † pro criminibus in hoc decreto non exceptis poſſint huiuſmodi decreti beneficio gaudere, non obſtante, quod eorum gratia ſit remiſſa arbitrio Excellentiſſimi Proregis? Dicas quòd ſic, quia ſtante prædicta nullitate habentur, ac ſi numquam fuiſſent foriudicati, vt poſt alios infinitos concludunt *Cartar. de exequut. cap. banni. cap. fin. num.* 159. *Farinac. de Inquiſ. quæſt.* 11. *num.* 34. vbi ponit latiſſimè *in ſequen. num.* qualiter nulla dicatur ſententia banni, ſeu foriudicationis, & ideò remanent compræhēſi appellatione aliorum delinquentium, & ſuper hoc cogita benè.

T E X T V S.

Statuentes in toto Regno prædicto, vt omnes & ſingulos proceſſus, ſcripturas, condemnationes, acta, & quælibet alia, quæ in cauſis ſupranarratis facta fuiſſe reperiuntur, ſaluis tamen reſeruatis vt ſuprà, deleant, & annul-

lent,& eorum huiusmodi nomina de albo tolli, & deleri faciant, sicut & nos authoritate nostra Regia, & de plenitudine potestatis præsentium tenore delemus, & annullamus,tollimusque & penitus abolemus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum gratiosum mandans cancellari omnia acta quid operetur? Limita num. 3.*

2 *Clausula de plenitudine potestatis,quid operatur.*

4 *Cancellatio banni de facto an sit necessaria stantibus verbis Indulti.*

5 *Vassalli Baronum an comprahēdantur sub hoc Indulto.*

CAPVT XXXXIV.



1 Ota quod pet prædicta verba† remissionem hāc generalissimā dici tradiderunt *Bal. in l. fin. & ibi Bart. nu. 11. C. de sēten.pass. Bart. in l. 1. §. si quis vltro ff. de quæst. Rimi nald. sen. cons. 68. num. 13. & 14. volu. 1.* cæteros congerit *Sforz. Odd. de restitu. in integr. quæst. 93. artic. 4. num. 16.* vbi ampliat,& limitat. *Peregrin. de Iur. fisc. lib. 5. titul. 2. num. 23. & est glos* communiter approbata *in l. 2. C. de in ius vocan. Paris. cons. 1. lib. 4. Menoch. cons. 563. num 36. post alios vol. 6. Clar. quæst. 59. num. 1. Farinac. de Inquis. quæst. 6. num. 1.* dixi etiam de hoc supra *in Cap. 23. in verbo (ipso iure, & ipso facto)* quæ conclusio tāto fortius procedit in terminis Decreti nostri, vbi adest clausu-

2 la † (de plenitudine potestatis,) quæ hoc operatur secundū *Sforz. Oda. in loco prealtegato, & Rimnald. dict. cons. 68. num. 14.*

3 Er prędicta intellige,nisi Indulgētia, & restitutio à principio fuisset limitata,nam tunc prędicta verba non possunt aliquid vltrà operari, quia sunt clausulæ exequtiuæ,nō alteratiuæ dispositionis antecedentis ad tex. *in clem. 1. in fin. de præb. in 6.* quem tex. ad hoc celebrem esse ait *D. Io Franc. de Pont. in cons. 69. num. 36. & 37.* in terminis indulti. *volu. 1.* & post alios quos ibi refert, *Vincen. de Franc. in decis. 213. num. 52. & 53.*

4 Nota secundo, quod prędicta verba important † cancellationem, ac si per Crucem Sācti Andreæ facta fuisset vt dixit *Angel. de malefic. in verbo. Qui Index ad probationem suæ inquisitionis vers. 1. ante fin. & in verb. dandis, & soluendis in vers. secundo. Bart. per illum text. in l. emptor §. Lucius in fi. ff. de pact.* vbi loquitur in terminis abolitionis *Alex. cons. 164. incip. visis in fin. col. 1. vol. 7. Angel. & Imol. in l. 1. in fin. ff. de his quæ in testam. delen. Marsil. in cons. 45. nu. 1. & 4. & cons. 97. num. 7.* & quid operetur hæc cancellatio vide *infra in cap. seq. nu. 16.*

5 Nota tertiò ibi *(in toto Regno prædicto)* quòd vt alias diximus *in cap. 3. num. 11.* Vassalli† Baronum compræhendūtur in hoc Decreto, licèt secus quoad pęnam ipsis applicatam *vt in cap. 21. num. 5. D. de Pont. de potestat. Proreg. tit. de prouis. fier. fol.* § 4. n. 45. posthæc scripta vidi doctissimas feudales quæstiones nouiter impressas *D. Camill. de Curte*, qui *in capit. incip. Potest quoquè feudum constitui nu. 16. fol. mihi 28. à tergo* refert quęstionem hāc diu agitatam fuisse in Regno illo Neapolitano tēpore generalis Indulti cōcessi de anno 1572. quod Indultum est cōforme Decreto nostro

vt

vt alias diximus, & multa hincinde deducit, & pro parte affirmatiua intet alia ponderat verba illa (*omnes, & singulos*) per nos *supra in d. cap.* 3. adhoc ponderata, necnon & verba præsentis *cap.* ibi (*in toto Regno prædicto*) per quæ satis dicit ipse compræhēsos esse vassallos Baronū, & demùm post multas rationes refert priùs per Sacrum Cōsilium in Collaterali Consilio fuisse iudicatum, quod in pœnis pecuniarijs in Indulto nō includantur vassalli Baronū, at in pœnis corporalibus gaudeāt etiam vassalli Baronum, & cum ab isto Decreto Barones se grauassent, causa tractata cum omnibus tribunalibus subdit fuisse determinatum sub Indulto compręhendi simpliciter omnes vassallos tā demaniales, quàm Baronū nulla adhibita distinctione, an pœna pro delicto patrato imponenda, esset pecuniaria, vel corporalis, & quod ita declarauit Catholica Maiestas p ipsius literas missas Illustrissimo Cardinali de gran Vela tenoris sequentis.

DON PHILIPPE, &c.

MVi Reuerendo. he se reZebido vuestra carta de 28. Noviembre sobre la interpretazion, o intellegenZia dell' Indulto general, que he conzedido à este Reyno e nel nassimiento del Principe Don Fernando mi hijo, y por el buon successo de la vittoria Naual. Y visto el pareZer de las personas à quien commetistes la pretension, que los Varones tienen, de que en esta gratia no se comprehenden sus vassallos, y habiendo sido nuestra intention, que todos vniversalmente gozen della por hauer sido vniuersal el benefitio, que de ambas cosas ha prozedido, no tenemos que dezir mas de ordinaros, que conforme à esto à si los vassallos de Varones, como los nuestros se comprehēdan en lo dicho Indulto, como nos à major cautela los comprehendemos de nuebo, que à si prozede de nuestra voluntad, y sententia.

De Madrid à 25. di Marzo 1574.

Ego arbitror non esse recedendum à conclusione per nos firmata supra *in dict. cap.* 21. *num.* 5. videlicet, quod compræhendātur vassalli præter quo ad pœnas pecuniarias Baronibus applicandas, quæ conclusio confirmatur, & ex declaratione facta per Catholicam Maiestatem in Indulto vltimo loco concesso Regno prædicto, * & quia ita * communiter *Docto.* concludunt, vt ibi dixi. Accedat vlterius decisio Sacri Consilij in Collaterali Consilio, vt refert *D. de Curte*, & cum hac distinctione debent intelligi literæ prędictæ, quæ in specie nil de pœnis dixerunt, sed vniuersaliter vassallos omnes tā demaniales, quàm Ba- 3
ronales compræhendi voluerunt, & ideo debent interpraetari secundum iuris communis dispositionem absque præiuditio pœnarum Baronibus pertinentium.

TEXTVS.

Volentes etiam & ita expressè mandātes quibuscunque officialibus, & iusdicentibus, vt pro quibuscumq. delictis, vel criminibus adhuc nō delatis, etiam si occulta essent, exceptis tamen superius reseruatis, ac eorum occasione nullo modo in futurum procedere, inquirere, aut aliàs molestare audeant, modo in casi-

casibus in quibus requiritur à parte offensa legitima remissio obtenta fuerit, vel illam in futurum in supra statuto termino obtineri contingat.

SVMMARIVM.

1 *Magna Regia Curia ex praeminentia cognoscit causas Indulti.*
Secus ex dispositione praesentis decreti, num. 2.
3 *Barones nō cognoscunt causas Indulti.*
4 *Indultatus non potest amplius molestari.*
5 *Aggratiatus aequiparatur absoluto per sententiam.*
Amplia superueniente nouo accusatore, num. 6.
Amplia in compositione num. 7.
8 *Pecunia soluta in compositione succedit loco poena.*
9 *Iudex qui semel admisit ad compositionem non potest paenitere.*
10 *Iudex tenetur actione iniuriarum molestado aggratiatos.*
11 *Aggratiatus non potest molestari, etiā quod gratia reperiatur nulla.*
Etsi fuerit carceratus debet relaxari num. 12.
13 *Gratia ex quibus dicatur nulla, seu subreptitia remissiuè.*
14 *Indultatus non potest amplius molestari etiam de delicto, quod erat occultum.*
15 *Bannitus Indultatus non potest molestari ex quo bannum non est cancellatum.*
Ampliatur ex dispositione huius Indulti num. 16.
17 *Acta criminis Indultati deseruiunt ad aggrauandum.*

CAPVT XXXXV.



NOTA primo ex verbis huius gratiae ibi (*quibuscunque officialibus & iusdicentibus;*) qđ oēs officiales causarum criminaliū competentes possunt declarare, an quis gaudeat, vel non praesenti beneficio: quia verba sunt directa omnibus, & hic non agitur de indultādo, sed de exequendo gratiam Principis, quam omnes inferiores facere possūt, vt in terminis dixit *Clar. in § fi. quaest. 58. num. 35. versic. & est iudicio meo tutius, Io. Grand. de Bell. exul. num. 5. fol. mihi 38.* & praedicta tanto fortius procedunt per illa verba Decreti nostri *in fin.* ibi (*Illustri propterea Spectabilibus, &c.*) verum in Regno ex quadam praeheminentia nō solet, nisi tantū M. R. C. † causarum criminalium facta prius relatione Excellentissimo Proregi cognoscere huiusmodi causas Indulti, & facere talem declarationē, quae consuetudo potest confirmari ea ratione: quia hic agitur de declaratione priuilegij, & gratiae factae a Principe, cuius declaratio spectat solum ad eius Consiliarios, & supremos Iudices vt dixit *Vincen. de Franch. decis. 116. num. 13. vers. His discussis*, & ita Iudicibus Curiae Capitanialis huius Vrbis fuit mādatum per actum in scriptis per Excellentissimum Proregem, vt eas cognoscant facta praedicta relatione, & fuit tempore meo seruatum, dum in eadē curia iudicis officium administrarem, & dum alias Iudices Ciuitatis Catinae aliquos indultauerint moti ex dispositione, & verbis predictis Decreti nostri, fuerunt per Mag. Reg. Cur. stante prędicta cōsuetudine absoluti, quia

quia condemnari non poterant, sed cum clausula, quod de cætero tales causas non cognoscant; & hoc quia possent insurgere multa incõuenientia, & scandala, si Iudices inferiores huiusmodi causas cognoscerent.

3 Item, & Barones† non cognoscunt causas Indulti vt dixit *Capiblanc. de antho. Baron. pragm. 6. num. 74.* & ratio est, quia in Regno Neapolitano solum M. R. C. cognoscit super Indulto *Caronit. super pragm. de exulib. num. 50.* sed hoc procedit ibi in bãno concedente gratiam bãnitis alios bãnitos occidentibus, & in his terminis loquuti sunt prędicti *Doct.* sed in materia Indulti nostri credo, quod Barones habentes merum & mixtum imperium possunt cognoscere tales causas, quia consuetudo M. R. C. eis nil obstare potest super quo cogita, eo maxime vbi Barones potestatem haberent indulgendi ex priuilegio, vel consuetudine, cum eo fortius possent gratias per Regem cõcessas exequi ad notat. per *Azeued. lib. 8. recopi. tit. 25. l. 1. num. 12. & seq.*

Nota secũdo quod talis aggratiatus

4 tus† seu indultatus nõ potest amplius de delicto pro quo fuit aggratiatus inquiri, aut molestari, ita disponit tex. noster hic, & est cõformis dispositioni iuris *ad tex. & ibi Doct. omnes in l. 1. & per tot. tit. C. de senten. pass. l. fin. C. de genera. abolit. l. 1. §. de qua autem ff. de postuland. glo. in l. 2. in ver. concedi C. de in ius vocan. & in cap. de his extra de accusat. & cap. extra de fil. presby. Merend. cons. crim. diuerso. 90. num. 2. vol. 2. Carrer. in pract. crim. verb. vigesimo nono excusatur num. 1. Plaz. epitho. delicto. lib. 1. cap. 38. nu. 2. & seq. Gomez. de delict. tit. de tortu. reor. num. 38. Paris. cons. 1. num. 1. & num. 61. & 67. lib. 4.* vbi de cõmuni testatur, *Gramm. decis. 105. num. 19. Dec. cons. 137. colum. 2. Farinac. de Inquis. quæst. 6. num. 1. & quæst. 1. nu. 52. Ghirland. de relaxat. carcerat. titul. de Pen. compos. quæst. 6. num. 3. Couarrun. variar. resol. lib. 2. cap. 10. num. 2. Brunor. à Sole in quæst. legal. quæst. 17. nu. 30. Caronit. super Rit. 272. nu. 26.* cuius ratio est, quia Princeps gratiã facere potest, & ea seruari debet, & sicut ille, qui fuit per sententiam absolutus amplius molestari nõ debet, ita

5 & iste, nam aggratiatus † æquiparatur absoluto per sententiam *Bal. cõs. 204. vol. 4. & cons. 20. eod. lib. & cons. 305. Merend. d. cons. 90. Farina. de Inquis. quæst. 4. num. 1.*

Amplia prędictam conclusionem,

6 etiam si veniat alter offensus † ad accusandum, quia nõ poterit molestari, sufficit enim quod habuerit gratiã obtẽta remissione à principali offenso, cui tunc ius competebat vt dixit *Luc. de Pẽn. in l. 1. quæst. 4. C. de deserto lib. 10. Caronit. super d. Rit. 272. nu. 23. & seq. Farinac. de Inquis. quæst. 4. num. 36. & dixi supra in verb. accusatis cap. 7.* prout fuit iudicatum de anno 1605. pro Sancto Pernici.

Amplia secundo vt nõ possit molestari non solum ille, qui fuisset aggratiatus, sed etiam qui admissus fue

7 rit ad compositionem † ita dixerunt *Farin. & Caroni. in locis proximè alle-*

8 *gatis* ea ducti ratione, q̃a pecunia† in compositione soluta loco pœnæ succedit, & Fisco applicatur *ad text. in l. Senatus §. si quis declarat & §. sequ. ff. de iur. fisc. l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis caut. l. si donata §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. Paris. de Synd. de syndicat. in verb. compositio cap. 1. 4. & 5. Paul. Ghirlan. de relaxat. carcerat. tit. de pœna compos. quæst. 1. nu. 9. & quæst. 6. nu. 1.* ideò sicut semel condemnatus in aliquam pœnã amplius de eodem delicto inquiri prohibetur *l. Sepulchri violati actio ff. de Sepulchr. violat. cap. de his. de accusat. post innumeros*

meros Farinac. d. quaest. 4. in 1. amplia.
ita pariter, nec compositus *Fabi. à*
Monteleon. in pract. arbitr. quaest. 7.
vlt. par. 5. par. principal. num. 1. & seq.
& ibidem in 11. quaest. vbi plus dicit,
9 quod nec Iudicem † qui reum ad cō-
positionem admisit pœnitere potest,
nec audiri debet si recuset pœnam
compositam recipere, isto enim ca-
su si reus fecerit depositum reale de
pecunia composita, illudque Iudici
intimauerit, erit prorsus ab omni alia
pœna liberatus, vt ibi per eum, sequi-
tur *idem Farinac. in titul. de Inquis.*
quaest. 5. num. 4. & idem procedit in
gratia si pecunia mediante facta fue-
rit, quod quidē fieri potest per Prin-
cipes vt dixit *Petr. Anton. de Petr. de*
potesta. Princip. cap. 8. num. 51.

Amplia tertio vt in tantum non
possit molestari, quod aliter agendo
10 Iudex † vltra pœnas in Decreto no-
stro impositas tenetur actione iniu-
riarum *Marsil. singul. 340. Nell. de*
Bannit. 1. part. 3. temp. in 2. quaestio.
Alexand. cons. 114. vol. 1. Crauet. cons.
168. *num. 1. & 2. Surd. cons. 203. nu.*
2. vol. 2. Clar. in §. *Homicidium versic.*
quid si bannitus.

Amplia quarto, vt si quisquam
11 fuerit aggratiatus, † & gratia reperia-
tur nulla & inualida, nō poterit mo-
lestari, immò si ex hoc reus cum gra-
tia prædicta inuētus, carceratus fue-
12 rit, † debet relaxari, & dimitti subie-
ctus tamen pœnis, & condemnatio-
ni delicti, quod commisit, quia turpe
est eum sub fide publica decipere ita
colligitur *ex text. in l. 1. C. de his qui*
ven. aetat. impetra. Alberic. in l. eos C.
eod. & in l. praesenti C. de his qui ad
Eccles. confug. Boss. de remed. ex sol.
element. princ. sub num. 42. Clar. in §.
fin. quaest. 59. versic. adde quod, vbi ait
quod quidam Christophalus Pilo-
nus 17. Maij 1542. qui in Senatu
exhibuerat literas gratiæ minus legi-
timas fuit è carceribus dimissus, &
pristinæ libertati restitutus, *Batard.*
ibi ad eum, & ita fuisse iudicatum re-
fert *Farinac. de Inquis. quaest. 6. num.*
27. & in titul. de Carcer. & carcerat.
quaest. 29. num. 95. & sequen. Vulpell.
cons. crim. 19. num. 12. & 13. dicens
generaliter quod nemo debet sub pu
blica fide decipi, siue sit nulla defe-
ctu sollemnitatis, siuè defectu pote-
statis, siuè palam, siuè secretò data
sit, & ibi concordantes allegat & re-
fert de * communi *Docto.* opinio. *à*
Peguer. cap. 39. in decis. crim. Catalo-
niæ, vbi ita iudicatum fuisse asserit &
loquitur in delicto, pro quo ex spe-
ciali statuto non poterat fieri gratia
vt in Regno nostro est crimen Sodo-
miæ, de quo dixi *supra in Capit. 31.*
Capiblan. nouissimè de Authorita. Ba-
ron. super pragma. 6. num. 77. Vincen.
de Franch. decis. 258. Cancer. variar.
resolut. lib. 2. cap. 2. num. 292. D. Scip.
Rouit. super pragmat. 2. rub. de sodom.
de quo tamen multa in alio loco di-
cturus sum.
13 Quando autem gratia, † siuè In-
dulgentia sit nulla & surreptitia vide
Bursat. in cons. 177. num. 1. & sequen.
Bertaz. cons. 478. volum. 2. Batard. ad
Clar. in d. quaest. 59. num. 72. & sequ.
vbi multa, *Farinac. de Inquisi. quaest.*
6. num. 6. Tepatus varia. iuris. senten.
titul. de restitu. delictorum, & an gra-
tia facta à consocio solo sit nulla vide
eundem *Bertaz. cons. 458. volum. 2.*
Riminald. Iun. consil. 33. volum. 1. D.
Scipio Rouit. in titul. exulib. num. 12.
Farinac. cons. 3. & 92. Borell. de praest.
Reg. cap. 38. num. 43. cum sequent. &
D. de Pont. de potestat. Proreg. titul. de
refu. feud. §. 10. *num. 6.*
14 Amplia quinto, quod bānitus † ag-
gratiatus non solum non potest mo-
lestari, sed gaudet eius beneficio etiā
quod bannum adhuc post gratiam
non sit cancellatum, quia ex gratia
facta

facta per superiorẽ euanuit, & extincta fuit virtus, & potentia dicti banni *Cartar. de exequt. capt. bannit. cap. 3. num. 64. Marsil. in consil. 55. & 97. vbi latè Farinac. de Inquis. quaestio. 6. num. 1. in fin.* & tanto fortius in terminis Decreti nostri ipso iure acta omnia cancellanris, vt dixit. *text.* hic *supra in cap. praeced. & nos ibi n. 4.*

15 Amplia sexto, etiam de † delicto occulto, quod adhuc non fuerat delatum, nec captæ fuerãt informationes, & recepti testes vt dixit *text.* hic ibi (*criminibus adhùc non delatis*) & dixi *supra in cap. 9.*

Amplia septimo, vt talis indultatus nõ poterit inde examinari tanquàm testis contra socios *Dec. cons. 137. nu. 1.* quẽ refert, & sequit̃ *Batar. ad Clar. q. 24. n. 140.* licet aliud sit in socio criminis, qui vt delictũ publicet, fuerit aggrariatus, vt dixi *supra cap. 2. nu. 16. in medio.*

Amplia septimo, in crimine mixti fori, quia si laicus præueniat, & ab eo fuerit indultatus, non poterit ab ecclesiastico molestari, vt fuisse iudicatum refert Doctor *Mart. decis. 235.* & diximus in *decis. 68.*

Notandum est tñ, quod licet talis aggrariatus non poterit molestari,

17 huiusmodi tamen acta † deseruient ad aggrauandum, si crimen aliud commiserit *Merend. consil. 90. num. 32. in 2. volum. consil. crimin. diuersor. Aret. in consil. 163. col. 2. versic. His summatim expositis pro declaratione Gramm. cons. 34. num. 6. & 7.* vbi dicit aggrauati per totum in secunda.

Nota secundo, quod talis gratia subsistente aliqua causa potest reuocari, vt dixerunt *Boss. de remed. ex sol. clemen. Prin. num. 36. Decian. tractat. crimin. titul. de abolitio. lib. 3. num. 91.* nisi gratia facta fuerit mediante pecunia vt dixit *Batar. ad Clar. d. quaest. 59. num. 11.*

T E X T V S.

Adhùc decernimus, & ordinamus quoscumque tàm publici, quàm priuati debiti causa in carceribus detentos, ex ipsis carceribus illos relaxari debere, quos omnes & alios quoscumquè debitores, si ex causa publica intra duos proximos menses, si vero ex causa priuata intra quatuor mẽses personaliter molestari præsenti edicto prohibemus, ita tamen quòd carcerati vt susupra relaxandi præstent idoneam fideiussionem de reddeundo ad carceres finito tẽpore prædicto, vel de concordando suos creditores, quibus omnibus nullum fieri præiuditium volumus, exceptis etiam decoctoribus, & depositarijs, & alijs, qui datiorum, aut redditum nostrorum ordinariorũ, vel extraordinariorum causa debitores inueniuntur, quos hoc decreto includi nolumus.

S V M M A R I V M.

1 *Princeps potest debitoribus dilationem concedere.*

Amplia in debitis iuratis num. 2. Intellige de consuetudine, secus de iure num. 3.

Amplia in debitis tam publicis, quàm priuatis num. 4.

Amplia quoad eorum fideiussores num. 5. & 6.

Limitatur quoad actionem realem super bonis num. 7.

Item in decoctoribus num. 8.

Item in depositarijs num. 9.

Item in debitoribus Regia Curiæ nu. 10.

Item in debitoribus census iuxta formam Bullæ num. 11.

Item in debitoribus ex causa alimentorum num. 12. Intellige de alimentis futuris num. 13.

Item in debitoribus Ecclesiæ num. 14.

Sed quid in debitoribus pupillorum, ex causa dotis, vel locationis vide remissiuè in num. 15. 16. & 17.

18 *Carcerati debitores tenentur præstare fideiussionem de reddendo finito tẽpore dilationis.*

19 *Debitor obtinens dilationem à Principe tenetur cauere de soluendo in fine dilationis.*

20 *Debitor fideiussorem nõ habens admittitur iuratoria cautioni.*

21 *Fideiussorem non habens liberatur dãdo pignora.*

22 *Dilatione pendente an currat interesse.*

23 *Dilatio currit à die dacæ Indulti.*

24 *Dilatio concessa debitoribus non extenditur ad debita futura remissiuè.*

CAPVT XXXXVI.



RINCEPS noster post generalem delictorum remissionem factã in pręsenti Decreto, voluit etiam & in causis ciuilibus eadem Regia potestate debitoribus

1 dilationem concedere, † quod proprium Principis esse ait *text. in l. 2. C. de prae. Imperat. offeren. vbi Cuchus num. 14. & l. vniuersa eod. titul. capit. vniuersa 25. quaest. 2. Rebuff. de lite. dilat. & Annal. in princip. Lancellot. Corrad. in templ. omn. iud. lib. 1. cap. 1. §. 4. titul. de Imperatore vers. debitoribus dilationem indulget num. 1. Muscatel. in pract. ciuil. par. 4. in glos. fin. verbo (petendo) num. 3. D. Carol. de Graff. in doctissimo suo tractat. de exceptio. except. 32. num. 12. Surd. de Aliment. titul. 8. Priuileg. 70. num. 1. Petr. Anton. de Petr. in tractat. de potestat. Princip. capit. 8. num. 46. Menoch. cons. 244. num. 12. volum. 3. Thesaur. decis. 186. num. 1.* quod intellige de veris debitoribus, non autem de illis, qui conueniri possunt actione reali, vt fuisse iudicatum testatur *Vincen. de Franch. decis. 714. num. 5. & per totum.*

2 Ampliatur prædicta conclusio in debitis iuratis, † pro quibus Rex noster, & eius Excellentissimus Prorex in Regno de consuetudine dilationem concedunt, vt refert *Dom. de Graff. in dict. exceptio. 32. numer. 17. & 20. Boeri. decisio. 296. numer. 5.* vbi testatur de consuetudine Aquitaniæ, *Dec. consil. 352. in fin.* subdens quod de hoc non est dubitandum in terris concedentium istas dilationes, *Caronit. super Ritu. 287. numer. 9.* vbi dicit, quod ita seruatur in Regno Neapolitano. *Anton. Sola in decret. Subaudi. incip. ex frequentibus numer. 95.* qui testatur de consuetudine Pedamont. & sequitur *Thesaur. in dict. decisio. 186. num. 6.* & de Consuetudine Galliæ dixerunt *Guid. Pap. quaestio. 97. Rebuff. de liter. dilato. num. 9. Anton. Caius in addit. ad Aretin. in rubrica de excep. num. 13.* & de consuetudine totius Italiæ refert *Cuch. dict. num. 14. & Cagnol. in l. 1. C. de Pact. inter emptor. & vendit. Surd. consil. 299. num. 15. lib. 2.* quæ conclusio confirmatur ex eo, quia licet Princeps non possit tollere iuramentum, aut super eo dispensare, tamen

men poteſt differre, & debilitare ad tempus vires eius, & tunc valet eius conceſſio, ſeu prouiſio *Felin. in capit. conſtitutus num. 8. verſic. conſidera ſecundo de reſcript. Alexand. conſil. 38. volum. 3. Muſcatell. in practic. ciuil. part. 4. in gloſ. in verb. petendo num. 14. Surd. dict. conſil. 299. numer. 17. lib. 2.* eaque procedunt attenta con-
3 ſuetudine † ſupra firmata, nam ea circumſcripta dilationes debitoribus conceſſæ per Principes ſeculares non extenduntur ad debita iurata, vt poſt alios concludunt, *Surd. dict. conſil. 299. numer. 4. libr. 2. Fabius de Anna in addit. ad ſingul. 463. Carol. de Graſſ. in dict. exceptio. 32. numer. 13. Theſaur. deciſ. 186. num. 4. Fachine. libr. 3. controuer. capit. 13. per totum,* & ratio eſt, quia Principes ſeculares concedentes dilationem non poſſunt remittere iuramentum ſecundum prædictos, quod etiam procedere in Summo Pontifice aiunt, ſi non facit expræſſam mentionem de iuramento, quià non præſumitur voluiſſe illi derogare *capit. conſtitutus de reſcript. Seraph. de priuileg. iuramen. priuileg. 22. num. 38. Theſaur. num. 5.* & alij præallegati, vbi eam limitant, quando motu proprio, vel ex certa ſcientia conceſſa eſſet.

Amplia ſecundo in debitis tam
4 publicis, quàm priuatis † vt expreſsè dixit *textus* noſter hic, & de iure voluit *text. in dict. l. 2. C. de prac. Impe. offe. & ibi Doctor. omnes Dec. poſt Roman. in l. 1. num. 93. ff. ſi cert. peta.* dicitur autem publicum, quando dependet ex delicto *Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 203. num. 17. Petr. Belluga de re militar. part. 9. titul. de Salu. conduct. nume. 60. Peregrin. de iur. fiſc. libr. 6. titul. 7. nume. 22.* & ideò licèt tale debitum non compræhendatur ſub generali dilatione debitoribus conceſſa *Dec. in l. 1. in 1. Lectur. ff. ſi cert. peta. Rebuff. de liter. dilator. articul. 1. gloſſ. 1. Roman. ſingul. 182. incip. quid ſi Titius. Carouit. ſuper Rit. 287. numer. 12. Carol. de Graſſ. in dict. except. 32. num. 24.* vbi alios allegat. verum in Decreto noſtro pro publicis deberis expreſsè dilatio conceſſa eſt vt dictum eſt.

Ampliatur tertio, vt talis dilatio conceſſa debitoribus ex præſenti Decreto cenſeatur etiam cõceſſa eorum
5 fideiuſſoribus † *Salicet. in dict. l. 2. nu. 4. verſic. ſecundo vero caſu C. de prac. Imper. offe. Rebuff. titul. de lit. dilat. articul. 1. gloſſ. 1. num. 42. & 43. D. Fabius de Anna in conſil. 82. nume. 9. Marc. Anton. Cuchus in tractat. de*
6 *morator. num. 137.* cuius ratio † eſt, nã præſens dilatio eſt cõceſſa motu proprio Principis, quæ ad fideiuſſores extenditur ſecundum prædictos, Licet aliàs eos non compręhenderet vt notat *Graſſ. poſt alios num. 49.*

Limitatur primo prædicta concluſio principalis non procedere quò
7 ad actionem Realem † aduerſus bona, quia dilatio fuit tantùm perſonæ conceſſa vt dixit *text.* noſter ibi (*perſonaliter*) & hoc ex eo quia eſt beneficium perſonale, & ad bona non extenditur *l. quia perſonale & ibi Bar. ff. ſolut. matrim. cum ſimil.*
8 Limitatur ſecundo non procedere in decoctoribus † vt dixit text. noſter & voluit *Marc. Anto. Cuchus in tract. de morato. num. 30. poſt Boer. & alios* quos ipſe allegat. vbi tamen hoc intelligit procedere in decoctoribus, qui mala fide bona ſua decoxerunt, secùs verò in his, qui ob infortunia paſſa decoxiſſent, ad quos Principis dilatio non extenditur, & ita venit intelligendus text. noſter, tanto magis concurrente idonea fideiuſſione de reddeundo ad carceres, præſtita per debitores, qui fortè in carceribus detineantur.

Limitatur tertio non procedere in
debitoribus depositarijs, quia dilatio
ex præsenti decreto concessa eos non
compræhendit, vt expresse dixit ibi
(*exceptis depositarijs*) & concordat
tex. in l. si quis ad pecunias C. deposit.
ibi (*sed modis omnibus illicò, & quàm
celerrimè restituendum sit*) ex quo *tex.*
ita in terminis dilarionis à Principe
concessę concludit *Marcb. Anton. Cu-
chus in tractat. de morat. nume.* 70. *&*
74. *allegat Boer. in decisio.* 296. *num.* 7.
ratio est, quia depositum est valdè
priuilegiatum in materia celeris so-
lutionis, adeò quod aduersus eius
exequutionem nulla exceptio admit-
tatur secundum eos, & prædicta li-
mitatio prorsus caret omni difficul-
tate in terminis Decreti nostri depo-
sitarios expresse à dilatione prædicta
excludentis.

Limitatur quarto in debitoribus
10 † Regiæ Curiæ ex causa reddituum
ordinariorum, vel extraordinario-
rum, vel gabellarum, quæ ipsi de-
bentur, ita limitat text. hic in fin.
Gramm. decisio. 105. *num.* 23. *Ioann.
Anton. de Nigr. in capit. misericordia
num.* 10.

Limitatur quinto in debitoribus
11 census † iuxta formam Bullæ, quia
expresse *ex Reg. Pragmat. Alphons. de
Censibus* prouisũ est, dilationes qua-
scumque quomodocũque conceden-
das differre minime posse huiusmo-
di solutionem, & ita fuit semper ser-
uatum in Regno, quia debitores isti
censuales nunquam cõpræhensi fue-
runt sub Indulti Generalis dilatio-
ne, cum in spetie reperiantur priui-
legiati ex prædicta *Pragma. iuxta glo.
in l.* 3. *C. de silentia. lib.* 11.

12 Limitatur sexto in debitoribus † ex
causa alimentorum, ad quos non
extenditur dilatio à Principe conces-
sa, vt concludit *March. Anton. Cuchus
de morat. nume.* 90. & sequitur *Surd.
in tractat. de aliment. titul.* 8. *priuileg.*
70. & ratio est, quia Princeps cum
sit iustissimus non præsumitur eum
fuisse concessurum in specie dilatio-
nem ad soluendum debitum alimen-
torum, ergo generalis concessio non
debet ad id extendi, quod non fuis-
set concessurus in specie *l. obligatione
generali ff. de pign.* Item facit, quia
Princeps mouetur ex quadam æqui-
tate ad concedendum dilationem,
immo ex miseratione, at nulla æqui-
tas & miseratio retardare debet exa-
ctionem alimementorum, nam eo-
rum fauor præponderat omni causæ.

Intellige tamen prædictam limi-
tationem procedere, quando sumus
13 in alimentis futuris, † & deberentur
pauperi, secus verò si essemus in ali-
mentis præteritis, & quæ deberentur
diuiti: etenim cum Decretum nostrũ
sit fauorabile, vtique præponderat
fauori alimentorum, vt notab. ani-
maduertit *Surd. in loco praallegato in
fin.*

Limitatur septimo in debitoribus
14 Ecclesiæ, † quia ipsi in dilatione con-
cessa per Indultum non compræhen-
duntur ita *Rebuff. ad constitut. Gallia
rubric. de litt. dilat. articul.* 1. *gloss.* 1;
num. 32. *tomo secundo*; Principes enim
sæculares non possunt contra Eccle-
siam dilationem, seu saluumcondu-
ctum concedere *gloss. in capit. fin. in
verb. Princeps de reb. Eccles. non alien.
Rodoan. in tractat. de reb. Eccles. non
alienan. quæstio.* 4. *numer.* 7. *Carol.
de Graff. de exceptio. except.* 32. *num.*
47. *Menoch. de arbitr. Iudic. casu* 203.
nume. 20. qui ita declarat Constit.
Mediolan. de Saluiscondu. vt non
comprahendat casum hunc.

Limitatur octauo si debitor pro-
miсit de rato, quia tenetur ad fa-
ctum, & rescriptum dilationis ad
hoc non extenditur, *Chach. in tract.
de Morat. num.* 145. *cum sequen. Brun.
de*

de cess. bonor. 4. quaest. 4. q. princip. & maxime quando de facili pôt adimplere, vt in Regno prouisum est per actum Viceregium, & fuit in Magna Regia Curia determinatum pro Comite Racalmuti contra Augustinum Magliolo, & pro Vincentio lo Ingurdo contra Petrum Antonium Marzano, & ego iudicaui pro Don Martino Cinami, & in alijs pluribus causis.

Prædicta conclusio posset etiam
15 limitari in debito locationis, † *Carol. de locat. & condut. titul. de verbor. signific. quaestio. 16. num. 2. Muscatell. in pract. ciuil. par. 4. in gloss. in verbo petendo nume. 21. Vincent. de Anna sing. 101. Marc. Anton. Cuch. in tract. de morat. num. 100.*

16 Item in debito pupillorum † *Rebuff. ad constitut. Gallia titul. de lite. dilat. artic. 1. gloss. 1. num. 33.* Item
17 in debito ex causa dotis † *Marc. Anton. Cuch. de morat. num. 87. Surd. de Aliment. titul. 8. priuileg. 7. nume. 2. Vincent. de Franch. decisio. 219. numer. 2. Carol. de Graff. dict. exceptio. 32. num. 39.* Sed quia Decretum nostrum concedendo generalem dilationem debitoribus pro quibuscumque debitis tàm publicis, quàm priuatis excipit decoctores, depositarios, & debitores datiorum & redditurum Regiæ Curiæ, quo casu videtur constituere regulam in alijs debitoribus non exceptuatis, vt præsentis Indulti dilatione gaudere valeant *l. nam quod liquida §. 1. ff. de penu. leg. Dec. in l. 1. nume. 22. ff. de regul. iur.* & in terminis concludit *Menoch. in dict. casu* 203. *nume.* 23. ideò credo, quod ad tales debitores porrigatur.

Expeditus de ampliationibus, & limitationibus nota primo *ex text.* nostro ibi (*ita tamen, quod carcerati*
18 † *praestent idoneam fideiussionem de redeundo ad carceres finito tempore praedicto*) quod hoc dispositum fuit ob præiuditium creditorum, quibus nullum fieri posse ex præsenti Decreto constitutum est ibi (*quibus omnibus nullum fieri praeiuditium volumus*) & clarum est, quod si carcerari debitores liberarentur absque fideiussione fugam arripere possent in maximum creditorum omnium detrimentum contra expressam voluntatem Regis nostri, vt expresè hoc disponit.

Item quia hoc est conforme iuris
19 dispositioni: nam debitor † dilationem obtinens à Principe debet cauere de soluendo in fine dilationis, *l. vniuersa C. de precib. Impera. offer. Lancellott. Corrad. in templ. omni. iudic. libr. 1. capitul. 1. §. 4. de Imperatore in verb. debitoribus dilationem indulgere numer. 8. Vincen. de Anna singular. 463. post alios Carol. de Graff. dict. exceptio. 32. numer. 132. cum multis sequen.* vbi multa adhoc adducit in materia, quæ non faciunt in terminis Decreti nostri. *Bonadill. libr. 2. politico. capitul. 16. nume. 125.*

Nota secundo, quod si talis de-
20 bitor carceratus † esset adeò pauper, quod fideiussionem præstare non valeret, quod vtique poterit admitti ad iuratoriam cautionem ita voluit *tex. notab. in l. omnes versic. hac autem inclyta Vrbe vbi Bald. C. de Episcop. & cleric. Bald. in authen. cui relictum sub numer. 7. & 8. C. de Indic. viduita. toll.* & Decretum nostrum debet intelligi, & distingui secundum ius commune, vt dixerunt in terminis statuti requirentis idoneam fideiussionem, & secundum terminos iuris communis, vt est *authent. qua supplicatio C. de prec. Imper. offer. Guid. Pap. decisio. 189. nume. 4. Marsil. in rubr. de fideiussor. num. 166. Alexan. consil. 57. nume. 7. volumin. 3. optimè*

Imol.

Imol. in l. immò facilè ff. si is, cui plusquàm per leg. Falcid. Becc. in consil. 1. *num.* 18. Et ita vidi pluries seruatum de consuetudine in hoc Regno, quia admittuntur ad fidemaggium, & post alios dixit *Carol. de Graff. dict. except.* 32. *num.* 160. *cum sequen.* vbi *in num.* 170. subdit, quod qui tene-
21 tur dare fideiussores † liberatur dando pignora sufficientia post *Bart. in l. plus cautionis vbi Dec. numer.* 3. *ff. de regul. iur. Doctissimus Nepita in consuetud. Ciuitat. Catan. titul.* 1. *consuet.* 4. *num.* 10. & 11. *Carroc. in tractat. de oblat. part.* 2. *quæst.* 78. *num.* 2. vbi testatur de magis* communi opinione; quod vltimum, etsi verissimum sit, ego non admitterem in debitore, qui de facili inuenire posset fideiussores stantibus verbis prædictis Decreti nostri.

Nota tertio, quod pendente præ-
22 dicta dilatione † currit interesse, quod circumscripta præsenti dilatione à Rege nostro concessa, deberetur ex contractu debitorio vt dixit *Salicet. in l.* 2. *C. de prec. Imper. offer. Marc. Anton. Cuch. in tractat. de morato. nu.* 148. *Lancell. Corrad. in templ. omni. Iudic. quæstio.* 23. *nume.* 10. *fol. mihi* 87. & hoc ob damnum, & præiuditium partis creditticis, quod pateretur, vt tradiderunt præallegati *Doct.* de qua re dixi latius *in decis.* 62.

Nota quarto ibi (*intra duos proximos menses*) quod dilatio à Rege no-
23 stro concessa incipit currere à die datæ Decreti nostri, vt in specie decidit *Guid. Pap. decis.* 109. *Brun. in tractat. de cession. bonor. quæstio.* 26. *numer.* 3. *Boni. de statuta. vrb. præscript. gloss.* 21. *numer.* 72. *Carol. de Graff. except.* 32. *num.* 68. *Camia super Rit.* 80. *num.* 9.

24 Nota quinto, quod dilatio † concessa vigore decreti nostri non extenditur ad debita futura, vt dixi *supra in cap.* 6. *num.* 14.

F I N I S. 



412